





MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

LITTERAE QUADRIMESTRES

LITTERAE QUADRIMESTRES

EX UNIVERSIS

PRAETER INDIAM ET BRASILIAM

LOCIS

IN QUIBUS ALIQUI DE SOCIETATE JESU VERSABANTUR

ROMAM MISSAE

TOMUS TERTIUS

(1554-1555)



MATRITI
EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1896





CCXCVII

Josephus de Acosta
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 31 Maji [1554] [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Christi Jesu Domini nostri Paternitatis tuae menti adsit et illabatur semper.

Beneficiorum, quae in nos [2] Deus Opt. Maximusque conferre dignatus est, iniunctam commissamque, Pater obseruande, rationem accipe. Atque illud in primo limine obuium est, quod summa ipsa Maiestas, ex proximo iubilaeo a Sanctissimo Patre nostro Julio tertio nuper edito, praestitit nobis. Is igitur [3] cum tam benignissima clementia, quam clementissima benignitate afflueret, inter complures alios, qui domi nostrae sunt confessi de peccatis, huc adiit quidam, qui viginti quinque abhinc annis ne semel quidem confessus est; itidem qui bis e Religione fuerat egressus; ad haec idem, proh dolor, homicidium patrarat: at Pater omnipotens hominis tantopere agitare ac mouere animum [coepit], tantumque, cum doloris tum etiam deuotionis et

---

[1] **Autographae, duplici folio, nn. 147 et 148. Animadvertendum vero est eas non in volumine 1554 sed sequentis anni reperiri. Desideratur anni scriptio, sed proculdubio anno 1554 sunt ascribendae, nam in illis de prima Congregatione Provinciali S. J. in Hispania ut de re proxime elapsa fit sermo. Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, n. 828. Notandum praeterea has litteras ab adolescente 15 annorum et in usu linguae latinae tirone lucubratas fuisse, quod vel ex ipsa stili ingenua simplicitate mendisque frequentibus facile perspici potest.**

[2] **In *ms.* Quae in nos beneficia Deus etc.**

[3] **Sc. Deus Opt. Max.**

consolationis, largiri voluit, vt eodem regressus et reliquam sibi aetatem ad monasterium habendam suorum in maximo facinorum flagitiorumque moerore ac satisfactione statuerit. Videtur profecto, tametsi non alia de causa sanctus hic aduenisset iubilaeus, haud exiguum foret beneficium vel huic uni collatum a Domino. Hactenus, Christo laus, concionibus audiendis concursus sane extitit multus. Praeterea et festis et dominicis diebus a viris permultis, et quidem piis, aedes nostrae vesperi sunt frequentatae, adeuntibus spiritualia ob accipienda eloquia, iidemque hice *(sic)* octauo quoque die nostrum in sacellum, peccatis confessione ablutis, ad corpus Dominicum veniunt accessuri. Adhibeat Dominus constantiam.

De studiis autem fratrum, pergitur, potissimumque grammatica [1], cui ex fratribus incumbunt septem; rei solicitudinis diligentiaeque adhibetur satis. Nam quod attinet ad aedificium Collegii, foeliciter adeo sese habet, vt plerique id conspicientes mirentur: eius autem, quae nunc construitur pars, hanc quamprimum (divinum modo adsit auxilium) absoluere properabimus.

Quid de ingenti consolatione, qua Deus optimus maximus nostrum charissimorum Patrum huc qui coierunt, optatissimo aduentu nos affecit? Quod si omnes quotquot hic agimus recte animo perpenderimus, nostros omnium animos paternus ille conuentus non vtcumque excitare et potuit et debuit, vt quia hic primitus conuentum est, et nos etiam primi vt Domino proximisque vniamur vicissim properemus? Quid referam equidem illos Christi ministros, Magistrum Nadal, Franciscum de Borgia, Doctorem Araoz, Doctorem Torres, Magistrum Strada? [2], quos intueri mirum omnino ac diuinae laudis seminarium fuit. Quid horum sermones et colloquia, quid conuictum et sermonis comitatem? Quot quantisque dubiis corda nostra passim extricabant! quantam demum admirationem adducebant cunctis! O Jesu optime! vt nostra omnium pectora exhilarata et roborata sunt prae tanta fraternitate, aedificatione et charitate, quae in charissimis nostris perspeximus!

Pater Nadal huc adventauit pridie Nonas Aprileis: commoratus est per duos et viginti dies, quo temporis spatio Patres su-

---

[1] Sic; melius *in studiis autem fratrum pergitur, potissimumque in grammatica.*

[2] Patres nempe Hieronymum Nadal, Antonium de Araoz, Michaëlem de Torres et Mag. Franciscum de Estrada.

pradicti venerunt, ex quibus Pater Franciscus totius Hispaniae in commissarium, ac deinceps Doctor Araoz Castellae, Doctor Torres Baeticae, Magister Strada Aragonibus, in praepositos sunt praefiniti. Etiam habita congregatione, Constitutiones, Regulae atque officia cuncta patefacta fuerunt, de quibus supra modum Paracletus solatus est nos [1].

Adolescens quispiam, probe intellectu praeditus, abhinc paucis diebus fuit domi nostrae, qui sub carthusiensium Regulam fore se recipiendum operae pretium duxit. Alius vero exercitiis adhuc vacat: is ingredi Societatem decreuit, qui utriusque juris facultati, Pontificii scilicet et Caesarei, operam dederat.

In omnibus et per omnia laudetur et glorificetur totius boni fons atque origo, Christus Jesus Dominus et Redemptor noster, quem supplex deprecor vt Paternitatem tuam nobis diu seruet incolumem tuisque omnibus consiliis atque conatibus Spiritus Sancti gratia et fauore semper assistat. In sanctisque item sacrificiis piisque orationibus Paternitatis tuae omniumque charissimorum Patrum ac Fratrum, qui isthic agunt, summopere cupimus commendari, vt digni efficiamur qui supremae beatitudinis promissa munera obtinere mereamur.

Methymnae Campi pridie Kalendas Iunias.

Rector Pater Seuillano, quod Abulam versus iter habuerit, a Methymna abest.

P. tuae minimus et indignus filius,

Josephus de Acosta.

---

[1] Hinc evidenter eruitur, sin minus initium et duratio primae Congregationis Provincialis S. J. in Hispania, saltem mensis, in quo celebrata fuit, quod quidem hucusque historicis fuerat ignotum. Vide *Cartas de San Ignacio,* t. iv, pag. 10, annot. 2, ubi editores, conjectando, minus a veritate aberrarunt quam harum rerum scriptores, qui eos praecessere.

Etiam ex litteris, nondum in lucem editis, a P. Natali exaratis et Vallisoleto Romam ad P. N. Ignatium missis, satis clare deducitur in mense Aprili habitam fuisse Congregationem. Ait ergo Natalis. "Yo partí de aquí (Vallisoleto nempe) creo á 20 de Março para Salamanca, y vine á Medina, publiqué las constituciones, di Reglas, y ordené los collegios en todo lo que me pareçió necessario y vtil en el Señor nuestro, y en Medina hallándose el P.e Francisco, el Dr. Araoz, el Dr. Torres, el M.o Strada, y el P.e Villanueua y io, se hizo la particion de las prouincias, y pusiéronse los prouinciales y comissario. El Dr. Araoz en Castilla y Reyno de Toledo, el Dr. Torres en Andaluzia y Stremadura, el M.o Strada para Aragon, Valencia y Cataluña, y el P.e M.o Miron quedándose para acabar su triennio; y el P.e Francisco sobre todos „

Hae vero litterae non Methymnae sed Vallisoleti xiv Maji 1554 fuerunt exaratae, et in illis de diversis rebus, post Congregationem peractis fit sermo: fuerunt ergo non paucis post Congregationem diebus scriptae.

Superscriptio in quarta pagina.

✝
IHS. Admodum R.do in Christo Patri nostro Magistro Ignatio de Loyola Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu. sine anno. Quad. Methym. Junii.

CCXCVIII

Franciscus Scipio
Patri Ignatio de Loyola.
Ferraria, 1 Junii 1554 [1].

IHS

Amor Christi Iesu in animis nostris insit.

Paucis te certiorem faciam, Pater, de his, quae his quatuor mensibus praeteritis diuini numinis ope gesta sunt: quae quidem, si expectationi, quam de nobis concepisti, non responderint, ascribito ignauiae socordiaeque nostrae, qui pro uiribus nostris, Reipublicae christianae studio paruos suscepimus labores. Verum, utcumque se habeat res, primum aggrediar scribere de iis, quae a patribus publice sunt acta, deinde de sacramentorum frequentia, tum vero de iuuentutis institutione et domestica patrum et fratrum consuetudine.

Dux [2] hac quadragesima iussit accersiri patrem nostrum et rectorem [3], eumque consuluit de plurimis rebus, quae ad institutionem uitae christianae spectabant, multisque uerbis ultro citroque habitis, praescripsit ut primum audiret confessiones matronarum, quae in palatio manent; deinde filias, confessione audita, informaret ad pietatem et mores christianos; postremo

[1] Autographae sunt in folio duplici, in quorum primo tantum in supremae primae paginae ora est n. 6, qui recenter satis appositus videtur.
[2] Hercules de Este.
[3] P. Joannem Pelletarium.

uxorem alloqueretur, eique consuleret ut reiectis deprauatis opinionibus, quibus iam diu est imbuta, sese ad Christum inclinaret [1]. Quibus rebus foeliciter et religiose gestis, aggreditur ducem ipsam [2], ac depromptis tum testimoniis scripturarum, tum aptis rationibus, uehementer intorsit eius magistrum diabolum, qui suo more in foemina multa tumultuans et passim patrem interpellans, non uera audire, sed sua falsa impudenter ingerere conabatur. Bis postea eam adiit, et disceptans de sacris litteris, quibus apprime, ut sibi uidetur, est infecta, opiniones diluit, mutamque tandem reddidit, ut, patefacta ueritate, et reclusis dolis, pertinacia et obstinatione animi quadam opprimi uideatur.

In celebritate coenae dominicae, habuit Pater concionem imperio Ducis in quodam coenobio Virginum Christi [3] ad filias ducis et sorores, cui et interesse decreuerat Dux, nisi urgente quodam negotio fuisset impeditus: misit tamen eo quosdam ex suis aulicis et intimis.

Pater ergo magno fortique animo aggreditur magnum et arduum opus in hac tanta rerum diuinarum ignorantia et errorum prauitate. De Sacramento Eucharistiae is instituit disputationem, idque duarum horarum curriculo confirmauit tum figuris et inuolucris ueteris testamenti, tum Prophetarum uaticiniis et oraculis, tum authoritate euangelica et uerbis ipsius Domini, tum testimoniis, libris et sententiis tum Apostolorum et multorum apostolicorum et Martyrum et illustrium tam sanctitate quam eloquentia uirorum, tum exemplo nascentis et florentis ecclesiae, quae quotidie coenam domini edebat: postremo frequentatione et usu patrum, qui octauo quoque die generatim ad mensam Domini accedebant.

Hac concione ualde angeli delectabantur; contra, tantopere hostis gentis humanae uexabatur, ut sese non potuerit refrenare quin ecclesiam eluderet in illis suis cogitatis furoribus. Nam ecce in ipso medio orationis cursu sceleratissimam quamdam mulierem inueteratam in uariis opinionibus in furorem et exanimationem conuertit, quae suis clamoribus et furoribus coepit

---

[1] Vide *Cartas de S. Ignacio,* t. IV, pag. 523 et seq., et POLANCI *Chronicon*, t. IV, ubi fuse de hac Ducissae Ferrariae *conversione* disseritur.

[2] Renatam de Francia *(Renée de France)*.

[3] In monasterio Corporis Christi *(del Corpo de Cristo)* dicto.

disturbare auditores. At pater, patefactis dolis et conatibus antiqui serpentis, iubet eos quiescere et bene sperare de aegrota, ac magno animo et sapientia causam ueritatis perorauit.

His diuinis officiis et sacramentis plurimum adiuuit tum uiros tum foeminas, et maxime filias Ducis; nam inductae tum patris religione et uitae castitate, tum rerum diuinarum disputationibus, ualde desiderauerunt patrem absentem, qui partim infirma ualetudine distentus, partim ratione quorumdam habita, eas non inuisit.

Fuit curatum ut in haeresiarchas huius ciuitatis, qui in palatio uxoris principes erant, animaduerteretur; nam edicto principis ex hac urbe et toto imperio sunt expulsi.

Ope tum ducis, tum honoratorum hominum, fuit nobis empta domus satis commoda, in qua est extructum templum in praesentia amplum et egregie ornatum. Expetit et dux ut etiam habeamus templum quoddam uicinum nostro collegio, ubi possint constitui patres, qui rebus diuinis tantum et saluti animorum uacarent.

Initur in dies magis ac magis gratia et amicitia cum aulicis et nobilibus uiris, qui apprime inseruiunt nostris commodis et consulunt diuino cultui.

Hac quadragesima habuit concionem Pater in templo nostro mane, horis autem pomeridianis in templo quodam Sancti Stephani, ac rogatus fuit a pastore ut quotidie concionaretur, aut saltem diebus mercurii et ueneris. Etiam alii pastores populi petierunt sacerdotes aliquos, qui concionarentur in eorum templis, quos non obtinuerunt, propterea quod messis quidem multa, operarii autem pauci. Plurimum ergo adiuuit ecclesiam Dei tum consolando afflictos, tum bonos tuendo, tum a uitiis reuocando et quemque denique a fraudibus horum epicureorum et Sardanapalorum huius tempestatis deterrendo. Continet praeterea in diuino cultu plurimos uiros et foeminas cuiusque ordinis, eosque singulis feriis instruit euangelica doctrina.

Viduas quasdam tum afflictas, tum egentes et liberis circumfusas, inuiserunt patres, et moerorem leuauerunt consolando, inopiam uero consulendo rei familiari et rebus uitae necessariis.

Quaedam matronae nobiles genere, sed multo nobiliores pie-

tate, consilio Patris commotae magnis laboribus lustrarunt urbem petendo eleemosynam puellis orphanis, ut iis empta domus solueretur: quarum una pietatis studio feruentior, ob labores susceptos incidit in morbum; quo cum grauiter uexaretur, magis dolebat de opere, quod interruptum pendebat, quam de sua infirma ualetudine. Sequitur animorum cultura et medicina, sacra confessio ac Eucharistia, de qua quidem re plura scriberemus si operarii suppeditarent, qui sese totos huic studio addicerent. Progrediuntur multi ciues uirtutis studiosi in Sacramentorum usu, nec non mulieres, quae ubique gentium in hac re uiros uincunt numero. Hi octauo quoque die ad mensam Domini accedunt; nonnulli frequentius de pane illo, qui de coelo descendit, edunt. Laudandus Dominus Iesus, qui cunctis constantem et robustum animum elargitur ut suscipiant labores pro nomine eius, et hostis insultus et iniurias constanter in medio Babyloniae tolerent, et semper aspirent ad Domini crucem, eamque gestent praeclara gloriosaque multa gerendo. Nam nusquam gentium, si recte memini, aspexi homines tam cordatos et pietate insignes quemadmodum Ferrariae, qui quidem certe opere ipso declarant sese non erubescere euangelium.

Quidam uir in mundo grauis et doctus et senex patrem quemdam ex nostris inter iniungendam poenitentiam in confessione superbe respiciens, ei reclamauit neque obtemperauit ueritati, Dei ministrum irridens. Is ergo homini elato et superbo imposuit poenam dignam sane dolore peccatorum; praecipit itaque ei ut pro peccatorum magnitudine diceret cantilenam quamdam maxime a mundanis frequentatam et nobilitatam: et simul eum dimisit ad patrem nostrum rectorem, qui e regione eodem fungebatur munere, ut ab eo quaereret an merito esset sibi iniuncta talis poenitentia, eius simul causa exposita. Porro Patris consilio et authoritate adeo fuit commotus, ut multis lachrymis suos lapsus et scelera diluere coeperit. Huic non cedit quaedam foemina, quae, cum quinque annis uitam traduxisset cum haereticis et ab iisdem affluenter esset infecta, tandem Domini Iesu clementia reuocata fuit a prauis erroribus, et, confessione exculta, et diuino pane refecta, Ecclesiae Christi est reconciliata.

Quidam ciuis, qui spatio unius anni contempserat conscien-

tiam et animae salutem, ac uitiis refertus spatiosam et facilem uiam uoluptatis fuerat ingressus, a cuius tandem cursu reuocatus, impulit animum ad uirtutem et rerum diuinarum studium. Nam quatuor aut quinque dies impendit uitiorum extirpationi, exposita totius uitae historia per confessionem generalem.

Hac ratione adeo captus fuit uirtutis amore, ut omnino decreuerit familiam in Dei timore et ueteri Ecclesiae disciplina continere regereque.

Omitto, ne longus sim, plurimos onustos suffarcinatosque grauissimis peccatis, qui partim inimicitiis, partim uindictis iniuriisque obcaecati ac debilitati, nequibant conatus nefarios hostis a sese repellere. Ac simulatque omnis peccati sentina per confessionem ex imo pectore fuit exhausta, subito in uiam Domini redierunt.

Reliquum est, Pater, ut breuiter accipias consuetudinem nostram et institutionem iuuentutis nostrae, quod tu maxime scire studes. Patres se officiose gesserunt domi, tum consulendo fratrum saluti, tum incitando exemplo ad uirtutem et actionem. Fratrum unusquisque contendit, rebus mundi neglectis, offerre se Christo hostiam uiuam, sanctam et Deo placentem et imitari filium hominis, qui non suam sed Patris executus est uoluntatem. Cum sint numero pauci, sunt charitate et opere multi; tempus omne studiis, officiis domesticis et orationibus partiuntur; minima portio tribuitur somno, minor cibo, nulla otio. Studiorum et institutionis lassitudinem recreat deprecatio; hanc mox aut aegrotantium, aut rei culinariae et aliarum necessitatum suscipit cura, ut lassos ad stratum uenire, ambulantesque dormitare, et necdum expleto somno surgere uideas.

Iuuentus instituta fuit diligenter, et informata pro uiribus, et ad pietatem et humanitatem. Multi sane in literis et honestate magnos habent progressus; sunt enim hi praediti singulari, tum ingenio, tum modestia, et sese dant exercitationibus, tum epistolarum, tum orationum, tum carminum, quae omnia foelicissime praestant, et nostram superant expectationem. Sunt praeterea nonnulli nati honestissimis et optimis parentibus, qui percupiunt filios non minus dare operam literis quam uirtuti.

Multam ubique gentium cerno messem, Pater, sed operarios paucos; rogandus igitur Dominus, ut mittat operarios, et ma-

xime in hanc urbem, quibus maxime indiget. Christus Dominus nos uniuersos diuini numinis igne incendere ac inflammare patiatur ut, more Apostolorum, repellamus metum Iudaeorum, et omnibus conuiciis et minis Pharisaeorum neglectis, magno fortique animo sacrum prodamus Euangelium (quod certe tam necesse est modo annunciare populo, quam tunc in illis antiquitatis tenebris promulgare in Italia necesse fuit), et denique, aliis loquentes linguis, magnifica Dei, coelestia et aeterna sapiamus, faciamus ac praedicemus.

Vale, ac nos uniuersos tuis et patrum precationibus commendari volumus.

Ferrariae, Calendis Iunii 1554.

Franciscus Scipio.

Alia manu in quarta pagina.—Quadrimestres ferrarienses. P.° Iunii 1554.

CCXCIX

P. Caesar Helmus
Patri Ignatio de Loyola.
Venetiis, 9 Junii 1554 [1].

IHS

Gratia et pax Xpi. etc.

Molto R.do P. et oss.mo mio in Chr.° questi brieui littere a V. R. habbiamo scritte acciò che per obedienza ci è stato imposto, cioè che ogni quattro mesi diamo auiso delle cose che per ministerio di noi indegni et inutili serui suoi si è degnato operar Jesu Xpo. ad edificatione spirituale et consolatione dell' anime, adempiamo. Perciò dalle cose, che nel quadrimestre dell' anno 1553 (si come hauemo scritto altra volta [2]) non erano ancor perfettamente esseguite, primamente cominciaremo.

Perciòche si come a un certo huomo non saria giouato niente hauer promesso la restitutione di 40 ducati, se in effetto non l' hauesse fatta, così medesmamente colui che lesse le sopradette nostre lettere, non riceueria piena consolatione spirituale, si ancor non sapesse che quel mercante con un scritto di sua mano a me già consegnato ha assecurato li suoi creditori. Mi ha dato, dico, un scritto (non potendo adesso commodamente pagar li sopradetti 40 ducati) acciò che se dalla morte fusse impedito detto mercante, quelli a quali si debbono i denari non faccino perdita di essi. Un' altro ancora oltra che ha dato per charità dieci ducati in parte della dote d' una donzella, ha

[1] Autographae in duplici folio, n. 69.
[2] Litteris quas habes in praecedenti vol. II, pag. 549 et seq.; eas, licet sub finem Januarii hujus anni datae sint, *quadrimestri dell' anno 1553* appellat Helmus, quia quatuor postremos anni 1553 menses respiciunt.

dato anche ad un hospitale cento scudi, li quali già (benche non per uoto, ma con animo di non totalmente obligarsi a darli) deliberò pagare, mosso dall' essempio d' un altro nobile ch' altri tanti ancor esso hauea promesso di dare. Costui medesmamente non hauendo scioltosi del uoto già molto tempo fatto d' andar alla nostra Donna di Loreto, dopo che si è cominciato a confessarse da noi, l' habbiamo a ciò essortato et a questi giorni l' ha adempito: benchè nel tempo di certo jubileo l' hauea fatto commutarselo et il confessore gli hauea imposto che desse in elemosina 30 ducati et sendo andato iui ha fatto buona limosina. Oltra di ciò il medesmo ha fatto un scritto di sua mano nel qual obliga li suoi heredi per l' incerti ad restaurar et far più ampia una chiesa in villa ch' è già quasi ruinata per vecchiezza et piccola rispetto al popolo ch' iui concorre. La qual però egli stesso ha animo di ristorarla, et spero lo farà. Martedì a cinque di questo mese deliberò andar a detta villa principalmente per restituir' a certi suoi creditori (che nel vendergli a tempo hauea troppo grauati) circa 58 scudi: ma de altri 29 scudi incirca per non esser certo a chi et quanto per ciascuno restituersi debbia, differirà alquanto la restitutione, cioè fin delli libri mercantili pigliarà il conto bene et trouerà a chi certamente sia debitore.

Oltra di questi due un' altro mercante ha restituiti circa cento cinque ducati, li quali con certo pretesto senza scrupulo di conscienza, ingiustamente però, nascostamente del padrone ritenea: costui quasi ogni quindici giorni si confessa.

Una certa donna poueretta ha restituito un anello d' oro con la pietra pretiosa et un scudo d' oro che hauea tolti nascostamente del suo padrone. Costei, perchè dopo la prima absolutione et penitenza da me di ciò impostagli, non hauea sollecitato farne la restitutione, domandandomi la absolutione seconda, et non volendogli io dare, con anxietà grande d' animo andò a casa et subito tornò et portò l' anello et scudo sopradetti et li diede a me, acciò per qualche mio fidato li restituisse alla mogliera o heredi del suo padrone già morto. Il che feci il medesmo giorno della sua confessione. Del che questa poueretta fu certificata dalla detta mogliera (la qual a posta il giorno dopo la sua confessione andò a visitarla) come inuitandola ad allegrarsi seco della restituita gemma et scudo d' oro. Questa medesma

poueretta hebbe tanta paura, quando udì ch' io non era per dargli l' absolutione se non facesse prima tal restitutione, che si offeriua etiam a confessar ella istessa il suo peccato alla padrona, quando io giudicasse esser ciò necessaria cosa per la perfetta restitutione. Il che non si è fatto per schiuar scandalo.

Quanto all' altre confessioni d' ogni sorte et tempo, di queste principalmente mi è parso dar auiso, cioè che molti huomini et donne vengono a confessarsi da noi et communicarsi. Alcuni ogni anno: alcuni ogni 4 mesi, due mesi, et altri ogni mese: alcuni ancora ogni settimana et festa; et fra tutti questi sono alcuni delli maggiori et più nobili. Sono etiam alcune persone che si sono confessate generalmente et non senza grande effusione di lagrime.

Hora vengo a dir quanto mi si offerisce delli scolari. Et prima, due giouani ingeniosi sono intrati nella Religione ambedue della prima classe. L' un de' quali che non solamente de letere humane era assai bene instrutto, ma ancora de buoni costumi era tanto bene adornato, che d' ognun' era remirato et honorato, et non solamente dalli compagni di scola ma ancor da sua madre et noue suoi fratelli: di modo tale che non solo l' hauean fatto gouernator' delle cose domestice (de quì certa V. R. potrà veder la prudenza di questo giouane) ma ancora tutti li suoi fratelli, etiam quelli ch' erano di più età di lui, non hauendo padre, continuamente lo chiamauano loro padre.

Un' altro che similmente è intrato in religione, era minore di costui di età, ma forse non di manco ingegno, pietà et sapienza. Un altro vi è della medesma prima classe, nel quale si vede certamente maturo giudicio et età, et anco sufficientemente instrutto nelle letere latine, molto tempo è che ha deliberato egli ancor intrar in religione. In tutti li altri scolari (pochi escettuandone) vediamo bonissima indole et speranza: et tra quelli della prima classe è vn putto di lietiss.° aspetto la grandezza della memoria et ingegno del quale è tanta ch' auanza tutti, et è di grandiss.ª admiratione perciò sopra tutti degno. Tanto in absentia quanto in presenza delli Maestri loro assai modestamente et riuerentemente tutti li scolari si diportano: et in tutte le cose paiono morigerati: ogni giorno l' udite lettioni duo o tre volte diligentissimamente ruminano: et con tal ruminatione fanno non poco frutto. Due volte la settimana

nella prima classe disputano et al vincitor' si da vna ghirlanda di lauro o di fiori intessuta per premio: et con versi si celebra sua laude: le quali cose molto accendono et muouono li animi giouenili alle virtù. Un' altro giouane della seconda classe d' una bella presenza, speranza et ingegno buono, è intrato nella religione di S. Giorgio. Alcuni altri di tutte le classi hanno già deliberato darsi alla religione, ma ciò basti quanto alli scolari. Resta finalmente che V. R. intenda li nomi, qualità et officii de tutti quelli che sotto l' obedienza di V. R. quì in Venetia lauorano nella vigna del Signore sendo tutti per voto astretti et sono li insequenti.

1. Il R.do P. M.o Alberto da Ferrara, di età di 40 anni in circa, in ascoltar confessioni molto gagliardamente si affatiga et tutto il tempo che gli auanza dopo le confessioni, parte spende per studiar, et parte nelli officii di charità verso li fratelli diligentissimamente. Ma oltra di questo dimostra in tutte le sue actioni molta diuotione, di modo che studia etiam genuflexo.

2. Il fratello Arnoldo [1], M.° in Arti, da Louanio, Maestro della prima classe, di età di 28 anni in circa; si essercita assai bene et diligentemente nelli suoi officii et essercitii d' obedienza et a molto profitto ha tirato li suoi scolari.

3. Il fratello Joann' Antonio d' Agubio, di circa 24, de forze corporali un poco debile, de ingegno mediocre, è maestro della seconda classe, da grande speranza di se ch' habbia a diuentar bonissimo predicatore, perchè ha gratia molta et dono ad essercitar bene tal off.°: ogni festa insegnara li scolari di tutte le classi la dottrina christiana et essortandoli moue molto li animi de tutti alla pietà, et con molta sollicitudine nelle letere humane essercita li scolari della sua classe.

4. Il fratello Jo: Bonifatio, siciliano, di anni 22 in circa (il qual alli giorni passati si infermò grandemente), già ricomincia a far il suo officio et attende alli studii et specialmente alli fundamenti della grammatica latina, nella qual dimostra non hauer fatto poco frutto, et quantunque habbia poco ingegno, speriamo che col studio et sollicitudine che usa, ricompensarà la

[1] Ejus cognomen dicebatur *Conchus*. Hujus, licet Lovaniensis, non meminit Delplace in opere saepe memorato *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas.*

imbecillità del ingegno: et oltre diciò si affatigha gagliardamente nelle cose d' obedientia.

5. Il fratello Giacobo fiorentino, sopra 19 anni in circa: il qual se bene ha bona voluntà d' obedir in tutte le cose, nientedimeno non ha forze corporali: perciò dopo ch' è venuto da Fierenze qua in Venetia, non ha potuto far alcun essercitio corporale, al qual solamente è atto. Li medici se ben hanno bona speranza ch' habbia a ricuperar' la sua sanità, in fatto fin quì par che se ne veda poco segno. Jesu xp.° vera salute di tutti, si degni rendergli la sua sanità per maggior gloria della sua diuina Maiestà.

Oltra di questi, due altri sono quì con noi, jouani robusti di corpo et sani, dall' hospital del Spirito Santo, mentr' che li nostri fratrelli quasi tutti si erano infermati, mandatici: li quali come che se fusseno dall' infantia nella religione, si sommetono et in tutte le cose docili et obedienti si offeriscono, et in ambedue si vede molta virtù. Un' d' essi ha 18 anni in circa, l' altro 15. Alli giorni passati mi palesorono il loro pio animo, cioè che hanno desiderio, et hanno deliberato finir la vita sua insieme con noi in castità, obedienza et pouertà. Ma gli hauemo fatto intender' che non hanno ancor compita l' età matura che si ricerca, et che si accetta la lor buona voluntà tra questo mezzo che haueranno compito il tempo et età conueniente. Certo mi hanno dato molta consolatione quando ho veduti tanto pronti et voluntarosi soldati ad pigliar il giogo della santa religione preparatissimi. Quello che' è maggior d' età et di persona, non dimostra molto ingegno nè memoria, ma se non venisse atto per li studii, sarà buono per li essercitii corporali: si è essercitato molto tempo nella cucina et la sa molto ben fare: si come ancor molte altre arti mecanice, cioè cuscir, assettar et far scarpe, et è marangone, idest falegname, etc. Ma l' altro ch' è minore d' età et persona, dimostra molto ingegno et memoria et bella presenza et è assai humile, deuoto et obediente et sollicito in esseguir' quelli officii che gli sono commandati per casa. Questi putti per intercessione di quelli pietosi et da bene huomini di quella santa Congregatione, che li giorni di festa hanno cura d' insegnar alli putti forastieri nella nostra scola la dottrina christiana l' habbiamo hauuto dalli Gouernatori dell' hospitale del Spirito Santo. E stata tanto grande la beneficenza et misericor-

dia di questi huomini di detta Congregatione verso di noi, mentre li nostri fratelli erano amalati, che delli proprii denarii oltra delle medicine dateci della Congregatione predetta, quali tengono per bisogno di poueri, ci hanno dato grande aiuto nelle nostre necessità: perchè il nostro. R.do Prior della Trinità non puo proueder al tutto. Li predetti huomini dabene di detta Congregatione et il R.do Prior (il qual non manca di fauorirci con la sua solita charità) nell' orationi di V. R. et di tutti l' altri R. P. et Fratelli nostri in Christo charissimi ci raccommandiamo et preghiamo V. R. sia di noi sempre nelle sue orationi ricordeuole.

Di Venetia alli 9 di Jugno 1554.

Di V. R. Indeg.mo seruo in Jesu Xpo.

CESARE HELMI.

Alia manu in quarta pagina: Venetia, Giugno 1554, 9 di Giugno.

Et alia, paulo inferius: † Littere quadrimestri del Collegio di Venetia della Comp.a di Jesu.

Est et tenuissimum sigilli vestigium.

CCC

P. Bartholomaeus Bustamante
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 16 Junii 1554 [1].

IHS

Muy R.do padre nuestro en Chro.

La summa gracia y amor eterno de Dios nuestro Señor sea en nuestro continuo fauor y ayuda.

La del mes pasado scriuió el p.e licenciado Alonso Lopez por comission del p.e Francisco á causa de auerme enbiado el padre Maestro Nadal dende Tordesillas á Alcalá por negocios de aquel collegio y por esto diré aquí en summa lo que dende la postrera que scriuí á V. P. por Abril occurre:

En lo que toca á los collegios de la Compañía, que en diuersas partes destos Reynos se han ofrecido y tienen fundamento de dotacion, como screuí dende Alcalá en la del mes de Abril, es para alabar al Señor ver la priesa que dan los fundadores á que por parte de la Compañía vengan los dichos collegios á deuida y entera execucion, aunque por ser muchos no se puede proueer luego á todos de los subiectos que son menester para el assumpto que la Compañía toma en ellos: vanse todos entreteniendo lo mejor y con menos gente que se puede, atento á que no se pide sin razon que se hagan primero los edificios de los tales collegios que se pongan los lectores y collegiales, porque con el mucho feruor de los fundadores, querrian en el ínterin ponerlos en casas alquiladas como se hizo en Medina del

[1] Autographae in duplicii folio, nn 294 et 295.

Campo [1], lo qual ya no conuiene ni se puede hazer por lo que he dicho, y así á Sant Lucar se han embiado quatro; á Auila dos, un Padre y un hermano; á Cuenca iran por el presente otros quatro, aunque por todo este verano se entreterná bien aquel collegio con los scholares de Alcalá, que iran allí lo que duraren las vacaciones, por ser fresco lugar, y Alcalá enfermo en este tiempo; y descargándose con esto el collegio de Alcalá, conseruarse ha la salud de los subiectos y cumplirse ha por este tiempo con Cuenca, pues al tiempo que se huvieren de boluer los scholares á sus estudios, se podrá suplir el número con otros nouicios, que estan en probacion en otras partes; en manera que con fauor del Señor nuestro no se sienta falta, pues las experiencias de los que estan en probacion causan donde quiera mucha edificacion. Este mesmo orden de entretenimiento se terná en los demas collegios que estan ofrecidos de Seuilla, Montilla, Granada, Baeça, Almagro, Murçia y Plasençia. Ruegue V. P. al Señor nuestro que embie muchos operarios para tan gran mies; que cierto, aunque la diuina bondad se digna continuamente de inspirar á muchos que sigan el instituto de la Compañía y cada dia se acrecienta más el número, son tantas las personas que estan mouidas á la deuocion de los nuestros, que cada lugar querria un collegio: no se puede dezir sino que *a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris* [2]; y esta hambre que tienen ha de causar gran gusto en la doctrina y seruicio de Dios nuestro Señor como en su diuina Majestad se spera.

Por la sobredicha última que screuí á V. P. dende Alcalá, di auiso cómo por mandamiento del príncipe [3] el P.e Francisco auia de yr á Tordesillas á entender en ciertos negocios spirituales tocantes á la Reyna [4]. Ha estado su Reuerencia allí dos meses tratando dellos; y aunque por estar Su Alteza diuertida de semejantes negocios y de qualesquiera otros, que requieran aduertencia y consideracion, no se podia sperar otro effecto desta jornada, que aver cumplido con el mandamiento del príncipe y con el deseo de la Reyna de Portogal [5], que ha mu-

---

[1] Cfr. POLANCI *Chron.*, t. II, pag. 330, n. 338.
[2] Psalm. CXVII, v. 22.
[3] Philippus II, Hispaniarum Princeps.
[4] Joanna, Caroli V mater, Castellae Regina.
[5] Catharina Austriae, Caroli V Imperatoris soror.

chos años que pide se hiziesen algunas experiencias de las que aora se han hecho: ha sido necessaria la yda del P.e Fran.co á Tordesillas.

Estando allí recibió letras de la princesa de Portogal [1], en que le pedia esperase por esta tierra la venida de Su Alteza, que por la absencia del príncipe viene á tener la gouernacion destos Reynos; y como en Tordesillas no auia ya que hazer, por començar su R.a á entender en el ministerio en que V. P. le ha puesto [2], se partió para Auila por informarse bien del fundamento que allí auia para el collegio que se ha de fundar.

Toda aquella cibdad, así el clero como el pueblo y los caualleros, se alegraron mucho con la venida de S. R.a la qual estauan esperando dias auia; predicó en la iglesia mayor un día de las octauas del SSmo. Sacramento con mucho concurso de gente; y era para alabar á Dios nuestro Señor ver que *commota sit vniuersa ciuitas* [3]; que ciertamente si la diuina bondad, que en estos tiempos se auia dignado demostrar la nouedad del p.e Francisco en estas partes no le huuiera proueydo tan cumplidamente de profunda humildad y estimacion que tiene de su propia nada, cada lugar donde ha entrado le huuiera sido hasta peligroso despeñadero segun lo que la gente le sigue. De todo saca mayor confusion, humildad y abnegacion de si mesmo, de manera que es de los por quien el S.or ha dicho: "*dicite justo quoniam bene* [4]„; porque de todo se sabe aprouechar.

Aunque al presente aquel collegio tiene muy poco, tiénese buena sperança que breuemente terná bastante emolumento; porque un cibdadano rico, que es muy enfermo y de dias, tiene mandados para la dotacion dél trescientos ducados de juro que tiene, y aora se trata de que para despues de sus dias haga luego la donacion y no los dexe por via de testamento, porque es reuocable. Y esto se trata por medio de personas seglares, amigos suyos, sin que hombre de la Compañía ni en nombre della se entienda en ello. Ay así mesmo algunas otras per-

---

[1] Joanna, Caroli V filia.

[2] Injunctum Patri Francisco de Borja recens fuerat officium Commissarii in Hispania et Portugallia. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV. pag. 385, n. 830.

[3] Matth., XXI, v. 10.

[4] Isai, III, v. 10.

sonas que se han ofrecido de ayudar, que son gente rica y acostumbrada á gastar en limosnas y obras pias parte de sus haziendas.

Voluió el p.e Francisco de Auila á Medina del Campo por visitar aquel collegio y acabar de assentar algunas cosas que auia dexado por memoria el p.e M.o Nadal y para dexar assentado el vso de las constitutiones y reglas con los particulares colloquios, que tuuo á los Padres y hermanos los dias que allí se detuuo, y con poner un síndico de los dos compañeros, que su Reuerencia trae, para aduertir de las negligencias y dar penitencias y capellos á los negligentes: y cierto era para alabar al S.or ver la mudança notable, que auia en el aprouechamiento de los subjectos de dia en dia con yrse guardando las Reglas, que con blandura y suauidad se van introduziendo.

Estando el p.e en Medina tuuo auiso que la princesa seria en Tordesillas dentro de tres ó quatro dias y asi se partió para allá. Entró la princesa sábado á los 9 del presente; y con venir en gran manera retirada que no la vee nadie, enuió la mesma tarde á decir al p.e Francisco que reçebiria contentamiento que viese á su Alteza; y así fué luego á palacio y fué de su Alteza muy graciosamente recebido y estuuo más de hora y media con ella, y otro dia siguiente cerca de dos, tratando las cosas de su consciencia y del orden que su Alteza deuia tener, para que con las ocupaciones de la gouernacion no se oluidase lo de Dios nuestro S.or, pues de alli auian de salir las fuerças para bien gouernar. Es para dar mil bendiciones al S.or nuestro ver quan aprouechada está su Alteza en las cosas del spíritu y quan deseosa de lleuar siempre adelante este aprouechamiento. Partiose otro dia para esta villa y quedó prendado el p.e Francisco de venir por quinze ó xx dias aquí para dar conclusion á los buenos desiños que con su Alteza auia començado: spérase gran seruicio de nuestro Señor y notable aprouechamiento del gusto que toma su Alteza con la comunicacion del Padre, porque al tercero día, que aquí llegó, enbió á llamarle y tuuo otro colloquio con él, que duró muy poco menos de quatro horas.

Dia de Sant Antonio de Padua predicó el P.e Francisco en esta nuestra casa, cuya iglesia es aduocacion de Sant Antonio; y con auer llegado Su R.a la noche antes de Tordesillas una hora de noche, y no auer auido tiempo de saberse de su venida

estuuieron en el sermon muchos caualleros y Señores; y los que dexaron de venir al sermon vinieron á visitar aquel dia al padre con demostracion de auerles mucho pesado no auerse hallado en el sermon. Está su R.ª tan alcançado de tiempo con las visitaciones, que apenas le queda tiempo para comer, porque vienen tantos que çierto le dan trabajo. Este dia del sermon le visitaron el Marqués de Villena [1] y de Távara [2], el Conde de Lerma [3], Obispo de Plasencia [4] y muchos otros caualleros y otro dia siguiente quasi todos estos mesmos Señores y el duque de Sesa [5], el electo Obispo de Auila, que es don Diego Tauera y el duque de Medinaceli [6], el Conde de Feria [7]. A todos dexa admirados su profunda humildad y el oluido que muestra tener de lo que fué y no se habla en otra cosa en esta corte.

Han venido ansimesmo á visitarle en nuestra iglesia la Marquesa de Mondéjar [8], la Condesa de Monterey [9] y la de Miranda [10]. Ayer confessó y dió el SSmo. Sacramento á la de Monterey, y tiniendo el SSmo. Sacramento en las manos le hizo vna exhortacion á deuocion del Sacramento que hizo tal impression en el corazon de la condesa, que fué cosa marauillosa las lágrimas y gemidos que tuuo con gran edificacion de todos los circunstantes.

El Obispo de Plasencia está tan vfano de ver que el P.ᵉ Francisco quiera yr este verano á Extremadura, que es para alabar al S.ᵒʳ nuestro ver la priesa que da á que vayan luego lectores al collegio que determina hazer en Plasencia, preferiéndose á

1 Franciscus Pacheco et Bobadilla. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 587, n. 1250.

2 Bernardinus de Pimentel juxta P. Nieremberg, in vita S. Francisci de Borja, edit. hisp. 1644, pag. 121. Eum etiam Bernardinum appellat BURGOS, *Blason de España*, tom. VI, pag. 115. Videtur ergo errasse CIENFUEGOS, qui in Vita ejusdem S. Francisci eum Martini nomine vocat.

3 Ludovicus de Sandoval et Rojas, II Comes de Lerma.

4 Gutierre Vargas de Carvajal, saepius Gutierre de Carvajal nominatus.

5 Gundisalvus Fernandez de Córdoba, III Dux de Sessa.

6 Joannes de la Cerda.

7 Gomez Suarez de Figueroa, Comes V et Dux I de Feria.

8 Maria de Mendoza, uxor Eneci Lopez de Mendoza, Marchionis de Mondejar.

9 Maria Pimentel et Velasco, uxor Alphonsi de Acebedo et Zúñiga, Comitis III de Monterey. Hunc aliqui auctores, inter quos ORLANDINI, *Histor. Societ. Jesu*, t. I, pag. 405, nominant Alphonsum Fonseca et Acebedo. Hujus diversitatis ratio ex eo videtur orta, quod Alphonsus titulum *Domini majoratus de Acebedo et Fonseca*, inter alios, habebat; vel quod ejus avus hujusmodi cognominibus, nempe Acebedo et Fonseca, semper fuerat appellatus.

10 Maria de Bazan et Ulloa, uxor Francisci de Zúñiga et Avellaneda, Comitis IV de Miranda.

fundarle y dotarle muy bien: han començado el P.e Francisco y el p.e Doctor Araoz á tratar con él y aun no estan resolutos de enuiar luego los lectores, si ya el Obispo no diese dende luego orden como no pudiese faltar recaudo, así para el edificio, como para la dotacion; de manera que faltando el Obispo, que es ya biejo [1], no quedase desierto el collegio, y creo que verná en todo buen asiento, segun lo que desea ya ver la Compañía en su obispado, mayormente que lo que en este punto se le puede pedir es cosa muy justificada.

Asentadas las cosas con el Obispo como mas conuenga á la mayor gloria y seruicio de Dios nuestro Señor, que es el que la Compañía pretende, partirá de aquí el P.e Francisco vn dia despues de Sant Juan para aquella tierra, porque cerca de Plasencia da el obispo vna casa de recreacion que tiene en el campo, algo apartada de la cibdad, creo que tres ó 4 leguas y cerca de vn buen lugar, donde con descansar el P.e dos ó tres meses del trabajo de los muchos caminos que ha hecho estos dos años, acabará de concluyr lo de Plasençia, aunque ciertamente será este su principal intento y no el descanso, pues el mayor que puede tener, segun dize muchas vezes, es andar en las obras de la Sancta obediençia; y así le pareçe que para tener cuenta muy mejor en todas las provincias es el mejor asiento el de Plasençia, por estar en medio de todas y mas cerca tambien de Portogal, vltra de ser tierra falta de doctrina y donde con la predicacion y frequencia de las confessiones la Compañía hará mucho fruto en las almas y gran seruicio á Dios nuestro Señor. Su diuina gracia, que tanto ha obrado y obra continuamente en el alma de V. P. nos ayude y fauorezca á todos para que podamos seguir á nuestra cabeça en las obras de su diuino seruicio.

De Valladolid, 16 de Junio 1554.

de .V. p.
Menor hijo y sieruo en el S.or nuestro,

BUSTAMANTE.

Desideratur superscriptio.

---

[1] Nondum quinquagesimum aetatis suae annum attigerat Episcopus Plasentinus, si, ut habet *Biografía eclesiástica*, t. XXIX, pag. 1060, natus fuerat anno 1506.

CCCI

Guilielmus
Patri Ignatio de Loyola.
Bononia, 23 Junii 1554 [1].

IHS

Pax X.i sit semper nobiscum, etc.

Paucis, Reuerende pater, vt obedientiae praecepto et P. tuae, quoad potero, satisfaciam, ea, quae Dns., bonorum omnium auctor, per nos, infirma valde ipsius instrumenta, proximis his mensibus gesserit, explicabo. Et ne cuiquam sit persuasum minores nos modo quam hactenus consueueramus spiritualium nostrorum laborum fructus propter falsos illos rumores, in nos paulo antea excitatos [2], collegisse, potius huiusmodi tragoediae effecerunt ut permulti proximis hisce Resurrectionis ac Penthecostes festis ad patres nostros, ut de peccatis confiterentur, accesserint.

Accessit inter alias et mulier quaedam hac eadem de causa, quae, quamuis meretricio illo pessimae vitae genere quindecim annis foedata fuerat, Domini tamen spiritu afflata, hostia viua, Deo placens, post confessionem effecta, in casta atque pudica vita, crebris modo confessionibus puritati studens, continetur. Alii conditionis quidem non infimae, graui aeris alieni pondere fraude ac foenore grauati, magna tandem post confessionem poenitentia ducti, patri nostro [3] aureorum summam ferme quadringentorum restituendam detulerunt: plurimisque precibus

[1] Apographum in duplici folio, nn. 79 et 80.
[2] Vide POLANCI *Chronicon*, t. III. pag. 132, nn. 262 et 263.
[3] Scilicet Francisco Palmio, Bononiensis domus Superiori.

apud eum effecerunt ut ipse illius restitutionis auctor esse vellet. Ad haec idem pater inter duos, qui sese multis annis simultatibus mutuis ac pestilentissimo odio exercuerant, multam diuino auxilio pacem composuit: atque eosdem de peccatis in confessione audiuit.

Paulo vero post Resurrectionis pascha (res auditu digna) adolescens quidam Judaeus, patria Regensis *(sic)*, non aspernendae indolis, annos natus duo et viginti, cui Dominus ante biennium in animum induxerat vt christianus fieret, quamuis daemonum ac parentum astutia effectum sit vt in hoc vsque tempus eius salus quodammodo protraheretur, amore tamen ac magno Christi Jesu desyderio compulsus, relicta patria, parentibus, amicis bonisque terrenis, quibus haud mediocriter abundabat, se ad vrbis huius vicarium contulit: humiliter sacrum baptisma petiuit, missusque ad patrem nostrum. atque ei plurimum ab ipso vicario commendatus, officiose [in] domo nostra fuit exceptus, et tandiu apud nos egit, donec his, quae ad catholicam religionem spectant, optime esset edoctus. Juuenis vero ipse ea baptismatis gratia, quam clementer susceperat, tam egregie est hactenus vsus, vt quam expectationem de se concitauerat, hanc eamdem facile sustineat ac tueatur, vt iam admirationi sit plurimis. Tanta vero pompa tum ecclesiasticorum tum etiam laicorum fuit ad sacrum fontem in medio duorum ex nostris patribus deductus, tantaque omnium cuiuscumque conditionis hominum gratulatione et applausu eius regenerationis dies celebris extitit, vt nulla vnquam in vrbe Bononia eius memoriam delere possit obliuio. Quod autem in hoc tam singulari negotio Patribus nostris magistris ac ducibus fuerit vsus, vix erat vnus qui non ei plurimum gratularetur. Cum vero R.[dus] noster pater iuuenem hunc iam vere catholicum non absque diuino consilio ad oppidum vsque, quod Sancti Joannis dicitur, vbi prius habitauerat non longe ab hac ciuitate, comitaretur, a toto clero ac oppidanis omnibus cum magno omnium applausu atque spirituali iucunditate vna cum suo filiolo in summum eiusdem oppidi templum deductus est, vbi cum piis omnium votis ac precibus obsistere nequisset, benignitate omnipotentis Dei effectum est vt non paruo cum fructu concionem habuerit. Nam praeterquam quod gladio illo ignito Spiritus Sancti ac verbi Dei permultos in nouum ac sanctae vitae

genus compulerit, duos quoque sacerdotes, quorum mores ac vita multis male viuendi ansam praebebant, coëgit vt, missis iocis, choreis, prophanisque ac lasciuis familiaritatibus et colloquiis, religiose viuerent. Ibidem quoque dissidium quoddam iam inter patrem et filium quemdam inueteratum, et quod permulti multo tempore frangere nequiuerant, diuino praesidio multa charitate idem pater extirpauit atque deleuit, eosque in multa pace relinquens, pluribus tamen, non sine magno spiritali foenore, confessionibus auditis, ad nos prospera cum valetudine rediit.

Iam vero, vt de his, qui in publica custodia asseruantur, dicam aliquid, saepissime illi a Reuerendo p.e Laurentio [1], et quidem frequenter ab iisdem vocato, visuntur, vbi concionari, confessiones audire, sacram administrare eucharistiam atque alia charitatis officia praestare assidue consueuit.

Reuerendi vero patris nostri operam, numquam certe desunt viri plerique clarissimi, qui multis in rebus piis requirant. Reuerendus huius vrbis Vicarius primus est, qui illo in reformandis monialium coenobiis plurimum vtitur, vbi est concionatus saepius. Et monialium animos spiritualibus exercitiis format atque in Dei amorem inflammat, earum confessiones audit, et plura cum eis spiritualia munia, non sine magno fructu spirituali et Dei gloria exercet, quo fit vt in monialibus illis magna quaedam reluceat sanctimonia, quod ad maiorem nominis Jesu gloriam omnibus quotidie fit manifestius. Concionatur praeterea idem pater in templo nostro praecipuis anni festis summa cum populi attentione ac maiori animarum fructu. Reliquis vero] festis Pater Laurentius, vt consueuit, [eis] qui ad nostrum collegium discendi causa accedunt, christianam explicat doctrinam, qua ex re pueri ipsi fructum spiritualem non poenitendum hauriunt, et paratiores ad literas discendas redduntur.

Et, vt pauca de domesticis dicam, fratres quidam nostri studia non negligunt, et totis conatibus in id incumbunt, vt in dies magis ac magis in virtutibus proficiant, quo et Paternitati tuae obedientiores esse et conspectui diuino gratiores apparere possint. Quod [ut] assequi valeant, omnibus modis quocumque be-

[1] P. Joannes Laurentius de Patarinis.

neficio indigni, hoc tamen vnum ex te maiorem in modum petimus, Pater in CHRO. Reuerende, vt nos tuis precibus commendatissimos esse velis.

Bononiae, 9 calendas Julii 1554.

Indignus filius tuus,

GUILIELMUS.

In quarta pagina, loco superscriptionis: Bologna del 54. 23 di Giugno.

CCCII

Edmundus Augerius
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 23 Junii 1554 [1].

Pax Xpri. etc.

Molto R.do in Xpo. Padre.

Spero che per queste tanto più facilmente sodisfarò a V. R. in scriuere breuemente et con chiarezza, quanto la materia delle cose ch' in questi quattro mesi passati fatte si sono, è meno copiosa. Di maniera che per l' una et l' altra cagione bisogni ch' io in così piccola materia non sia molto prolisso. Pure non risguardando alla pouertà delle cose scriuerò quel poco che sò V. R. espetta da noi. Et questo non tanto per negligentia o pigritia s' è causato, quanto (per dire quel' ch' è) per il piccolo numero d' i lauoratori ch' in questa vignia si affaticano.

Totum namque impletur sacellum, ac plures duplo foris assidentes ac stantes audiunt; quod si in numerum eos redigere velis, tercentos sine scholaribus [2] connumerare licet. Hi autem sunt e numero eorum, qui multum sacramenta frequentant. Verum tanta fuit apud nos confessionum copia, tum quadrage-

---

[1] Huic paucis hujus anni mensibus Collegii Cordubensis regendi cura commissa fuit.

[2] *sine scholaribus*, eis scilicet qui Collegii scholas frequentabant et, ut in Collegiis Societatis moris erat, ad expositionem christianae doctrinae audiendam se conferre, cum fiebat, tenebantur.

simae, tum aliis etiam temporibus, vt sex sacri auriculares [1], qui tunc aderant, omnibus profecto, qui huc conueniebant, satisfacere non possent; itaque alio ire cogebantur. Plurimi totius vitae arcana confessario prodidere, vnde factum est vt, quae per viginti aut triginta annos furto ablata fuerant, restituerentur. Quotidie id hominum genus conueniunt ad nos denuo. Verum cum illis satisfacere nequaquam possimus, opperiri admonentur donec tempus magis opportunum occurrat. Plerique horum aut omnes fere suas frequentant confessiones atque communiones cum magno quidem spiritali profectu.

Sunt autem horum nonnulli, qui cubandi [2] tempore vna cum filiis suas pronuntiant orationes, excutiuntque a peccatis conscientiam; alii vero sunt, qui se strenue verberibus caedunt quotidie, alius quinquaginta, alius triginta et sex. Sunt praeterea, qui in templis agricolas [3] atque mendicos quaerant, quorum hic est numerus frequens. Conferunt se iidem in cauponas ea gratia, ut quos offenderint, modo possint, ad confitendum et audiendum sacrum adducant. Itur etiam ad eosdem de nocte, vt de Deo illis loquantur. Ex quo fit vt tam multos ex illis ad nos adducant, vt cum omnes audire non valeamus, ad multa coenobia utpote dominicorum [4] caeterorumque ducantur.

Est quaedam huius ciuitatis pars quae dicitur *Alcaizeria* [5], qua nihil hic, vt uulgo fertur, detestabilius erat: post quadragesimam autem tam alia effecta est, vt ipsi adhuc, qui in ea versabantur, valde multumque mirentur: multi quippe illorum vitam transigebant emendo quae furto a mancipiis ablata fuerant et ab aliis, quibus aliquid vendere fas non erat. Nunc vero, Deo optimo maximo gratia, tantum abest ab hac viuendi ratione vt, qui id antea praestarent, vicinis ne id faciant persuadere conentur. Inter caetera hoc vnum cum illis expenditur, vt persuadeantur scilicet nihil mali, nihil laboris, nihil denique necessitatis illis obuenire nisi propter peccata in diuinam maiestatem commissa. Quod reuera ipsi praue admodum intellexerant, verum

---

[1] Sacerdotes, qui confitentes audirent.

[2] Rectius *cubitum eundi*.

[3] Eos videlicet, qui mercede conducti agros colunt, quique si non conducantur, penuriam omnium rerum plerumque patiuntur.

[4] Sic; rectius *dominicanorum*, hispane *dominicanos* et etiam *dominicos*, fratres scilicet Ordinis Praedicatorum.

[5] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 450, annot. 1.

multo deterius praestiterant [1]. Rem audiunt quotidie diuinam, qui ne dominicis quidem ac aliis festis diebus audire consueuerant. Extitere alii, qui peccata confessario manifestarunt, quae per viginti annos prae pudore confessi non fuerant. Liber, qui *Contemptus mundi* inscribitur, vendebatur quidem argenteo et dimidio; modo autem duobus et dimidio constat. Quidam, qui merces diebus dominicis venumdabant, opusque mechanicum faciebant, iam omnino ab incoepto destitere. Conciones praeterea in nonnullis fiebant templis, festis atque profestis diebus. Priuatae ad haec orationes habitae sunt, tum in uinculis, tum in quibusdam sororum coenobiis, qua quidem in re non parum profecto obsequii praestabatur Deo. Quidam etiam nostrum in templo maiori concionem, quam mandati appellant [2], latine concionatus est; quae reuera concio clerum mirum in modum consolata est. Cum enim septem aut octo ante diebus quam habenda esset, aliis commissa fuisset, nec inveniretur qui tam breui temporis spatio eam habendam susciperet, ventum est ad P.em nostrum, qui illis [3] authorem statim obtulit. Vsque adeo est grata huic populo Societas, vt diuinarum laudum carmina quoque Baeticae usquequaque circumferantur, quod eam Dominus huc allatam voluerit, quod quidem magnum Dei donum existimant, praesertim cum videant virtutum, literarum, recollectionis atque honestatis fructum, quem filii sui ex Societate ferunt. Extitere omnes, qui nostra frequentarunt gymnasia quadringenti fere, maxime si eos, qui conscientiae casus audiunt, si graecos, si rhetores, si tandem grammaticos connumeremus. Habent huius oppidi scholastici duo admodum notatu digna, ingenium nempe praeclarum, quo plerique pollere videntur, ac proinde sane sunt multum solertes [4], et maximam habitus honestatem; plerique enim pallia oblonga et pileos ad sacrificorum [5] similitudinem gestant, ita vt cum salmanticensi-

---

[1] Vide quomodo haec, quae obscure satis dicta sunt, intellexit Polancus: " et eis, qui egestatem, suorum malorum causam, praetexebant, persuasum est quod haec propter peccata ipsorum in Deum accidebant, cum, si regnum Dei quaererent et justitiam ejus, temporalia non eis essent defutura.„ *Chronicon*, t. iv, pag. 450, n 964.

[2] Concionem de Evangelio *Ante diem festum Paschae*, quae fieri solet die Jovis sancti ante vel post pedum lotionem. Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 449, n. 961.

[3] Spatium hic in apographo nostro vacuum relictum est, implendum fortassis concionatoris nomine. Id implevit Polancus, l. c, hoc modo: " et ita ventum est ad P. Antonium, Rectorem, qui hoc munus Patri Navarro commisit. „

[4] Vide in Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 441, annot 2.

[5] *sacerdotum*, seu melius *clericorum*.

bus scholaribus habitus honestate certare eosque superare videantur, inter quos reperias non paucos nobilibus prognatos parentibus. Crescit eorum quotidie numerus atque profectus. Loquuntur iam latine grammatici et a praeceptoribus dictata et epistolas a se ipsis excogitatas componunt. Quod sane nimis desuetum erat huius regionis scholasticis. Rhetores autem suas habent conclusiones et declamationes, quas quidem frequentius habere desiderant; verum eis non licet per Patrem nostrum propter maximum aestum, qui nos hic infestat. Graeci suam iam audiere artem, quam nonnulli etiam profiteri possent. Hi etiam graecam exercent compositionem, qui quidem et assidui et multi extitere prae illis, qui Salmanticae atque Compluti solent esse; multi quippe illic graecas literas audire inchoant; admodum vero raro viginti perseuerant. Hic autem quinquaginta sunt auspicati, verum plures triginta permansere.

Inter hos itaque scholasticos plurimi certe sunt, qui octauo quoque die confitentur atque communicant suamque habent orationem mentalem. Sunt multi, qui monachi esse vellent, alii Hieronymi, Dominici alii, alii Francisci, alii etiam nostri, qui quidem detinentur vt experiantur, media nocte surgendo, se ipsos flagellando, vt inde perspiciatur idonei necne ad illum statum exhibeantur; quod si etiam nostri futuri sint, iam de caetero his assueti inueniantur. Tot venient ad nos ad Diuum Lucam, vt eos nostra gymnasia capere non possint. Peruenit huc P. Doctor Torres pridie Spiritus Sancti attulitque Salmantica secum alios quatuor [1], quorum quidem aduentu mirum in modum in Domino delectati sumus. Videbamur quippe geminatum recepisse spiritum. Fecere id ipsum Dominus Joannes Corduba, qui videbatur prae gaudio apud se non fuisse; aderat enim apud nos cum Pater veniret. Die vero sequenti, id est Paschatis, secundo cum duobus canonicis ad nos reuersus est. Fecereque nobis perquam solemne sacrum cum magna profecto organorum atque concentus armonia, fuitque conuiua noster, vel nos potius illius. Dominus item Inquisitor Villar, qui iam olim magna Patri Pro-

---

[1] Hi quatuor Patres fuere: Joannes Suarez vel Xuarez, Gundisalvus Gonzalez, Alphonsus de Avila, qui postea P. Basilii nomine tantum est appellatus, et Paulus Hernandez: hos Patres duo fratres comitabantur, nempe: Joannes Gutierrez et Didacus Lopez. Vide VALDIVIA, *Colegios de Castilla*, Salmanticense Collegium.

uinciali amicitia coniunctus fuerat, praeter modum Patris aduentu gauisus est. Alii praeterea huius oppidi quamplurimi.

Paucis post diebus quam huc Pater peruenerat, misit Hispalim duos Patres, Gondisalvum [1] nempe atque Auilam [2], quos Salmantica secum adduxerat. Hic enim P. Auila est hispalensis, in eaque ciuitate suos habet parentes, quorum quidem magnis efflagitationibus non potuit [3] non eos mittere illuc. Cum autem eo peruenissent, statim adiere proseucham [4], praemittentes famulum in paternam domum, per quem P. Auila a patre fuerat accersitus; qui vero in proseucha aderant, cum fores aperire noluissent, inde non discessere [5], sed humi potius dormierunt; aiunt enim solum uisum illis fuisse mollius multo quam toros, in quibus antea dormire solebant. Caeterum cum id populo innotuisset, magnae profecto aedificationi id fuit.

Post haec Proarchiepiscopum [6] invisere, a quo sane, magna cum charitate excepti, obtinuere concionandi facultatem per totum hispalensem archiepiscopatum. Quibus etiam exhibuit magnam, quam erga eos charitatem haberet, simul et quam bene de Societate sentiret. Quorum quidem amicitia multum reuera iuvat ad salutem et animarum aedificationem.

Impulsi fuere a Domino sex, qui Societatis esse desiderant; inter quos erat quidam huius Proarchiepiscopi sacrificus, qui Societatis amore captus, eam unice diligebat, cupiebatque ipse eodem esset animo Proarchiepiscopus erga Societatem. Compulsi ad haec fuere duo alii fratres sacerdotes, qui a multis quidem annis grammaticam Hispali profitebantur, cuius sane facultatis docti satis, potissimum natu maior. Vocantur hi Infantas dixereque P. Gundisalvo, si hic reciperentur, libenter venirent Societatem ingressuri; quos P. noster Prouincialis certiores fecit, si cupiant venire, eos posse cum Domini benedictione venire.

---

[1] P. Gundisalvum Gonzalez.

[2] P. Alphonsum de Avila.

[3] P. Michaël de Torres, Provincialis.

[4] "Proseucha, Domus pauperum hospitio deputata, in qua et foventur et aluntur. Nich. Carranza in Vita S. Ildefonsi inter Conc. Hisp., t. ii, pag. 568." Du Cange, Glossarium, t. v, col. 921.

[5] Scilicet Gonzalez et Avila.

[6] Hispalensis Proarchiepiscopus, vel potius Archiepiscopi Vicarius, erat Gaspar Cervantes de Salazar, quem alii vocant de Gaëta. Vide *Chronohistoria de Toledo*, auct. P. Bartholom. Alcazar, parte 1.ª, pag. 235.

Concionatus fuit P. Auila Hispali concionem quidem egregiam; ex auditoribus autem nonnulli dicebant: hic recte profecto posset inter duos choros concionari; inter duos namque choros templi maioris non conceditur Hispali concionari nisi famigeratissimis concionatoribus.

Profecti sunt tandem inde ad Sanctum Lucam [1] P. Francisci iussu, vt Collegii, quod Domina Dux [2] illic construit, possesionem caperent.

P. vero Sancta Crux [3], qui e Lusitania huc venit, vt bona, quae Granatae haberet, Collegio ibi futuro donaret, iam Illiberos profectus est. Bona autem donata sunt: domus, quae bis mille aureos valet nummos, deinde nonaginta tres ducatos aureos annualis prouentus largitus est. Donantur praeterea eidem Collegio ex parte Patris Magistri Joannis Aluarez [4] viginti sex ducati prouentus etiam annui, ex quibus summam colligemus centum et duodecim ducatorum praeter domum.

Agimus hic sex supra viginti; ex his vndecim absunt; infirmi sex. Quatuor professores, nempe Doctor Plaza [5], qui conscientiae casus enucleabat laboratque tertiana. P. deinde Jaën [6] graecus institutor quotidiana vexatus febri; at vero uterque lenta: tum Frater Roca [7], qui et humanitatis et rhetorices cathedram interpretabatur, ventris fluxu et stomachi debilitate, ab eo tempore, quo huc venit, semper affectus fuit. Frater praeterea Marcellus [8], qui ob stomachi debilitatem magnam, minimam classem per horam dumtaxat exercebat, quique loco P. Jaën suffectus fuit, vt graecam lectionem exponeret, id laboris cum ferre non posset, omnino vtrique lectioni supersedit. P. etiam Pertusa [9] ab eo tempore, quo ex Lusitania venit, ventris cursu et capitis dolore semper laborauit. Alii duo Patres,

---

1 Urbs est prope Baetis fluminis ora, Sanlucar de Barrameda dicta.

2 Anna de Aragon et Gurrea, S Francisci amita, Dux vel, ut jam usus habet, Ducissa de Medina Sidonia.

3 P. Didacus de Santacruz, communiter *P. Santacrux Granatensis* dictus.

4 Is, qui Granatensis etiam erat, Joannes Paulus vulgo dicebatur.

5 P. Dr. Joannes de la Plaza.

6 P. Joannes de Jaën.

7 Frater Joannes de Roca. Vide quae diximus in tom. II, pag. 70, annot. 3, ubi de hoc Fratre fit sermo, sub nomine Antiqui Roca.

8 P. Marcellus Salazar.

9 P. Gundisalvus Pertusa.

Cavallar [1] scilicet et Gaspar Dueñas, febricitarunt. Prior iam recte valet, alter decocta bili laborat.

Haec sunt, quae ad te scribenda occurrere, charissime Pater: superest dumtaxat a te obnixe contendere vt tuis sacrificiis atque orationibus Deo optimo maximo nos commendatos velis. Efflagitant hoc ipsum ab omnibus Patribus ac fratribus istic commorantibus P. noster Prouincialis ac P. Antonius Corduba, caeterique omnes Patres ac fratres, vt a Domino gratiam impetremus, qua semper eius voluntatem sentiamus eamdemque ad unguem exequamur.

Corduuae decimo octauo Calendas Augusti 1554.

Tuae Paternitatis filius indignus in Domino.

Ex commissione Patris Antonii Cordubae,

NAUARRUS.

CCCVII

Gerardus Lapidius
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 24 Julii 1554 [2].

Ex aliis his [3] 9 Cal. Augusti 1554.

Cum 30 orphani apud S. Jacobum in angustis aedibus habitarent, curatum est vt eodem in loco domus laxior extrueretur, quae iam tanto amplior facta est vt 50 capiat et ad 100 extendi possit.

Habitationi vinea adiuncta est, quae illis quotannis 50 red-

---

[1] Didacus de Cavallar.

[2] Apographum in duplici folio, nn. 243 et 244. Est aliud apographum partem foliorum 173 et 174 complectens, et aliud, licet non integrum, in fol 168.—Vere aliud hae litterae non sunt nisi, in paucis decurtata, latina versio litterarum Patris Hieronymi Domenech, quas dedimus supra, pag.   et seq. Illas igitur adeat lector oportet, cum in his aliquid offendat, quod declaratione indigeat.

[3] Sic; sed videtur error pro *Iris.*, litteris.

dit uncias, et totidem reliquus fructus, qui in eadem vinea prouenit, valet. Quatuor sacerdotes honestae vitae pueris praefecti sunt, qui illos docent ac in officio retinent.

Datur diligenter opera vt exaedificetur domus probationis pro foeminis, quae se a turpi quaestus genere ad Deum converterunt, et illis vicina mulieribus, quae se a simili statu ad religionem abduxerunt. In illa domo tamdiu habitabunt dum de meliori via salutis statuent; quibus placebit religio, illae in monasterium recipientur; si quae malunt nubere, viris collocabuntur. Quotannis iam 40 vncias habent, nec per gratiam Dei necessaria illis deficient.

Collegimus tot undique eleemosinas, vt his quatuor superioribus mensibus 40 foeminae eiusdem conditionis honesto matrimonio traditae sint cum dote mediocri: hoc effectum est partim per edictum Proregis, quo vetuit concubinatum, partim per conciones, quae in nostro templo habentur, ad quas iussae veniunt.

Aliud negotium non minus Deo acceptum susceptum est, quod longe quoque suos fructos diffundet. Monasterium virginum, in quo admodum remisse et dissolute uiuebatur, non sine offensione multorum, Archiepiscopus, Prorege petente, deduxit, id est, monachas in aliis coenobiis collocauit, vbi multo melius viuere possunt. Monasterium vero, quod reliquerunt, iam in nostra manu est, et ob hoc nobis datum, vt melioris spiritus cultrices eo introducamus, et quibus omnia communia sint, et regulas prescriptas diligentissime observent, quae vita nonnullis valde placuit et magis in dies placet: nam habemus quasdam honestissimas virgines ad hoc paratas, vt monasterium ingrediantur et nouam religionem suscipiant: nec est quod malint quam illum diem videre, quo erit domus absoluta et concinnata, quod mense Septembri fore speramus: cellae, quas singulae singulas inhabitabant priores, iam deiectae sunt; ita instauratio moram facit, sed viri boni et nobiles fabricae curam habent, quorum tres filiae coenobium inhabitabunt primae, et iam frequenter ad conciones et ad sacram communionem sacramenti Eucharistiae veniunt; exercitiis quoque spiritualibus multum probatae sunt.

Quod ad aedificationem collegiorum attinet, si essent ex nostris qui eo mitterentur, 4 aut 5 breui habere possemus in

hoc regno. Duo autem inchoata sunt, quorum vnum Bibonae fit expensis Ilmae. Ducissae, et ad illius fundamenta ponenda duo patres profecti, qui, vti fieri solet in aedificiis extruendis, primum lapidem posuerunt. Illius domus Paternitati tuae formam misimus; hortum eodem in loco habemus valde commodum cum aquarum copia.

Alterum Collegium Syracusis extruitur opera et diligentia Assueri, filii Proregis, qui locum idoneum a ciuibus impetrauit. Reditus offerunt 80 vnciarum; verum, vbi vtilitatem animarum ciues uidebunt, illos maiores futuros speramus. Nam D. Assuerus, qui ciuitati praeest, pro nostra Societate ualde laborat, et iterum atque iterum petit vti P. Prouincialis aliquos mittat; et mittentur cum primum fieri poterit. Magister Antonius Vinch Syracusis fuit et possessionem suscepit.

Rector huius Collegii cum Vicario agrigentino multa loca Regni perlustrauit, in quibus repererunt homines densissimis peccatorum tenebris excaecatos, alios in adulteriis, quosdam in concubinatu, nec paucos in vsura et aliis vitiis viuentes, pastores simul cum ouibus errabant; quae omnia, quamquam non penitus sustulerint, tamen magna ex parte correxerunt. Monasteria ibidem aliqua reformauerunt et ad pristinam religionis formam reuocauerunt. Ex tali lustratione locorum cum viderent valde magnum fructum ad salutem hominum promanare, adornarunt hominem bene doctum et pium, qui peragrabit vicos, castella et alia loca, et communia illa peccata, quantum fieri potest, emendabit; quod quo commodius fiat, Vicarius agrigentinus ipsum in illis rebus per dies aliquot instituet.

Repertus est praeterea modus minuendi consuetudinem, quam multi in hoc Regno habent, in vsura frumenti, olei et reliquarum rerum.

Fructus autem quotidianus nostri Collegii non exiguus est; conciones, lectiones, xenodochiorum visitationes et carcerum, pro coniectis in carcerem uel triremes liberandis intercessiones, bonae adhortationes et sacrae communiones continuae sunt, quibus multae animae liberantur a laqueis diaboli et Christo reconciliantur. Eius rei exempla aliquot subiicienda sunt: foemina, quae propter mariti iniurias se totam diabolo deuouerat, ea conditione, vt se a viro liberaret, facti postea poenitens, venit ad templum nostrum, et rem Patri cuidam

indicat, qui illam ad confessionem adhortatus est et mutationem consilii: illa vero confessa est, et iam maximas gratias agit pro beneficio accepto a Deo et eius ministro. Alius 19 annos a pane vitae abstinuerat; sed, postquam venit ad nos, confessus et ad sacramentum Eucharistiae admissus est. Alius adeo erat corporis sui voluptatibus deditus, vt prorsus negligeret corpus Domini. Idque cum per omnem aetatem fecisset, tandem ad nos veniens confessus est, et sanctam Eucharistiam suscepit. Alius 30 annos cum concubina vixerat, verens ne, si confiteretur, illa relinquenda esset; sed confessus, illam uxorem duxit. Eodem in statu alius 14 annis vixerat, qui idem fecit cum concubina. Denique, praeter solitas in templo nostro conciones, multae praeterea habitae sunt a nostris, tum in coenobiis mulierum, tum in carcere, tum in triremibus aliisque locis, cum magno fructu hominum ac gloria Dei.

Panormi anno 1554, 9 Calend. Augusti.

GERARDUS LAPIDIUS, semper tuus humillimus seruus.

CCCVIII

P. Bartholomaeus Bustamante
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 24 Augusti 1554 [1].

IHS

Muy R.do p.e nuestro en Christo.
Pax Chri.

En la del mes pasado se dió aviso á vuestra Paternidad de lo que la misericordia del Señor va obrando siempre por medio del p.e Francisco, y especialmente del exemplo y notable edificaçion que el Comendador Juan Mosquera de Molina, Regidor de Valladolid, ha dado en este reyno, donde es muy conocido de todos los Señores dél por auer sido vn cauallero valeroso y cortesano, el qual era tan contrario á las cosas de la Compañía, que pasando el dia de santo Antonio de Padua por delante de nuestra casa, donde se ganaua indulgencia plenaria, afirma que dexó de entrar á ganarla, por no ver á hombre de nosotros; y con esto dentro de seys ó siete dias escriuió vna carta al p.e Francisco, desde la villa de Simancas, que está dos leguas de aquí, diziendo que tenía vna casa en aquel pueblo con muy buena huerta, la qual auia dedicado á la Compañía, pidiendo á su R.a que auiendo de pasar por allí la quisiese ver. Y así partiendo el P. de Valladolid para yr á la fundaçion de Plasencia, y cayéndole en el camino Simancas, fué á visitar al dicho comendador, el qual mostró gran contentamiento con la vista de su R.a y conçertó de hazer luego la donacion de la dicha

[1] Autographae in duplici folio, nn. 297 et 298. In his quaedam iterata reperies aut magis declarata, quae jam dicta sunt in litteris Fratris Antonii Gou, quas dedimus supra, pag. 48 et seq.

casa y huerta, aunque se difirió ocho ó diez dias por auerla de hazer juntamente con su muger, que estaua fuera de allí: finalmente se hizo con gran voluntad de ambos y dando su palabra que trabajarian de dotar segun su possibilidad el dicho collegio. Tiene este cauallero de ofiçios de su magestad y de otras cosas de por vida cerca de 2.000 ducados por año. Ha mouido tanto la gente á deuocion de la Compañía este negocio de Mosquera, que en toda esta corte se trata dél como de cosa milagrosa; y cierto parece auerlo sido, por averse hecho tal mudança de vn extremo á otro en tan pocos dias y auer dado gran demostraçion della en que, andando ordinariamente por cosas pasadas muy á recaudo acompañado de arcabuzeros y de otra gente de guarda, anda aora por la corte sin espada pidiendo perdon á vnos y perdonando á otros, ofreçido á que hagan dél lo que quisieren. Dize que con solo aver visto al p.e Francisco es poco todo lo que él puede hazer, porque estaua tan espantado en ver que el hermano Juan Paulo [1] le llamase *Padre* y *vuestra R.a* y comiesen juntos, que por una parte se mouia á mucha risa, y por otra nunca acabaua de admirarse acordándose del tiempo que avia visto á su R.a en esta Aegipto de la corte; specialmente gusta de contar á todos que estando el p.e Francisco vn dia en esta su casa, que ha donado, llegó el hermano Juan Paulo á la puerta de la calle á cauallo, y sin apearse dixo que le llamasen al p.e Francisco; y saliendo á ver lo que quería le preguntó por la xáquima de la mula. Es cosa para alabar á nuestro Señor ver quán asentado tiene este cuento en el coraçon, y lo que él gusta de andar de casa en casa refiriéndole á todos, diziendo que ni ay honrra ni estimaçion, y que todo es burla; pues esto pasa porque conozcan los miserables como yo quánto más mueuen los exemplos que las palabras y se confundan los que dexan de tener gran cuenta con dar buen exemplo, pues tanta eficacia tiene para mouer á las piedras, que así se pueden dezir los tan metidos en el mundo como lo estaua este cauallero.

Por no desconsolarle se ha detenido el p.e Francisco algo más en Simancas de lo que tenia determinado, y tambien porque, con estar tan cerca de Valladolid, conuenia detenerse es-

---

[1] Joannes Paulus Borello.

tos dias para entender en algunos negoçios concernientes á la breue expediçion de la jornada del p.e Maestro Nadal, y de otros más generales que su R.a ha tratado con la Princesa [1], de que se espera mucha vtilidad en el reyno y augmento del diuino seruiçio; es para bendecir al S.or ver lo que ha hecho la comunicacion de su R.a en el palacio de la princesa, ***tam in capite quam in membris,*** haziendo pláticas espirituales y persuadiendo la frequençia de las confessiones y enseñando por sí mesmo la doctrina christiana, lo qual haze tanta estrañeza en el juicio de los que le conoçieron en otro hábito, que no se puede dezir. Recompensa su R.a el desgusto que le haze la corte con el gran prouecho que visiblemente se conoçe en los Señores y Señoras que residen en ella; porque de más de lo que pasa en palaçio, vienen aquí á la iglesia de nuestra casa las marquesas de Mondejar [2] y Alcañices [3] y las condesas de Monterey [4] y de Miranda [5], doña Luisa, muger del secretario Juan Vazquez, y otras que no refiero, y el P.e va tambien algunas vezes á sus casas apercebido para hazerles pláticas espirituales en las quales comiença y acaba toda la conuersacion; y es admirable cosa ver lo que todos le aman y se admiran de su humildad y buen spíritu.

En la princesa se veen tantos y tan buenos efectos de su comunicaçion, que tiene edificado todo el Reyno con su buen exemplo en los pocos dias que ha que vino de Portogal á esta gouernacion. Porque de más del recogimiento de su casa, ha puesto órden en el tratamiento de los presos de las cárçeles y expediçion en los negoçios, y trata de la reformaçion de las monjas de Cataluña y de otras cosas concernientes al bien vniuersal de estos Reynos, y anda tan solícita en saber cómo acertará á cumplir con la obligacion del gouierno, que no parece cosa de su hedad y sexo femíneo. Haze aquí vn monasterio de monjas de la primera regla de Santa Clara y trae por fundadora dél á la madre sor Francisca de Jesus, tia del Padre [6], y á

[1] Joanna, Philippi II soror.
[2] Maria de Mendoza. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 588. annot. 1.
[3] Joanna de Borja et Castro, etiam Joanna de Aragon dicta, uxor Joannis Enriquez de Almansa et Rojas, III Marchionis de Alcañices.
[4] Maria Pimentel et Velasco.
[5] Maria de Bazan et Ulloa.
[6] ***del Padre,*** scilicet Sancti Francisci de Borja. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 433, 438 et 439.

otras madres deudas suyas, en que se muestra lo que en tan tierna edad obra Dios nuestro Señor; parece que los juegos de burla del p.e Francisco han salido á veras. Enbia á vuestra paternidad vn papel de los naypes [1] que se hicieron en Lisbona para su Alteza [2], y el orden de las suertes que allí se echauan, por cumplir con la obediencia.

Desea su Alteza que vuestra paternidad le embiase participaçion de todas las buenas obras que se hazen en la compañía, y merécelo su deuoçion y propension que tiene á las cosas della. Tambien holgaria tener licencia para poder leer la biblia en romance, ó que se le conçediese por un *viuae uocis oraculo vt sit tuta in conscientia* [3]. El p.e Francisco pide esto afectuosamente a vuestra paternidad por la quenta que su Alteza tiene en quererlo por este medio, teniendo otros por donde tan facilmente lo podria aver.

En lo que toca á las nuevas fundaciones de collegios, ya se ha dado aviso á V. P.d del estado en que está el de Seuilla, Granada, Sanlucar, Baeza, Montilla, Almagro, Murçia, Cuenca, Auila, Plasencia, Simancas; los quales por la mayor parte tienen fundamento de dotaçion, aunque por la falta de subjectos se va difiriendo algo el entero efecto dellos quedando siempre en saluo y cierta la fundacion. De otras muchas partes ofrecen casas y algunas possesiones para el mesmo efecto de collegios; y así por la dicha falta, como por ser en partes no muy acomodadas para la Compañía, ni se aceptan, ni del todo se alça la mano dellos, remitiendo el efecto á quando se ofrezca bastante emolumento para poderse tomar.

El obispo de Ouiedo [4] desea mucho vn collegio en su obispado, y a escrito al p.e Francisco sobre ello. Va con esta la copia de vn capítulo de su carta. Seria para con lo de Santiago muy importante este collegio porque con anbos se abraçaria así casi toda Galizia, que es la tierra, como vuestra paternidad sabe, más necesitada de doctrina de quantas ay en estos Reynos; y así le ha pareçido á su R.a enbiarme á tratar con el obispo sobre este negocio porque si la abadía, que él pretende

---

[1] De hoc ludo vide quae dicta sunt in POLANCI *Chron.*, t. III, pag. 357, nn. 785 et seq.
[2] Joannae.
[3] Vide POLANCI *Chronicon*. t. IV, pag. 591, n. 1256.
[4] Christophorus de Rojas et Sandoval.

aber, se anexase, seria muy principal collegio, y por el presente contentarse ía el obispo con un par de padres y algunos hermanos sin que ahora se entendiese en más que predicar y confesar y enseñar la doctrina cristiana. Partirnos hemos mediante la gracia del Señor el hermano Tello, olim don Hernando Tello [1], y yo vn dia despues de Sant Bartolomé para Oviedo: de lo que suçediere se dará luego auiso á vuestra paternidad. El Señor lo encamine todo a su mayor gloria y seruicio, como confiamos, que el obispo muy deseoso está desta fundaçion.

Van de manera por la bondad diuina las cosas de la compañía, que quitan todo el cuidado á los que las tratan, viendo quán particularmente le tiene Dios nuestro Señor de ellos, porque en estos principios de fundaçiones, los lectores, que más se piden y son menester, son de latin, y no parece sino que specialmente llama Dios nuestro Señor á estos, y debaxo desta misericordia se debe confiar que al mesmo puncto que fueren necessarios los de otras professiones, no faltará la diuina prouidençia á la necesidad; digo esto porque en Alcalá ha entrado aora en la compañía un muy excelente latino y rethórico que ha leydo rethórica en aquella vniuersidad, que se dize el maestro Vanegas [2], y otro p.e que se llama Pero Sanchez [3], bachiller en artes y lector de gramática; y en Valladolid ha reçebido el p.e Francisco al maestro Andrés Hernandez, saçerdote graduado en artes y excelente latino, y en Treuiño está el bachiller Perea, reçebido para la compañía; quedó con el padre Francisco de venirse á su R.a en todo este mes: es hombre que ha tenido allí la cátedra de latin muchos años y tiénenle por muy escogido preceptor.

En Alcalá importunan mucho al p.e Villanueva algunos doctores de los más principales de aquella Vniversidad y otros canónigos que trabaje de hazer vna casa de recogimiento fuera de allí, ó se tome alguna hermita, donde pudiesen hazer los exerçiçios personas que lo desean y no quieren dar parte de sus buenos intentos á nadie, hasta que el Señor les dé entera determinaçion en ellos; y los mesmos canónigos de allí ofreçieron de dar á tributo vna hermita con ciertas posesiones que

---

[1] Vide Polanci *Chronicon*, praesertim t. iv, pag. 491, n. 1037.
[2] Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 595, n. 1263.
[3] Hujus, tacito cognomine, meminit Polancus in *Chronico*, t. iv, pag. 595, n. 1263.

su cabildo posee dos leguas y media de Alcalá, habiéndose licencia del arçobispo de Toledo [1], sobre la qual el p.e Francisco le escriuió; enbio con esta la copia de la respuesta del arçobispo, por la qual entenderá vuestra paternidad que está muy trocado de lo que solia [2]. Plega al Señor nuestro tenerle de su mano, Amen; y darnos á todos su gracia para que sintamos su santa voluntad y enteramente la cumplamos.

De Valladolid 24 de Agosto 1554.

De V. R. P.d menor hijo y indigno sieruo en Christo,

BUSTAMANTE.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do padre nro. en Chro. el padre M.o Ignaçio de Loyola prepósito general de la Compañía de Jesus. En Roma.

Alia manu: 1554. Vallad. 24 Aug.ti

Vestigium cerae et sigilli.

---

1 Joannes Martinez Guijarro, vulgo Siliceo (Siliceus).

2 Eritne hic sermo de *peremptorio,* quod POLANCUS, l. c., pag. 598, n. 1252, ait Patrem Franciscum de Borja sub id tempus ab Archiepiscopo Toletano postulasse?

CCCIX

Joannes Valerio
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 29 Augusti 1554 [1].

IHS

La gratia et pace del Signor' sia sempre con noi. Amen.

Hauendomi imposto la Santa obedientia di manifestar' a vostra Paternità le cose che la diuina clementia per mezo de li suoi serui inutili ha operato in questa terra questi quatro mesi passati; mi sforzarò (confidandomi nel diuino fauore) de dire come quelle sono passate, con quella breuità che potrò usare.

Incominciando da quello che non solamente a li animi deuoti, ma etiamdio, a li Angioli essere sole de allegrezza grande. Molte adonche publice peccatrici, mose per gratia del Signor', da gli suoi errori sono state liberate; fra quali due, mosse con grande contritione, sono intrate nelle conuertite. L' altre, per molta stretezza dil luogo [2], si sonno accommodate con persone di santa vita. Per la qual cosa grande consolatione hanno receputo tutti quell' i quali sono zelosi de la salute de le anime. Et massime per essere liberata tra quelle una giouenetta di sette o otto anni la qual da uno (quantunche douesse lui essere lume et sapientia a li altri) è stata violata. Et quella per gratia di Dio è intrata medesimamente ne le conuertite. Iddio benedetto gli dia gratia di perseuerar' insin' al fine.

Molte superstitioni abomineuole (le qualle più che non si pensa regnauano in queste parti) ha tolto il Signore da molti

[1] Autographum in duplici folio, nn. 128 et 129.
[2] Seu quia locus eis in Conversarum domo non erat.

per mezo de gli nostri Padri. Molti libri anchora sono stati abbruggiati, da li quali molte persone riceueuano grande danno per essere quelli heretici e d' ogni dishonestà pieni. Dil che sia lodato il Signore, il qual tanta gratia si fa di poter così ingannar il grande ingannator' nostro con li suoi medesimi ingagni. Si occupano anchora gli nostri padri in uisitar' li infermi così nell' hospitali comm' altroue, consolandogli et stand' iui spesse volte insin' a tanto che l' anima si parte di questo misero corpo, desiderando ciò fare con maior' assiduità, se gli negotii particolari d' un opera tanto pia non li retirassero.

Quant' a la frequentatione de le confessioni et sacramenti, ciò si fa con grande feruor', augmentandos' il numero grandemente de gli confitenti secondo la capacità et sito de la chiesa. Et certo da persone tale (questo dirò acciochè maiormente la bontà diuina sia lodata), ch' ogni uolta ch' io contemplo la loro deuotione, di me stesso molto mi marauiglio, considerando il caminar' mio ne la uia del Signore essere tanto tepido et il suo essere tanto feruente.

Conciosiacosachè non gli è molesto di stare 4 et 5 hore in genochioni, bramando di portar' gli cilicii et far' altre penitentie oltra di quello li è concesso: et con tanto spirito et abnegation' de se stesso, che meritamente loro essere morte al peccato et a Cristo uiuer' dire posso. Essendomi di ciò grande et manifesto indicio, massime vedend' io tante matrone nobili che soleuano andare tanto pomposamente, hora mediante la santa confessione et pia essortatione de gli nostri Padri (dando a quelle molti essercitii spirituali) hauer sprezzate ogni uanità, caminando con summa modestia et basseza. Per la qual cosa molti piglianno marauiglia, gli altri Iddio glorificano. Oltra di ciò pare che in questo sopra ogni altra cosa Iddio pietoso, benigno se dimonstra, perciò che, essendo quelle donne agionte a tanta perfettione, sogliono agiutar' gli altri et condurre alle confessioni, huomini et donne, in grande tempo non confessati, d' onde nasce che gli nostri Padri udano molte confessioni generali. Et questi confessati visitano etiamdio molte case, come quelli che grandemente desiderano ridurre al grege del Signor' le pecorelle da quello suiate, per mezzo de i nostri Padri. Per la qual cosa essendo commosi gli pastori di questa cità (forsi che per questo udiuano la sua negligenza notata et ri-

pressa) hanno vietato a li suoi subietti di venire da li nostri Padri per confessarsi et pigliare gli santi Sacramenti, dicendoli che si contra tal commandamento facessero, mai in uita ni in punto di morte gli administrarebbero gli santi Sacramenti; et ciò udendo gli nostri Padri, confortando quelli che ciò li referiano, li diceuano che non si spauentassero per tale parolle, conciosiacosachè loro et tutti i Padri della Compagnia sono preparati per non manchar' in tal tempo et sempre a i suoi figlioli spirituali. Faccia Iddio Benedetto, che questi pastori il peso sopra di loro porto possino senza intermission' de l' officio loro al felice porto riportar'. Habbiamo anchora da ringratiar' assai la diuina clementia che s' è degnata di prouederci d' un homo di grand' dottrina et di magior' santità, cioè Monsignore Rmo. Vescouo di Modena [1], il qual ci dimonstra uno grand' et santo amor verso di noi, dandosi molta speranza de aggiutar' in quanto potrà la nostra Compagnia nel suo tempo. Et parte di questo amor' hauemo cognosciuto quando diede l' ordini sacre a certi nostri fratelli [2], perciò che la fatigha da li altri fugita nelli tempi prohibiti, uedendo la patente de li nostri [3], con lieta faccia sua Signoria Rma. ha pigliato. Mostra etiam d' hauerci in grande estimatione, il ch' in questo ciò si può veder: perche hauendo Sua Signoria Rma. instituito uno collegio de donne uedue, credendo lui non poter' ritrouar huòmini per questo carico più sufficienti che li nostri Padri, li pregò assai uolte che uolessero il tal negotio accettar. Il che non potendo loro pigliar per le nostre constitutioni, si doleua, perche tal negotio non haurà hauuto quell' effetto da Sua Signoria Rma. dessiato [4]. Finalmente in tutti li nostri bisogni lo trouiamo paratissimo. Con la medesma charità et feruente delettatione si recevono tutte queste nostre in Cristo venerande madri [5] perche dicono (credendo loro la vita nostra stretta-

---

[1] Fr. Aegidius Foscarari, O. P.

[2] Andreas Bonainsegna, Joannes Franciscus et Ludovicus Coloniensis.

[3] Intellige Apostolicas litteras, quibus nostris concessum est extra tempora ordines sacros suscipere.

[4] Audi tamen Polancum in *Chronico*, pag. 97, n. 181.

[5] Haud satis perspicue vocabulum hoc legi potest, quia filum, quo consuta in codice haec folia sunt, chartam ubi vocabulum hoc scriptum est perforavit. Vix tamen dubium esse potest quin sermo sit de his matronis, Constantia Pallavicina, Hieronyma Pezzana, etc., quae Mutinensis Collegii praecipuae fautrices erant.

mente congionta et unita al diuino uoler'), se non potessero altronde proueder alle nostre necessitade, impegnaranno et venderanno gli aneli. Questi fatti, fra tutti gli altri (li qualli per breuità lasso di narrar') mi è parso di referir' a V. Paternità et alli miei charissimi Padri acciochè la clementia grande de Iddio sia sempre da tutti magnificata. La qualle fa che per mezzo de gli suoi serui indegni gli cuori diamantini inclinat' alla auaritia diuentino moli et pietosi et tanto liberali verso il prossimo.

Le scole nostre per gratia del Signor' sono in buono stato, hauendo noi sempre per tutto l' estade continuati le solite lettioni, benchè molti de li scolari (second' il solito) sianno andati fuor' di Modena per recrearsi. Et questa nostra assiduità nel leggere è stata primamente per satisfar' l' obligo nostro al Signor' Iddio, secondariamente per dar' d' intender' che non insegnamo per danari, come diceuano alcuni, si questo essertitio non hauessimo sempre seguitato. Ma chel' nostro premio sta ne i cieli. Non mancano ogni mese di confessarsi, il che non poco frutto ha causato. Perche li maestri di questa citade, ciò sentendo, non solamente hanno detto che non bastaua ogni mese confessarsi, ma etiamdio hanno fatto che gli suoi scholari ogni settimana si habbiano da confessar'. Il Signor' gli dia gratia di perseuerar in questa opera tanto santa insin' al fine. La dottrina christiana si legge da uno de li Padri la matina per un' hora auanti che vadino a casa, dil che non poco frutto se ne caua, imparando anchor gli putti ogni giorno di essa una lettione a mente.

In casa, per gratia del Signor', tutti in grand' pace et concordia, con edificatione del prossimo uiuiamo, facendo ciascuno prontamente quello che la santa obedientia le comanda, mandando anchora in essecutione le sue regole et constitutioni, et studiando molto all' abnegatione di se stessi, et massime de la propria uolontade; il che in questo si uede perche quantunche quiui sia vn' assai piciolo grege, et questo tratenutto ne le scole, nondimeno alegramente si offeriscono a far' qualunch' altro negotio di casa, come di fare la cucina, seruir a li fratelli amalati, et simili altri officii. Oltra di ciò, desiando d' essere del tutto morti alla carne, sogliono anchora visitar' gli hospitali, carcere et altri simili luoghi de pietade, doue i poveri da loro sono consolati et insegnati, et alcuna volta etiam iui si pre-

dica, per la qual cosa molto buon' odore della Compagnia si sparge per la città. Ma acciò metta fine, vostra Paternità sapia che sono paratissimi per pigliar' allegramente ogni cosa per l' honor' d' Iddio benedetto.

Questo ho uoluto dire de li miei in Cristo amantissimi fratelli: acciò vostra Paternità ueda quant' allegrezza et speranza debbia pigliar' di questi suoi serui indegni. Il che fornito, non rest' altro se non il pardono de vostra Paternità et che la diuina bontà ci perdone tutto ciò che per la nostra negligenza habbiamo lassato di fare, inuocand' et bramand' il diuino fauor', acciò che facilment' il suo voler' cognosciamo et perfettamente mettiam' in effetto. Nostro Signor' sempre ci tegna con la sua potente mano de misericordia, et se degna, acciò meglio le seruir possiamo, concederci un' integra sanità spirituale et corporale.

Di Modena a li 29 d' Augusto 1554.

D. V. P. seruo minimo,

GIOANNI VALERIO.

Loco superscriptionis haec in quarta pagina leguntur: 1554. R.do P. Ignatio. Modena. Il Quadrimestro.

Et alia manu. Di Modena, 29 di Agosto 1554.

Q. S.

CCCX

N.
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica 31 Augusti 1554 [1].

†
Ihus

Gratia et pax X.[i] nobiscum sit semper. Amen.

Tanta est, R.[de] P., erga Sanctissimum deuotio, et confitentium numerus usque adeo est apud nos frequens, ut hoc festo Natalis Domini circiter quingenti sacram susceperint communionem, multo plures dubio procul suscepturi, nisi confessariorum nostrorum, quod pauci hic sacerdotes simus, obstitisset inopia, atque potissimum quod temporis breuitate excluderentur; diebus etenim praeteritae septuagesimae, quin deinde propter iubilaeum [2], mille et quingenti et eo plures apud nos de peccatis confessi pariter et communicati fuerunt, quorum non pauci adhuc in oratione, et gratiarum actione, poenitentia, et fractione panis perseuerant, id cum vitae reformatione multoque cum fructu spirituali. Saepius quindecim huiusmodi spiritualibus laboribus intenti sumus, neque diebus festiuis solum, uerum etiam

---

[1] Apographum in duplici folio, nn. 315 et 316.—Has litteras, prout in hoc apographo sunt, haud temere quis judicabit Romae fuisse, ut saepe fieri solebat, compositas et ex vere quadrimestribus, et quidem binis aut ternis, conflatas. Est enim in his sermo de *festo Natalis Domini* anni 1553, cum tamen datae sint mense Augusto 1554.

[2] Latere hic videtur origo illius redundantiae, quam in POLANCI narratione, *Chronicon*, t. IV, pag 375, n. 804, animadvertimus; perperam videlicet Polanci librarium hic legisse *quindecim* pro *quin deinde*. Quod si ita est, verborum Polanci sensus, harum literarum sensui conformis, erit ut sequitur: "Diebus autem septuagesimae, et sequentibus quindecim, cum jubilaeum ibi praedicatum fuisset..." In loco autem *Chronici* citato, in annot. 2, corrige foedum typographi mendum *quindecimus* et scribe *quindecim*.

singulis quibusque diebus. Nam praeterquam quod nobis cum scholasticis satis est magnus in confessionibus audiendis [labor,] ipsi quoque, qui ciuitatis communes scholas regunt, atque adeo praeter ipsos, et ciues non pauci, frequentissime ad poenitentiae sacramentum concurrunt, ut iam nescio quid diuini splendoris in tota hac ciuitate eniteat; neque sane desunt matronae plures salmanticenses, quae hoc ipsum faciant, inter quas insignis quaedam Domina Catharina [1] est, quae, diuino spiritu compulsa, uestium cultus atque adeo genera ornamentorum omnia ac deliciarum, in quibus haec nostra aetas nimium misera felicitatem omnem locare videtur, in vitae quoddam genus honestissimum, orationem, ac lectionem sanctam libentissime commutauit. Haec, cum diebus praeteritis rogaretur ut solitis spectaculis interesse uellet, vitae suae ac sanctimoniae indicium dedit. Sunt, inquit, in libello meo multa pulcherrima mihi spectacula multoque gratiorá quam quae amicis saeculi huius exhiberi soleant. Erat autem liber ille de uario orationis ac meditationis genere.

Festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis frequentia eorum, qui de peccatis confiterentur, et ad sacram mensam accederent, admodum celebre nobis fuit.

Nunquam apud nos desunt, qui sese spiritualibus exercitiis totos dedant. Tres eruditi viri, sese nobis adiungere proximis his diebus cupientes, omnem lapidem ut reciperentur mouerunt, e quibus duo iam quod exoptabant Diuina ope obtinuerunt. Sunt illi quidem theologicis litteris mediocriter eruditi, sed virtute ac bonis moribus singulares, ad omne opus bonum paratissimi; tertius uero Juri ciuili hactenus operam dedit, quod optimae spei sit. Quartus cito uoti compos efficietur. Nec ii solum sunt, qui huiusmodi sanctis ac piis desideriis excitati tamquam crucifixi mundo ad nos eadem de causa concurrunt, de quibus in primis fortasse litteris plura proximis. His mensibus praeter eos, de quibus sumus locuti, 13 exercitia spiritualia apud nos fecerunt: tres ex illis carthusiensium ordinem, unus Beatae Mariae, quam de Mercede vocant, monasterium sunt ingressi. Duo uero, quod multis precibus id petierunt, in nostram sunt ad-

---

[1] Catharina de Sarr'a. De reliquis benefactoribus vide P. VALDIVIA, *Historia Soc. Jesu in Provincia Castellae*, vol. I, c. II.

missi Societatem, studiosi logices ac optimae expectationis iuuenes. Dominus uero quidam Bernardinus [1], ex sorore nepos Moscosi [2], toletani, in utroque Jure baccalaureus, et quidam in Jure ciuili licenciatus Rasgon nomine, ac praeterea theologiae sacrae Doctor, et quidam cognomine Fuentes tantum in exercitiis profecerunt, ut si possent, facile quasdam, quibus distincte [3] detinentur tricas effugerent, interdum frequenter asseuerantes vix se posse extra Societatem uiuere. ***Benedictus Dominus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui uocauit nos in Societatem Filii sui*** [4]. ***Amen.***

Proximo mense Julii R.dus Pater noster Prouincialis, Doctor Araoz, antequam Albani oppidum [5] adiret, ut Principem ac Hispanorum Regem [6] in Angliam proficiscentem, [qui] in dicto oppido recreationis causa tunc detinebatur, inuiseret, hic suo nos verbo et exemplo plurimum in Christo recreauit. Illic uero quarumdam monialium, quae ipsius Ducis Albani [7] affines consanguineaeque erant, rogatu, uerba sacra tanta rerum diuinarum copia tantaque dicendi vi ac diuino spiritu fecit, ut omnes in fletum concitarit, ut iam uiua confiterentur uoce se nunquam antea quid esset religiose viuere cognouisse. Quarum usque adeo uel unica Patris concione excitata fuit deuotio atque cordis compunctio, ut socium, quem secum habebat [8], ibidem ad tempus relinquere coactus fuerit, qui diuini verbi fructus tamquam bonus ac fidus Christi messor colligeret.

Non multo post hos dies diuina ope effectum est, ac Patrum nostrorum opera, ut plures ac uarii, qui diuersas ob causas tenacissimo odio inter sese dissidebant, multo postea ac diuino copularentur amore, inter quos duae coniugatae mulieres, non sine magno labore, effectum est ut in coniugum suorum gratiam redirent. Lites uero, quae inter ciues sunt, atque interdicta quoque, quae in hac ciuitate propter judicum secularium cum

---

1 Bernardinus de Sandoval. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag 376, n. 807.

2 Saepius in nobiliorum Hispaniae familiarum stemmatibus conjuncta apparent haec cognomina *Moscoso* et *Sandoval;* quis tamen hic toletanus *Moscoso* fuerit nondum scire valuimus.

3 Sic, rectius fortassis *districti.*

4 2. Cor., I, v. 3.—1. Petr., 1, v. 3.

5 Alba, oppidum e quo nomen sumpsere Albani *(de Alba)* Duces.

6 Philippus Princeps, sed nondum Hispaniae Rex.

7 Ferdinandus Alvarez de Toledo.

8 Vide POLANCI *Chronicon*, t IV, pag. 436, n. 938.

ecclesiasticis iudicibus dissensiones sunt frequentissimae, et dirimere et tollere etiam omni nostro conatu elaboramus. Dominicis autem diebus ac festis uisitant nostri fratres hospitia, xenodochia, carceres; infirmosque suo obsequio exhortationibus atque confessionibus plurimum fouere ac refocillare consueuerunt. Apud illos autem, qui in publica detinentur custodia, singulis dominicis diebus concionari solent, nonnunquam in locis quoque circumuicinis, ut adeo in prostibulis ipsis magno cum feruore spiritus publice ut cuncti, huiusmodi opera videntes, Deum Patrem glorificare coelestem cogantur, conciones haberi solent. Scholastici uero, qui ad collegium nostrum studiorum causa accedere consueuerunt, christianae doctrinae lacte educantur, confessionisque sacrae butyro atque Eucharistiae coelestis, et priuati spiritualis colloquii melle nutriuntur, quo fit ut et frequentia eorum sit maior, et bonarum literarum ipsi atque uirtutum maius in dies incrementum suscipiant; solutae siquidem [1] orationi non solum, sed et theologicis quoque literis proximis hisce diebus insignis facta est accessio. Nam postquam conclusiones haberi coeperant, quae singulis diebus octo in nostro Collegio habentur, tam externis scholasticis, qui longe libentius scholas frequentant nostras, quam fratribus nostris, magno sane sunt usui.

tanto diuini honoris zelo accensi, vt nihil quod reprehensionem mereatur, impunitum abire patiantur. Quibus tam propitium se hac in re Dominus exhibet, ut multa eorum causa et declinentur mala, et bona ingentia subsequantur. Quod totum Societati (quam ad hujusmodi exequenda Dominus se legisse videtur) acceptum referunt. Eademque ratione, ubi quid in rebus spiritalibus necessitatis occurrerit, aut eos, qui hujusmodi egent praesidio, recta statim ad nos mittunt, aut certe nos ad hujusmodi ferendum subsidium continuo euocant.

Coepti sunt a Lusitanis, superioribus diebus, in quibusdam turcarum triremibus a Regis classe superatis, multi captiui christiani, quorum in remigando opera turcae vtebantur. Ex quibus cum duodecim jam in patriam quisque suam hac remearent, eos ad nostrum Collegium misericordiae fratres miserunt, ut in rebus ad ipsorum salutem pertinentibus aliquid eis conferremus subsidii ac consolationis: cujus rei causa peccata omnes fassi sunt; quibus, praeter spiritalis cibi administrationem, corporalem etiam propter eorum inopiam largiri oportuit, quem, eis inseruientes, tum P.r Rector, tum alii Patres subministrarunt.

Quidam in hac nostra vrbe tanto peccatorum suorum affectus est terrore, atque ita a daemone iam ei nullam esse veniam persuasus, ut omnino de misericordia diuina desperaret. Qua daemonis persuasione impulsus, variis saepe modis sibi ipsi necem afferre conatus est, nunc veneno exhausto, nunc laqueo, semel etiam in praealtum se puteum praecipitando, vitam finire statuens. Quae cum quominus exequi posset fuisset impeditus, bis (idem quod antea parans, sed a clementissimo Domino liberatus) venenosum quiddam deuorauit. Neque hoc contentus, 8 aut 9 diebus eodem consilio aliud quiddam jejunus exhausit. Ac demum et corpus et animam suam diabolo tradidit. Qui et (permittente Domino, ut ipsi cooperaretur in bonum) tantis eum coepit doloribus vexare, ut mirum profecto esset. Cumque hoc quibusdam innotuisset religiosis, ad nostrum eum Collegium miserunt. Vbi quo laboraret morbo cum intellexisset P.r Leo, factum est misericordia diuina, Patris ipsius medio, ut, confessione prius facta, tum a corporis doloribus, tum ab animae malis, liberaretur. Quam nunc eamdem retinet et corporis et animae salutem, certo sperans eidem se perpetuo deinceps Domi-

rio ac Deo suo militaturum, quem e tantis hactenus periculis liberatorem sensit.

Quidam alius seruam, ob nescio quid ab ea commissum, innumeris prius per totum corpus afflictam plagis magnoque catenarum pondere constrictam, in subterranea quadam domo super nudam humum ipsam etiam nudam et absque vllo indumentorum genere conjici jussit, vbi tanta erga illam saeuitia vtebatur, ut jam morti proxima esset. Quod cum quidam e nostris Patribus resciuisset, atque eo se contulisset, omni ille (diuino beneficio) inhumanitate deposita, ac in mansuetudinem commutata, lectum seruae coram ipso Patre strauit, catenisque solui, ac medicum, qui ei curationem adhiberet, uocari jussit. Tantam enim jam illius corpus putredinem contraxerat, vt vix, etiam occlusis naribus, ex ipsa putredine emanans foetor tolerari posset.

Duo item alii, peccatis tanta inhaerentes pertinatia, ut eorum alter vna, alter uero duabus excommunionibus a sanctae matris Ecclesiae gremio separatus esset, ejusdem Patris alloquutione (diuina misericordia permoti, omni illa pertinatia rejecta), peccata fassi sunt.

Multa sunt alia, R. in Christo P., memoratu certe digna, quae hac (si in publicum edere liceret) scriberem. Benedictus sit bonorum omnium largitor Dominus.

Quatuor his prope elapsis mensibus, septem in Collegio ad Societatem admissi sunt, e quibus iam quatuor in secundae probationis domo, tres alii in primae manent. Ex iis nonnulli in Societatis Collegiis, Eborae ac Vlisiponae sitis, literis vacabant. Neque tamen, nisi prius, et epistola allata et a parentibus impetrata copia, admissi sunt. Quae illi tam diligenter expedierunt, ut ardentis Christo seruiendi desiderii satis euidens praebuerint testimonium.

Ex his quidam cum Regi inseruiret, faciliorem eam esse viam credens, ut in Societatem reciperetur, si in nostro Collegio Olisiponae literis operam nauaret, concessa a parentibus vtrumque faciendi potestate, literarum studia in eodem Collegio non multo tempore sectatus est; paucis enim postea diebus existimans nullos ex iis, qui in Societatis Collegiis versarentur, intra eamdem Societatem admitti, ne tam ardentibus desideriis a concupita re priuaretur, huc se Conimbricam ad operam lite-

ris nauandam contulit, vbi toto continuo anno, semper semel, bis etiam nonnunquam, singulis hebdomadis apud nos peccata confitens, frequenter etiam communicans, ac nos omnes in reliquis valde aedificans, tanto cum feruore ut reciperetur postulauit, ut tandem admissus sit.

Multi praeterea sunt, qui intra Societatem recipi vehementer optant, et hinc ad Patrem Prouincialem ejusdem rei gratia proficiscuntur. Nec omnino dubito quin, si liberior pateret ad nostram Societatem aditus, multo plures fore, qui ingrederentur. Verum tam in hoc quam in reliquis omnibus, a constitutionibus nobis praestitutus ordo seruatur. Qua vna re certo fore confidimus ut minimus hic Christi grex non solum conseruetur, verum (et id quod solum omnes exoptamus) ad majorem Diuini nominis laudem aptior in dies efficiatur. Quibus tam sanctis desideriis successus similes largiri dignetur clementissimus Dominus. Amen.

Ex Conimbrica, pridie Kal. Septembris anno 1554.

Ex commissione R. P. Leonis indignus filius P. T.,

FRANCISCUS ANRIQUEZ.

CCCXV

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 1 Septembris 1554 [1].

IHS

Gratia et pax X.i Domini nobiscum.

Literas quadrimestres scripturus, R.de in X.o P., primo scribendum occurrit de immensa Dei erga nos bonitate, qua nos fouet protegitque hoc in tempore malo, quo, bellorum tumultibus, haereticorum sectis et nouis infirmitatibus, perturbata cernuntur omnia, non paruo cum dolore animi nostri. Dominus tamen sua clementia in spem nos erigit, in diesque nos magis sperare facit, cui impossibile nihil, quin his malis omnibus finem dabit nosque eripiet, in augmentum gloriae nominis sui, ad restaurandam Ecclesiam suam, vt ipse pastor verus omnium constituatur: plurimum nos in Domino haec spes consolatur.

Nostra Colonia suam beneuolentiam, et charitatem non modicam, erga nos in dies declarat, non verbis tantum sed et factis. Dominus remunerator omnium retribuat eis secundum diuitias bonitatis suae, in hoc seculo et in futuro.

Plurimos confitentes habuimus, qui omnes vitam in melius statuerunt conuertere et se totos X.i mancipare seruitio. Inter quos unum haereticum habuimus, qui se ad Ecclesiam X.i conuertit. Plurimorum generales confessiones audiuimus.

Duo Canonici Nouiomagenses sese Societati dederunt [2]. Vnus

[1] Autographae, unico folio, n. 238.
[2] Horum nomina, quemadmodum et aliorum, qui hoc anno Societatem sunt amplexati, vide in Polanci *Chron.*, vol. iv, n. 587 et sequentibus.

eorum summi templi concionator fuit. Jam tertius, canonicus eiusdem templi et concionator, etiam se Societati iam dare intendit: magna dicendi facundia praeditus est, naturalibus optime dotatus: 30.m [1] annum agit, ditissimis parentibus.

Est etiam quaedam matrona Nouiomagi, quae domum suam amplam admodum, cum horto pulchro, Societati dare omnino cupit.

Vicini nostri in vita christiana alacriter proficiunt, singulis hebdomadibus semel confitendo et communicando cum aliis matronis.

Haec, R.de Pater, scribenda habui P. V.; cui unice nos commendamus, et Patrum ac Fratrum precibus. Bene valeat P. V. in X.o — Raptim.

Coloniae 1.o die Septembris 1554.
R. V. seruus indignus,

† LEONARDUS KESSEL. †

Superscriptio in secunda pagina: † Re.do in X.o Patri Mag.o Ignatio a Loyola, praeposito generali Societatis Jesu.
Romae.

Alia manu. 1554. Colonia. de m. Leonardo 1.o de Settembre.

---

[1] Emendatus est primus numerus, et quidem ab ipso Kessel, qui prius exaraverat literam *T*, quasi incepturus scribere vocem *Trigesimum*.

CCCXVI

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 1 Septembris 1554 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Quae quatuor mensibus proximis, diuinae sapientiae Prouidentia, nostris conatibus tum suppetias tulerint, tum offendicula obiecerint, R.de in Christo Pater, compendiaria methodo perstringam, ex sacrae obedientiae munere mihi iniuncto.

Principio Patres atque fratres vniuersi prosperae valetudinis commoditate freti, studio literario obnixe incumbunt, seque totos obedientiae submittunt arbitrio. Quantum laboris R.dus Praepositus noster [2], in Societatis promouendis negotiis, tum Consulis apud Senatum Parisiensem ac Secretarii a Regiis supputationibus, nunc vero a quaestionibus seu libellis regiis Magistri (quem vulgo *Maistre de requestes sur le Roy* nuncupamus), Illustrissimi viri Dni. Dumont praesidio fretus, quantum inquam molestiarum insumpserit, rerum gestarum series commonstrabit. Quum igitur ab aedilibus sacrae aedi Beati Bartholomaei praefectis, misso aedituo ad aedes nostras, pro solemni more, ad concionandum rogatus, a poenitentiario Parisiensi [3], non absque theologorum clandestino suffragio, vultum iuuenilem causante, repulsam passus essem [4], qui etiam

---

[1] Autographae litterae in tribus foliis, nn. 250 et sequent.
[2] P. Paschasius Broët.
[3] Joannes Alleaume. Tunc temporis Poenitentiarius solebat esse Parisiensis Episcopi confessarius.
[4] Vide supra, t. II, pag. 664.

coronidis vice haec verba addebat: "haud consulo, mihi credite, vt hic hoc temporis articulo Ecclesiastem se profiteatur, idque ob rationes, quas vobis communicare in praesentiarum nec opus nec consultum est„. Quum Cantor Ecclesiae Parisiensis prius his minis nos terrere, et ab Instituto reuocare conatus fuisset, "si hoc munus nunc subeatis, vniuersum Collegium Sorbonicum, atque adeo quatuor mendicantium ordines aduersus vestram Societatem concitabitis„: quum, inquam, haec omnia caeteraque, quae praemissis litteris complexus sum, gesta essent, ac postea ab ipso parocho, aedi Diuo Sulpitio sacrae praefecto, Cardinali Turonensi subditae [1], in suburbiis Parisiensibus prope Abbatiam Sancti Germani sitae, repulsam itidem passus essem licet inconspectus [2]; Dominus Montanus [3], tum Regis Consiliarius, demiratus tam saeuae tempestatis procellas, R.mum Episcopum Parisiensem [4] adiit facultatem concionandi in aede Sanctissimae Trinitatis mihi impetraturus. Cui Episcopus respondit se minime permissurum nobis diuini verbi euangelium nec sacramentorum ministerium. Postmodum Pater fratrem nostrum Morelium [5] ad suffraganeum Parisiensem [6] adduxit sacris ordinibus insigniendum, qui vtrumque remisit ad Episcopum; qui respondit cautum esse ne Episcopi quemquam ad sacros ordines admittant absque titulo beneficiario vel haereditario, praeter solos mendicantium ac religionum approbatarum ordines. Cui obiectioni satisfecit Pater, nec tamen Episcopo persuasit religionem nostram ab vtroque pontifice extremo Paulo et Julio [7] approbatam et confirmatam esse. Episcopus vero retorsit nos non esse approbatos in Gallia nec a se, nec a Facultate theologica, nec a Senatu Parisiensi. Quum-

---

1 Rectius fortassis dixisset Clayssonius *Episcopo Turonensi*. Nam Cardinalis Farnese, qui Turonensis Episcopus fuerat, illam sedem successori, Simoni de Maillé de Brecé, jam 25 Junii hujus anni resignaverat. GAMS, *Series Episcoporum*, pag. 641. Ab hac difficultate se expedivit POLANCUS, dum excerpta ex his Clayssonii litteris suo inseruit *Chronico*, scribens: *in aede Sti. Sulpitii, quae a jurisdictione Episcopi* (Parisiensis) *immunis est*. T. IV, pag. 820, n. 685.

2 Hoc est: non visus a Sancti Sulpitii parocho, qui proinde causare non poterat vultum meum juvenilem.

3 Idem Dumont, qui supra.

4 Eustachium du Bellay.

5 Jacobum Morellum. Vide t. II, pag. 624 et 653, sed praecipue POLANCI *Chron.*, t. III, pag. 296, annot. 4.

6 *Suffraganeus* hic idem ac *coadjutor* significare videtur.

7 Paulo III et Julio III.

que Pater subiungeret nobis concessam esse papalem gratiam, qua nondum professi a quouis Antistite Dioecesico ad sacerdotium promoueri possunt, Episcopus respondit nec ordinem nostrum nec priuilegium huiusmodi in Gallia admissum esse, interim innuens facultates seu priuilegia parum prudenter a Pontifice nobis indulta. Iterum Dominus Dumont Episcopum accessit persuasurus ne saltem nos a sacris repellat ordinibus. Episcopus respondit se non decreuisse nobis consentire, quia "si ad sacros ordines eos, ait, admitterem, viderer regulam instituti ipsorum approbare„. Quin et hanc addidit calumniam, (quamquam nescio a quo persuasus) quod theologi plusquam quadraginta errores in nostris diplomatibus offenderint, asserens quoque Societatem nostram rem esse nefariam. Illmus. Dominus Consiliarius, huiuscemodi sermonibus fidem non adhibens, voluit nostra diplomata consulere, in quibus quum nihil naeui nec atrae notae deprehendisset, Episcopi aedes repetit, rationem redditurus nostrorum diplomatum orthodoxae integritatis. Qui quum Episcopum, cum vitae periculo, morbi discrimine conflictatum offendisset, noluit huius negotii memoriam refricare absque probabili persuasionis spe; sed nobis retulit Episcopum, vbi a morbo plane conualuerit, Romam iter adornaturum.

Proinde quia Episcopum Facultatis [1] atque Senatus dilatio communire hactenus visa est, placuit consuli Montano Patrem nostrum inducere vt Facultas suam tandem pronuntiet sententiam, cui Senatus suam submisit. Mirum est quam hoc Christi negotium huic christianissimo viro cordi sit quantumque laboris nobis impenderit. Accessit Rdum. Dominum Facultatis Decanum [2], qui fidem dedit se theologos conuocaturum. Adiit bis celebrem illum concionatorem Doctorem Picardum [3], qui Societati omnia tribuit suamque pollicitus est operam. Accessit Doctorem Democharem [4] et Doctorem Pelletarium [5], praecipui nominis theologos, alterum Sorbonicum, alterum Nauarricum [6], in quorum manibus nostra diplomata versantur, ex Fa-

1 Facultatis scilicet theologicae.
2 Nicolaum le Clerc
3 Franciscum Picard.
4 Antonium de Monchi vel de Mouchi, qui communiter Dr. Demochares appellabatur.
5 Joannem Pelletier.
6 Scilicet alterum e Collegio Sorbonae, alterum e Navarrae.

cultatis delectu, qui se negotia nostra syncere curaturos promisere. Itaque hoc temporis articulo viginti facile nominatissimi theologi nostris diplomatibus examinandis inuigilant, vt tandem vniuersae, Doctoris Picardi auctoritate forsan permouendae, theologicae Facultatis communi decreto de nobis nostrisque priuilegiis feratur sententia. Ipsi viderint ne Pontificiam auctoritatem, magis quam Societatis jura, offendant.

R.dus Pater noster non decreuerat hoc tempore theologorum arbitrio causam nostram offerre, nisi praesidio et auctoritate tanti viri impulsus; qui quidem tanto nos fauore prosequitur, vt solus ac primus videatur nostrum onus omne in suos humeros sustulisse. Nam literas immunitatis regiae bonis ab Episcopo [1] Societati dicatis irrogandae iam tertio describi nobisque impetratas reddi curauit: quae res, praeter grauissimos labores, facile quinquaginta coronatorum impendio nobis constitisset. Nec interim Patrem vrgere destitit, vt eleemosynam acciperet, familiae nostrae impendendam: promisit se Regi [2] negotium Societatis serio commendaturum, si theologi a nostris partibus non steterint: haud vulgare subsidium templo Collegii extruendo pollicetur. Praediues est ac summae auctoritatis. Facultati theologicae, pro more recepto, ipso decano efflagitante, Senatus edicto per ostiarium denuntiato, negotium decreti ferendi iniunctum est, vt, abrupta mora, suam proferant communi consensu theologi sententiam. Itaque propediem finem speramus: Christus faxit prosperum; nam fere quotidie viginti negotio discutiendo immorantur. Proximis literis intelliget Paternitas tua rei successum.

R.mus Episcopus Clarmontanus adhuc a Pentecoste Lutetiae haeret, aegre ante hyemem nos relicturus. Recepit Roma literas a celebri viro, aliquando Minimorum Patre Generali [3], mirifice Collegii Societatis Romani laudes extollentes, quibus Episcopus multum delectatus est: vrget nos, vt Collegium Billomense auspicari properemus, nihil ambigentes de eius liberalitate. Asseruit Patri se habere redditus sex millium librarum francicarum e bonis ecclesiasticis comparatos, quos proinde

---

[1] Claramontanum intellige, Gulielmum du Prat.
[2] Henrico II.
[3] Gaspar a Fosso vel de Fossa. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 324, n. 693.

non proposuit haeredibus relinquere, sed in eleemosynam erogare. Cupitque Academiae Billomensis omnem administrationem Societati committere, vt penes Societatem omne arbitrium ac ius existat. R.mus Dominus Clarmontanus vna cum Illustrissimo viro Domino Montano, libellorum regiorum praefecto, Reuerentiae tuae officiosissime se suaque commendat.

Ciues Montis Argini [1], oblatis centum libris annuis, domicilio, ac supellectili necessaria, Societatis praesentiam erudiendae iuuentuti affectant, ac tertio aut quarto abhinc die Praeses vrbis nos inuiset, familiariter cum Patre hoc de negotio acturus; vtinam colonia illuc mittatur, nam concionandi et Sacramenta administrandi liberrima daretur copia, praesertim quum dioecesis sit Senonensis, nec vlli ibi morentur religiosi. Sed, proh dolor! operariorum inopia nos premit.

Quantum ad Euangelici lucri incrementum attinet, non sine foenore laboris nobis cessit impendium. Quinque exercitiis sacris imbuti, vnctione Spiritus Sancti delibuti, aduersus hostem in palaestram prodiere pugnaturi, quorum duo, alter sacerdos, alter adolescens bonae spei, Societati se addixerunt. Qui constanti animo se vincunt ac superant in dies aduersus peccatum pugnantes. Nobilis ille e familia Cardinalis Vendommaei [2], casses elapsus aegre, reti euangelico aduolauit. Vir ille Burgundus [3] patriam accessit, data nobis fide se a reditu animi decretum nobis deprompturum ex animo: de cuius accessu satis ambigimus.

Monachus ille Benedictinus vberrimum fructum sui laboris retulit. Est hic quidam Canonicus regularis Sancti Augustini, theologiae doctoratu post Pascha insigniendus, ecclesiastes, diuini honoris zelotes, qui plurimum nobis optat adiungi: sed eius affectum alterius religionis professio impedit, cum summo animi ipsius dolore.

Ego, Patris imperio missus, in quadam Abbatia, Portus regii [4] nomine insignita, sex milliarium gallicorum interuallo Lutetia dissita, concionatus sum eo die dominico, quo iubilaei solemnitas ex Pontificis indulto celebrata est in dioecesi Parisien-

---

[1] Vide supra, t. II, pag. 662, annot. 2.
[2] Carolus Bourbon de Vendome. Vide Polanci *Chron.*, t. IV, pag. 324, n. 693.
[3] Antonius Lassar? Vide Polanci *Chronicon*, t. IV, pag. 321, n. 687.
[4] Vide Polanci *Chronicon*, t. IV, pag. 323, n. 695.

si. Ipsis feriis Pentecostes in duobus pagis, in dioecesi Senonensi sitis, conciones habui cum fructu animarum vberiori, qui Deo auctori acceptus feratur. Procurator generalis Regis atque aduocatus Regius iudicarunt auspicia concionum in aede Diui Cosmae (quae nostra est paroecia) nobis facienda esse; sed dum animum Episcopi a nobis alienissimum intelligerent, animum atque affectum remiserunt, ac modo silent. Certe donec serenior aura nobis affulgeat, vix spes relucebit vberioris fructus aut incrementi Societatis; nam quantum exemplo mouentur nostro ad pietatem et perfectionis studium, tantum calumniis hominum deterrentur ab instituti nostri sequela. Non veriti sunt quidam in publica mensa Sorbonica nos appellare regni exploratores, quod nonnulli essent extranei, nosque censuere alienos ciues grauare, quod eleemosynas ab offerentibus excipiamus. Quidam Doctor in templo, in publico hominum conuentu, dum ex praescripto Decani diplomatum examinationi interesse rogaretur, per famulum domus nostrae procaciter stomachabundus exclamauit: "Par nostre dame on vous deburoit tous donner le foet, et chasser de la ville. Voyla mon aduis que je donneray [1]."

Idem nos antea adunco naso suspenderat hac subsannatione: "Voyla vne belle Religion, une belle Religion." Mirum est quantum patiamur occasione nominis, quo Societatis nominis Jesu appellamur, plerisque arrogantiae id tribuentibus. Quidam nomenclatores, Jesuitas nos nominant, breuitatis praetextu se defendentes. Itaque vndique omni dicaci lingua perstringimur. Faxit Jesus Christus, vt ad obsequium diuinae maiestatis suae serenior aura nobis tandem aspiret. Precamur vno ore omnes, vt optimi Dei benignitas Paternitatem tuam nobis diu seruet incolumem, quam obsecramus, vt nos precibus iuuare dignetur variis aerumnis agitatos.

Lutetiae, Calendis Septembris 1554.

Ex imperio R.di Patris Praepositi Magistri Paschasii Broëtii.

R.dae P. tuae obsequentissimus filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

---

[1] Per B. Virginem oporteret vos omnes flagellis caedere et ex urbe ejicere: haec est mea sententia quam laturus sum. POLANCUS, l. c., pag. 324, n. 692.

Superscriptio in sexta pagina: R.do in Christo Patri Dno. Ignatio deLoyola Praeposito gnali. Societatis nois. Jesu, Romae.
De porte vn carlino.
Alia manu. 1554. Parigi. Q. del Settembre.
Manet vestigium cerae rubrae sigilli.

CCCXVII

N.
Patri Ignatio de Loyola.
Burgis, 1 Septembris 1554 [1].

Muy R.do Padre en Cristo Señor nuestro.

Gratia et pax Christi sit semper nobiscum. Amen.

Por cumplir con la obediencia de escreuir en las quadrimestres lo que a pasado, diré suscintamente en esta, porque lo mas dello se a escripto por particulares cartas.

Despues que el P. Maestro Nadal se partió desta ciudad, que fué por principio de Junio, se partió el P. Maestro Estrada á 7 del mismo, y aunque al principio pareció que quedaua esta casa y colegio como huérfano sin tal padre y fundador y que tanta opinion le tenian junto con gran affection y tambien alguna necesidad, pero a placido á la diuina Magestad de no desamparar á los suyos, antes mostrarse muy propitio. El pueblo, fuera de la gente que le siguia al púlpito, todo lo demás perseuera ansí en venir á nuestra capilla á missa, como á confesiones, no solamente las personas que solian, pero aun otras de nueuo de las mas principales, ansí señores como señoras, que dan mucha edification de sí, y hazen que la deuotion y opinion, que tienen de la Compañía, se conserue y in dies se vaya augmentando.

La frequentia de las confesiones y comuniones es mucha

[1] Autographae litterae in duplici folio, nn. 305 et 306.

en nuestra capilla, que casi no se pasa dia que no aya confesiones y comuniones y con mucha edification de las ánimas. Anse hecho muchas confesiones generales y son cosa muy frequente, y donde eran muy necesarias y de muchos años, donde se an enderezado en el camino del diuino seruicio muchas ánimas que yuan muy erradas. De vna persona en particular diré, que estando á la muerte y llamándome para reconçiliaçion y ayudar á morir, tuvo necesidad de boluer mas de veinte años de confesiones, por yr erradas. Plugo al Señor de dar fuerzas con tomar algun trabajo y aun harto de dar espacio para proueerse y confesarse y despues durar muy poco. Tambien estos dias pasados confesé en vna casa religiosa de mujeres, y si no fueron dos, todas se confesaron generalmente, y quedaron con mucha edification y prouecho en sus almas. Destos a habido muchas personas, gloria al Señor que quiere mostrar su omnipotente bondad y misericordia con obrar estas misericordias con sus escogidos por medio desde vil y miserable instrumento, porque mas se conozca su diuina grandeza y que no se pueda aunque quiera atribuyrse a sí nada el instrumento.

Anse hecho tambien muchas restitutiones, y, segun tengo relaçion de vn padre de casa, de cosas de importancia y de mas de 20 años atras; y esto sin la frequentia de las contínuas confesiones que así de personas principales, que son muchas y las mas principales, como de otras comunes de todas suertes.

En el ayudar á morir, loado sea el Señor, hemos sido bien exerçitados todos á todas oras, donde se ha ofresçido occasion de aprouechar á nosotros y á los circunstantes, y vltra de la ayuda que reçibia el patiente que comunmente era grande, con dos personas me he hallado que eran molestadas de frenesía y visiones y illusiones del demonio. La vna era vna muger que realmente parecia questaua en su sentido, y dezia cosas tan abominables y desesperadas, que era gran lástima y nos daua gran compasion al P. Hernan Aluarez [1] y á mí que allí nos hallamos. Plugo al Señor que boluió en sí y se arrepintió de lo que auia dicho y yo la reconcilié, y de ay á pocos dias murió. El otro era vn hombre en que me persuadí quánta fuerza tengan

[1] Ferdinandus Alvarez del Aguila, cui, post Patris Stradae recessum, Burgensis domus cura commissa est.

las diuinas palabras y sanctas amonestaçiones para resistir al demonio, y esto en ver que quando le hablaua y insistia en le hablar, boluia sobre sí y no deçia ni via lo que antes: gloria sea al Señor por todo.

Tambien el P. Hernan Aluarez se halló á la muerte de D.ª Angela de Polanco [1], donde concurriendo gente principal y haziendo al propósito vna plática, se edificaron, y el Sr. Gregorio de Polanco [2], que auia zesado de se confesar aquí en casa, se vino á confesar con su Reuerencia [3]. Hallóse tambien á la muerte del Sr. Pedro de Tamayo, padre del Sr. Gonzalo de Tamayo [4], que era ya muy viejo y que auia sido muy fauorable á la Compañía á los principios que aquí vino, y todos ellos muy intensamente nuestros deuotos. Cosa era que el P. Hernan Aluarez la auia deseado, y así pareze que se lo cumplió el Señor. El enfermo se consoló, y todos ellos se edificaron, y estando ya en lo vltimo, auiendo mucha gente, queriéndoles dezir misa, y estando ya vestido en el altar, y estando registrando no sabiendo si dezir misa del dia ó de *requie*, ya que queria empezar, espiró, y empezó misa de *requie* que á todos consoló en ello, y se edificaron mucho.

Tambien a empezado el P.ᵉ Hernan Aluarez á entender en poner en concordia dos casados, personas principales, que a muchos años que estan muy differentes, y yo tambien ayer y antiyer e tratado de poner en paz vn cauallero desta ciudad con su muger, á la qual yo auia confesado; y él éranos tan poco affiçionado, que me parece auer oydo que mandaua á su muger no se confesase con nosotros: y así auia muchos meses que no la auia confesado. Despues a plazido al Señor que él me vino á hablar á casa y rogar hablase á su muger, y así los fui á hablar á su casa, y me prometió de vn dia desta semana de se venir á confesar comigo haziendo muchos cumplimientos comigo.

Tambien vn deuoto nuestro, hijo mio de confesion, quería-

---

[1] Patris Polanci consanguinea, amita an soror non satis liquet.

[2] Patris Polanci frater.

[3] Haec quoniam ad se suamque familiam spectabant non transcripsit in suum *Chronicon* Polancus.

[4] De Gundisalvo de Tamayo sic ait P. Rivadeneira in *Historia de la Asistencia de España S. J.*, nondum in lucem edita: "Gonzalo Tamayo, hombre principal, y muy amigo y favorecedor de toda virtud.„ Idem fere POLANCUS in *Chronico*, et P. VALDIVIA in *Historia de los Colegios de Castilla*. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 542.

nos dar vna limosna cada año, y sabiendo la necesidad que teniamos de libros, me dixo le diese la memoria de los libros, quel me los haria traer de Francia, y así se la dí y embió por ellos á Francia y a reçibido carta que estan comprados y á punto para nos los embiar, sino que no hay saluo conduto del Emperador para pasar mercaderia de Francia aquí [1]. No sé si costarán más de 250 ducados; ya él me a dicho que dió 200 ducados por ellos, y sin esto despues nos a dado limosna, y esperamos los libros cada dia.

Despues de San Juan recibió el Sr. Benedicto [2] cartas del Sr. Abbad de Salas [3] sobre que queria hazer vn collegio, y dotarle de 600 ducados de renta que tenia comprados, como ya largamente e escripto á V. P.ad. Vino aquí el P. Francisco [4], y lo trató y capituló con él y con el canónigo Obregon, á quien venia tambien remitido, y con el Señor Christoual de Miranda su hermano. Ase embiado la resolution para que el Señor Abbad se determine del todo y embie el poder y donaçion. Estámoslo esperando, y así estamos en dubda de lo que se hará. De acá sé dezir que están floxos y remisos, y que dan señales, segun e sentido, y tengo relacion, que no lo quieren; y así tememos que no ayan escripto al Sr. Abbad para mudarle la voluntad. Aora vino el correo que auia lleuado el despacho, y me dicen que no truxo cartas. Ansí que si V. P.ad no le haze hablar allá y soliçitar, temo que no se pondrá en obra. El Señor Benedicto se nos muestra en esto y en todo lo demás muy fauorable, sino que en tanta distancia y con solas y raras cartas no puede más.

Aora, loado sea el Señor, estamos todos buenos, aunque el P. Hernan Aluarez se a sentido casi de todo el lado yzquierdo tocado de perlesía, y que le da algunos golpes en la lengua: teme mucho el frío [5]. Mírase por su salud todo lo que buenamente se puede hazer. Todos emos tenido romadizo [6]. Un hermano que auíamos tomado de la doctrina [7], niño muy deuoto y

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 403, annot. 1.
[2] Benedictus Uguccionius. Vide POLANCI *Chron.*, t. III, n. 710, pag. 317.
[3] Franciscus de Miranda. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 403, n. 871.
[4] P. Franciscus de Borja.
[5] Ideo in patriam paulo post, sc. hujus anni ineunte autumno, in patrium aërem missus est. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 398, n. 857.
[6] Catarrhus, qui hoc anno per totam fere Europam praevaluit.
[7] Ex iis, qui ad doctrinam christianam addiscendam in domum nostram confluebant.

edificatiuo, para que estuviese á la puerta, tuvo vn dolor de costado, y estuvo arto peligroso. Anda ya leuantado. Otros dos hermanos ay: el vno es ya hombre, que era calzetero, que truxo el P. Hernan Aluarez de Auila, y el otro el hermano Juan [1], que a ya mucho questá en casa. Estamos tres saçerdotes con el P. Pozo [2].

No ay otra cosa particular de que poder auisar á V. P.ad, sino que todos intensa y afficionadamente nos encomendamos en las oraciones de V. P.ad, que, como á hijos tan necesitados, nos meta *in visceribus Christi,* el qual dé á V. P.ad su sancta gracia y augmento de su sancto amor.

De Burgos, p.º de Setiembre, 1554 [3].

Superscriptio in quarta pagina. † Al muy R.do padre nro. en Chro. P.e M.º Ignatio de Loyola pre[pósito] general de la Compañía de Jesus, en Sancta Maria de la Estrada. En Roma.

Alia manu. Quadrimestre de Burgos sine die et anno [4].

Et paulo inferius. 1554.

Manet fragmentum cerae rubrae sigilli.

---

[1] Frater Joannes de la Carrera, cujus vocatio mirabili eventu a coelo indicata, narratur in opere, nondum in lucem edito, cui titulus "Historia de la Compañía de Jesús en la Provincia de Castilla„, auctore P. Ludovico de Valdivia S. J.

[2] P. Petrus del Pozo.

[3] Verba haec *p.º* (1.º) *de Setiembre 1554* scripsit manu propria Polancus. Desideratur subscriptio; sed cum sermo in litteris fiat de tribus sacerdotibus, PP. nempe Alvarez et Pozo, et alio, qui litteras scribit, opinamur hunc alium esse P. Joannem de Santacruz; id tamen affirmare non audemus, quia hoc tempore, quo litterae datae sunt, saepius Burgos adibant *Missionarii discurrentes* PP. Gaspar Loarte, Didacus de Guzman, et Gaspar de Acebedo. Vide POLANCI *Chronicon,* praesertim t. IV, pag. 398, annot. 1.

[4] Ita quidem erat antequam, ut annot. praecedenti dictum est, et diem et annum Polancus scriberet.

CCCXVIII

P. Joannes de Valderrabano
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Septembris 1554 [1].

IHS

Muy R.do P. in Christo D. N.

Gratia et pax Domini nostri sit semper nobiscum. Amen.

Obedesciendo al santo mandado de vuestra Reverenda Paternidad, Reberendo in Christo P.e, escriuiré algunas cosas que Nuestro S. ha obrado por estos pequeños instrumentos suyos en estos quatro meses en su viña; y començando por los de casa, estan todos buenos por la misericordia de N. S., avnque estos dias passados an caydo casi todos de catarro, que anda tanto por estas partes, que apenas abrá vno, que se aya librado del: ya estan buenos, y el Padre Gonçalez [2] tambien, si en este invierno no recae: N. S. haga lo que más conviene. Con los sermones del P. Prouinçial [3] se an mouido muchas personas, y con la presencia del P. Francisco se an animado muchas al seruicio del Señor.

En lo que toca á nuestro principal exerçiçio de confesiones, va tan adelante, que visto el P. Francisco [4] la neçesidad que ay de lugar capaz para poder aver suffiçiençia de confesores, segun lo mucho que se descubre, trata de comprar vna casa que confina con la nuestra de vn caballero, y muchos lo desean por ver cumplido su deseo que tubiésemos casa suficiente para el instituto de la Compañía, donde spero en N. S. se hará fructo.

---

[1] Autographae in duplici folio, primo sub n. 301, altero vero non numerato.
[2] P. Joannes Gonzalez, Vallisoletanae Domus praepositus.
[3] P. Antonius de Araoz.
[4] P. Franciscus de Borja, Hispaniae jam tum Commissarius.

Del fructo que nuestro Señor ha obrado en las confesiones diré algo, porque todo, seria muy largo. Mandó el P. Prouincial confesar vn monesterio de monjas que no son subjetas á frailes, y las mas dellas se confesaron generalmente [1]. Obró Nuestro Señor tanto en sus almas, que su perlado ha rogado con instançia que alguna vez las quisiesen confesar, porque hallaua en ellas otra tan gran mutation, que se admiraua. Vna dellas traya su arca y lumbre delante el confesor y la perlada y las otras, para que todo lo que en ella avia, en presentia de todas, lo quemasen, siendo antes tan recatada, que avn vello no dexaua. Otra andaua á limpiar los chapines de las otras y de rodillas, siendo persona de estima; y así vnas entre otras siempre an buscado cómo hallasen la humildad. Solo esto baste, que dize su perlada que nunca estubieron tan reformadas ni aprouechadas, como desde que se confesaron con aquel Padre.

Vna hija de vn cauallero prinçipal de corte y título, viniéndose á confesar, estando en la confesion fueron tantas sus lágrimas, que mouia al confesor, pidiéndole que por amor de Dios la quisiese confesar generalmente, porque nunca se avia confesado en su vida; es muger muy trayda y de mucho fausto: espero en nuestro Señor ha de ser muy humilde y modesta, porque otra vez a tornado á pedir la confesion, paresçiendo largo el tiempo que se le asignó para ello.

Para la fiesta de Señor Sant Juan Baptista y Ntra. S.ª de Agosto [2] ha hauido tantas confesiones, que no sabria dezir el número, que es neçesario començar bien temprano las comuniones para que despues aya tiempo para dezir misa. Muchos an dexado sus concubinas, que avian buelto a ellas y no bastaua el temor de la yglesia estándose en su peccado. Nuestro Señor les a dado á conoçer su yerro, él les dé á amarle muy más.

Asimesmo, como en la pasada [3] escriuí de algunas, se han hallado despues acá entre otras restituciones vna que pasa de mill y dozientos ducados, y lo que en esto es de admirar y dar gracias á nuestro Señor, que el mesmo deudor, queriendo satisfazer de su motyuo, dió parte á su muger desta deuda, y ella

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 394, annot. 4.
[2] *Ntra. Sra. de Agosto*, festum Assumptionis B. M. Virginis.
[3] Vide supra, t. II, pag. 654 et seq.

se fué al confesor rogándole que por amor de Dios no permitiese que se ganase más hazienda con lo que no era suyo, que más queria quedar pobre que yrse al ynfierno, y que no confesasen otra vez á su marido sin que restituyese y hiziese testamento y pagase sus deudas, y que sus hijos tomasen lo que hallasen: por manera que ella amonestó al confesor lo que él la hauia de persuadir: nuestro Señor se sirua con todo, ques confusion; estos dos, marido y muger, se an confesado en casa.

Ya por otras sabrá vuestra Reverenda Paternidad el fructo que el P.e Francisco ha hecho en el palaçio de la Prinçesa [1]: lo que toca á nosotros, diré que se dan tanto á la confesion, que más parescen religiosas que seglares, y la que mas presto puede aver confesor, no le pareșçe a ganado poco; y estan tan afiçionadas á la Compañía las damas, que con quitalles todas sus vanidades, no se quieren confesar con otros, lo qual es para dar muchas gracias á nuestro Señor. Confesion general han hecho algunas y harán más deseando renovar la vida en todo.

Las otras cosas hordinarias que en otras suelo escriuir van adelante, y por no ser prolixo no las torno á repetir. Vuestra Reverenda Paternidad por amor de Jesus dulçíssimo nos escriua, porque a mucho questos hermanos no an visto carta de allá y anímanse mucho con ella.

Nuestro Señor nos de vn ánimo y spíritu para que en él le siruamos, y vuestra Reverenda Paternidad y nuestros Padres y Hermanos en Cristo nos ayuden con sus oraçiones.

De Valladolid, primero de Setiembre 1554.

De V. R. P. yndigno hijo,

† Valderrávano †

Superscriptio in quarta pagina. IHS. Al muy R.do en Chr.to p.e nuestro P.e M. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Comp.ia de IHS. en Roma.

Alia manu. 1554. Quad. de Valladolid p.o Sept.

Manet vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Joanna, Philippi II soror et ejus absentis loco Hispaniarum gubernatrix.

CCCXIX

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Septembris 1554 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Vt satisfaciam praecepto tuae Reuerendae Paternitatis, scribam aliqua ex his, quae per nos (licet inutilia instrumenta) Dominus noster hoc quadrimestri praeterito in vinea sua operari dignatus est. Et ut exordiar ab his, qui in hac domo commorantur, omnes quidem bene valent, gratia Domini, quamquam his diebus proxime lapsis ferme omnes laborarunt morbo catarrhi, qui has regiones maxime infestat, ita ut vix ullus euaserit quin in illud inciderit: sed nunc iam mitius se habet. Pater etiam Gonçalez, qui (ut iam olim scripsi) diuturno laborauit morbo, melius habet, nisi hoc hieme in eumdem morbum reinciderit, quod Deus auertat. Concionibus Patris Prouincialis multi ad meliorem frugem sese receperunt, et praesentia Patris Francisci multorum animos in bono confirmauit. Quantum ad nostrum principale exercitium administrationis sacramentorum poenitentiae et eucharistiae, in dies crescit numerus huc venientium ad confitendum, ita ut P. noster Franciscus, visa necessitate operariorum, et amplioris domus, ut in ea commorari possint, ut possit satisfieri deuotioni multorum, qui

[1] Autographae in duplici folio, nn. 299 et 300.—Aliud vere non sunt nisi praecedentium Patris Valderrabano litterarum latina versio.

sine confessione a nobis abeunt, cum non possimus omnes, qui ad nos accedunt, audire, in animum induxit emere quasdam domos nostris vicinas, et instituto nostro multum conuenientes, quod multi domus nostrae deuoti iam diu desyderant; quod si fiat, speramus profuturum in non modicum honoris diuini incrementum.

Referam interim aliqua tuae Reuerendae Paternitati ex his, quae Dominus sua pietate in confessionibus audiendis operari dignatus est; namque omnia referre esset longum. Iussit Pater noster Prouincialis cuidam ex nobis ut iret ad audiendas confessiones monialium cuiusdam monasterii, quae non sunt subditae monachis; plures ex ipsis confessae sunt generaliter, et fuit tanta mutatio in animabus earum, et tam euidens fructus ex ipsis confessionibus, ut superior earum cum instantia petierit, ut saltem aliquoties illuc accederemus ad inuisendum et audiendum dictas moniales; mirabatur enim, ut dicebat, tam repentinam et manifestam mutationem. Quadam die una ipsarum attulit coram confessore suo, sua superiore, et aliis monialibus, quamdam arcam, quam habebat in suo cubiculo, cum lucerna, petens coram omnibus, quicquid in ea haberet, ut sibi auferret aut combureret, cum antea ne videre quidem, quae in sua arca habebat, permitteret, necdum contrectari. Quaedam vero alia, inter ipsas non modicae auctoritatis, genibus flexis, tergebat sandalia aliarum monialium, atque ita inuicem certabant super adipiscenda vera humilitate, ut quaelibet ipsarum vellet superior, scilicet, humilior euadere, retulitque superior earum se nunquam vidisse dictas moniales verius reformationi studuisse, quam ex quo cum dicto Patre confessae sunt. Quaedam filia cuiusdam militis inter eos, qui insequuntur curiam Regis, principalis, accessit ad nos ut confiteretur peccata sua: huic in ipsa confessione ita illuxit Dominus, et ita eius praecordia perculsit, ut in largas prorumpens lachrimas et gemitus, se ipsam valde increpans, ut ipsum etiam confessarium ad compunctionem moueret, humiliter et cum instantia ab ipso confessario petiit, ut eam generaliter de omnibus peccatis suis dignaretur audire, asserendo nunquam in tota vita sua se recte confessam fuisse peccata sua; cumque tum propter necessariam praemeditationem, tum propter maiorem praeparationem, et maius augmentum necessariorum ad talem confessionem, certum

tempus ab ipso confessario sibi praefixum esset, haud oblita salutis suae, morae impatiens, non valens praefixum tempus spectare, antequam ipsum elaberetur tempus, ad nos rediit instantius hoc ipsum petens, quod quidem non modicam admirationem causare possit scientibus quae ipsa antea fuerit, quamque vanissimis mundi occupationibus intenta.

In festo Natiuitatis Beati Joannis Baptistae et Assumptionis Beatae Virginis fuit tantus concursus venientium ad confitendum peccata sua et communicandum, quod ego certe nescirem assignare numerum eorum; illis enim praecipue diebus, quamvis summo mane incipiamus, vix superest nobis tempus ad conficiendum sacrum. Consolatur autem nos praecipue in hac parte, quod videamus plures damnationis viam relinquere, et in meliorem frugem se recipere, quandoquidem concubinarii non pauci concubinas suas reliquerunt, huiusmodi peccandi genus detestantes.

Restitutiones etiam, gratia Domini, aliquae factae sunt, et specialiter una plusquam mille et ducentorum aureorum, et quod magis mirere, idem, qui ad dictam restitutionem tenebatur, nolens rem istam in aliud tempus differre, rem ipsam uxori suae indicauit, ut citius exequutioni demandaretur, quae tam christiano illud suscepit animo, et tantum abest ut illud viro suo impedierit, quin potius eum exhortata est, ut quam citius illud exequeretur, et, haud his contenta, confessarium ipsum adiit, eumque monuit, ut virum suum ad dictam restitutionem impelleret, neque eius confessionem audiret, donec dictam pecuniae quantitatem restituisset, auferretque ei omnem occasionem similem damnationem ulterius sibi thesaurizandi; profitebatur enim se libenter sibi filiisque suis paupertatem potius in praesenti saeculo eligere, quam damnationem in futuro.

Iam alias credo quod R.da Paternitas tua certior facta sit eorum, quae per Patrem nostrum Franciscum Dominus operari dignatur, et praesertim in palatio Principis: quod ad nos attinet dicam, et est, quod omnes fere confitentur nobis, et tam frequenter, ut potius religiosae videantur, quam seculares, et tanto amore prosequuntur omnes dominae aulae Principis nostram Societatem, ut cum alias rigidos nos exhibeamus in amouendis ab eis omnibus vanitatibus muliebribus, frequenter nos accersunt, nec volunt alios confessarios nisi nos, et non paucae

ipsarum confessae sunt generaliter, aliae autem ipsam generalem confessionem parant. Est certe unde possimus laudare Dominum, videndo quo feruore (ducem suam Principem, discipulam Patris nostri Francisci, imitantes) profectum spiritualem prosequantur, ut certe potius monasterium monialium videatur quam aula regia. Caetera exercitia et occupationes solitae Societatis nostrae, tam intra domum, quam extra, quae breuitatis causa omitto, largiente Domino, non intermittuntur, sed potius augentur. Tu interim, R. in Christo Pater, sanctissimis tuis imprimis, deinde aliorum Patrum ac fratrum charissimorum orationibus, [nos] commendatos habe.

Ex oppido Vallisoleti, primo calendas Septembris milles. quingentes. quinquages. quarto.

DOMENECH.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Admodum R.do Patri in Christo Patri nostro M. de Loyola, Praeposito Generali Societatis Iesu, Romae.

Alia manu. 1554. Valladolid. Vltimo d' Agosto.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

CCCXX

Hieronymus Ripalda
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 1 Septembris 1554 [1].

†
Iesus

R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Domini nostri Iesu Christi sit semper in omnibus nobis. Amen.

Numerus eorum fratrum, qui in hoc nostro Collegio Valentino quatuor his mensibus degerunt, fuit longe maior quam vnquam antea: et eorum, qui nobiscum adhuc sunt (nam alii iam alio discesserunt) alii litteris latinis ac graecis, alii liberalibus artibus, alii sacrae theologiae dant operam diligenter. Sunt etiam in probatione alii, qui exercentur in domesticis officiis aliisque humilioribus ministeriis. Scholastici, singulis diebus dominicis, quasdam assertiones defendunt, quas prius in publicis scholis affigunt. Ad has de externis scholasticis plerique accedunt disputaturi, maximeque probare se illam litterarum exercitationem, et uerbis et aliis signis ostendunt. Speramus in Domino multo plures accessuros in dies, qua in re comperimus experimento, et Dei gloriam in eis accrescere, et animarum salutem. Nam nobiscum de rebus spiritualibus aliquando colloquentes, inducti sunt a Deo, alii ut in Sacramentis confessionis ac communionis frequentiores essent, alii ut in nostram Societatem, ac in alias religiones alii ingrederentur; quorum multi sunt, qui efflagitauerint et adhuc obnixe petant,

[1] Autographae in duplici folio, nn. 369 et 370.

ut habeantur digni, qui inter nostros connumerentur. Verum noster Pater [1] decem tantum (quos iam introduxit) selegit, inter quos sunt aliqui, iis corporis et animi dotibus praediti, ut non temere de eis possimus multa magnaque in futurum sperare. Sunt praeter hos ad exercitia spiritualia complures admissi: horum bona pars debetur concionibus assiduis nostri P. Doctoris Baptistac [2], quae maximo cum applausu populi ac omnium aedificatione audiuntur. Nec immerito sane, cum iudicio eorum, qui probe rem teneant, nulli eorum, qui in hac ciui tate concionentur (qui multi sunt atque nonnulli praeclari) sit secundus. Est quidem in commouendis affectibus strenuus, in alliciendis animis prudens, in solandis suauis; est ei mira in dicendo dexteritas, in reprehendendo acrimonia, in narrando suauitas, in suadendo feruor et alia, quae in quouis concionatore optimo desyderentur. Hinc fit ut tot ad nostros Patres, praesertim diebus dominicis, accedant manifestaturi peccata, si confessarii copia fiat, vt Patres, qui pauci sunt, omnibus satisfacere nequeant, uel ipsi uoti compotes fieri.

Versantur etiam Patres, cum tempus datur, in pauperibus uisendis et consolandis, quos etiam, in extremo mortis agone positos, prout temporis necessitas postulat, adiuuant. Et quamuis ad hoc quam ad aliud saepius conuocentur, non tamen raro uocantur ut dissidia, siquae sint inter coniuges, uel alios quosuis homines orta, componant, ueniam pro iniuriis illatis impetrent, aliaque pia id genus conficiant. Quo factum est ut suauis horum operum odor sit late per ciuitatem sparsus, ita ut etiam ii, qui extremam partem ciuitatis habitant, huc ad nos, oblata necessitate, auxilii petendi gratia, accurrant. Et cum nostrae Societatis nomen non sit omnibus plane cognitum, sunt qui nos inquirentes interrogent vbinam habitent hi, quorum tota et sola cura est in operibus misericordiae se exercere.

Mulierem quamdam, quae uel se suspendere, uel in puteum praecipitare, uel fame necare decreuerat, propterea quod a se filia discessisset, nostri Patres plurimum in Domino consolati sunt, curantes diligenter ut filia ei continuo restitueretur. Adolescens alius, qui secum e longinquo mulierem inhonesto animo

---

[1] P. Joannes Baptista de Barma, Rector.
[2] Idem P. Joannes Baptista de Barma.

in hanc ciuitatem adduxerat, ut eam in honesto loco collocaret et ipse e ciuitate discederet, fuit persuasus. Nec sacerdotes tantum sunt vtilitati proximorum intenti, nam fratres quoque, quam sine studiorum incommodo possunt, in eo ipso diligentiam adhibent. Duo per dies aliquot xenodochium frequentarunt, ut pauperibus (si ipsorum indigerent opera) subuenirent, qui diligenter admodum pauperes quouis morbo laborantes, molestiarum onere, quantum poterant, subleuabant, et ipsorum doloribus (quod est magnum aegrotis solatium) magna charitate compatiebantur. Cum uero dies aliquos domi detenti defuissent, et pauperes non inuiserent, plurimum de ipsorum absentia conquerebantur, atque is, cui praecipua xenodochii cura demandata est, quare, ut haberent de more, pauperes non uiserent inquirebat, ueritus bonus uir (ut aiebat) ne ipse in causa fuisset, cum eos minus amice recepisset, cur tantis bonis pauperes defraudarentur: idcirco fratres est plurimum deprecatus ut quidquid in xenodochio vellent, libere, uelut in propria domo, agerent, nulla eos indigere facultate, omnia per eum sibi licere. Itaque cum post paucos illos dies reuerterentur, mirum quam fuerit pauperibus iocundus eorum aduentus.

Alii duo fratres his diebus non parum elaborarunt conantes, pro uiribus prauam quamdam consuetudinem huius ciuitatis extirpare. Solent diebus festis saltationes publicae fieri, ad quas plerique utriusque sexus, uel conspiciendi gratia, uel se illis etiam admiscendi, accedunt; ita ut, cum copiosus satis, ac plus satis sit saltantium numerus, magna circumstantium hominum corona sint obsessi. Fratres (quos nuper dixi) pluries ad eos, ut eis concionarentur, adiere, quorum tantus fuit in dicendo feruor et efficacia, ut iam publicae saltationes minime fiant, neque quisquam eas rursus introducere audeat. Mulier etiam, publice peccatrix, est ad Dominum conuersa, et homo quidam, qui per totos decem annos confessus peccata non fuerat, timore perculsus, confessarium illico postulauit: uerum quum non satis tam longo tempore facta posset ita faciliter in memoriam reuocare, alius ei confessioni dictus est dies. Duo alii octauo quoque die pueros doctrinam christianam edocent, ad quam plerique pueri ueniunt, multo tamen plures venirent, proindeque fructus esset uberior, si ecclesia nostra tandem perficeretur. Speramus, R.de Pater, isthinc huic incommodo remedium

adhibendum. Postquam, iuxta puerorum captum, est christiana doctrina recitata, frater quidam noster editum locum conscendit, et doctrinam christianam maioribus natu prolixius interpretatur, quod ante in nostro Collegio fiebat, sed propter angustias loci, qui tot capere non poterat, coactus est frater noster mutare locum, et in quamdam maiorem ecclesiam, nostrae domui propinquam, se una cum auditoribus recipere. Quo in loco in eodem exercitio ad Dei gloriam perseuerat.

Vtinam nos omnes in Dei dilectione ac eius uoluntatis exequutione ad finem usque perseueremus.

Quod ut fiat, tuae R.dae Paternitatis orationibus atque sacrificiis nos indigere cognoscimus, et ut nobis ueluti pauperibus faueas postulamus.

Valentiae, Calendis Septembris anno 1554.°

Tuae R.dae P. minimus filius,

HIERONYMUS RIPALDA.

Superscriptio in quarta pagina: Jesus. Al muy R.do en Christo Padre el Padre M. Ignatio de Loyola, Praepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu. 1554. Quad. Valentiae. P.i Septembris.

Manet vestigium sigilli.

CCCXXI

P. Marcus Jorge,
***Ex commissione* Patris Michaëlis de Bairros,**
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 3 Septembris 1554 [1].

†
Iesus

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et amor Domini nostri Jesu Christi habitet semper in animis nostris. Amen.

Quoniam ex quadrimestri spatio superiori pauca se mihi ad te, R.de P., scribenda offerunt, non ero in hac epistola prolixus. Principio scholae nostrae, Dei Opt. Max. beneficio, in solitis suis exercitationibus perseuerant, tum literarum, tum morum integritatis; nam, extra quotidianas lectiones, in classibus singulis agitantur diebus sabbathi disputationes priuatae, publicae uero primo quoque die sabbathi mensium singulorum, quo die scholastici omnes in quamdam satis amplam aulam conueniunt. Atque ad hanc illi celebritatem maxime se comparant, tum oratiunculis, tum carminibus instructi. In eo conuentu, qui, augusto ineunte, celebratus est, audiui ego nonnullas scholasticorum oratiunculas, quae animum ad agendas Deo gratias excitarent. Earum materia haec erat: quam diligenter se praeparare debeant, qui ad sacrosanctam synaxim accedunt, quo ita, ut par est, tantum sacramentum accipiant; quanti faciendum sacrae confessionis sacramentum diuinaeque rei (quam missam

[1] Autographae in duplici folio, primo sub n. 496, altero vero non numerato.

uocant) auditio; quanto studio danda sit opera, ne assiduo harum rerum usu reuerentia, tantis rebus debita, imminuatur: ad hoc uero id unum esse remedium, ut quisque secum in animo, priusquam de peccatis confiteatur, aut sanctam eucharistiam suscipiat, quanti sit momenti quod est facturus expendat: qui haec praemeditaretur, hunc nunquam diuinarum rerum, aut studiosum parum, aut parum reuerentem earumdem consuetudine futurum; quia id facere pigraremur, euenire saepe ut ipse usus contemptionem tantarum rerum efficiat. Alius uero sua oratione docebat, quia uulgo homines uitam suam suaque facta omnia quibusdam ceu lancibus non ponderent, ut facile de proposita sententia depellantur, quam paulo ante, quod honesta esset, auidissime fuerant amplexi. Quae illi superioribus diebus in doctrinae christianae lectionibus cum accepissent, inde, sua sponte, praeceptoribus, neque id jubentibus neque admonentibus, ad suas oratiunculas traduxerunt. Quae res argumento est, illos et attentis animis adesse doctrinae, et magnos ex ea fructus percipere.

Multi, non contenti confessionibus menstruis, octauo quoque die in sacello nostro, de admissis peccatis confitentes, sacrosanctam Eucharistiam accipiunt. Lapsis autem diebus, cum quidam frater januae praefectus esset ad tempus, unus de scholasticis accessit, quem cum ille admonere uellet, ut, quae in scholis doctrinae tempore audiret, ea domi alios doceret, comperit ipsum singulis diebus dominicis fateri, ad doctrinam uero cum patre simul et ejus famulo uenire, atque omnes domi postea matri ex lectione doctrinae, quae quisque meminisset, exponere. Laus Domino.

Alium quoque accepi, cum quinque uel summum sex dies in his scholis uersatus esset, quosdam homines, quos in uico iurgantes reperisset, in mutuam gratiam reduxisse. Faxit Deus ut et bonarum rerum studiis, et numero ipso, crescant. Quem numerum his ad te literis, R.de Pater, non perscribo, quia finis lectionum huius anni cum instet, alii se in patriam contulerunt, alii morbis impediuntur: itaque non omnes gymnasium frequentant, neque certo sciri potest eorum numerus.

Incunte octobri, sciri poterit, et Dei gratia ad te, R.de Pater, perscribetur. Hoc interim accipe, augusto hoc complures novos confluxisse, ac sperare nos longe etiam plures esse uen-

curos. Atque haec quidem de iis, qui grammaticae studiisque humanitatis dant operam; at de sacerdotibus, qui conscientiae casibus (sic uocant) student, illud dicere habeo, existimare me illos quoque, Dei gratia, profecisse. Itaque factum est ut, cum antea uiginti aut circiter Princeps Cardinalis [1] stipendia proponeret, quo hanc lectionem audirent, modo eorum numerum ad triginta usque augere uelit, praeter eos, qui nullis stipendiis allecti audiunt. Effecturum Deum confido, ut haec omnia in suam laudem et obsequium cedant. Ipsemet Princeps, non ita pridem scholas subiens, Doctores omnes audiuit. Qui domi postea Patri Michaëli Bayros [2] se inde laetissimum et summa uoluptate perfusum rediise dixit, quod ibi magnum Deo praestaretur obsequium.

Patres Emmanuel Ferdinandus et Petrus Santacruz, qui, eodem Principe Cardinali postulante, in quadam urbe huius sui archiepiscopatus elaborabant, Patris M. Mironis [3] iussu inde ad hoc collegium uenerunt. Sed altero uel tertio die postquam huc ad nos peruenissent, duo aut tres honesti et honorati eiusdem urbis ciues ad Cardinalem legati sunt, orantes ut iterum eo reuerterentur propter ingentes utilitates, quas ex iis tota ciuitas capiebat, cum oppidum hinc 48 millibus passuum absit. Igitur P. Miron eos illuc remittere coactus est. Nihildum litterarum ab eis accepimus. Credimus Deum eorum labores in ea ciuitate habere quam gratissimos, id quod superioribus literis ad te, R.de Pater, copiose descripsimus.

Haec de quatuor mensibus proxime lapsis scribere habui. Nunc reliquum est ut a te, omnium nomine, petam ut nobis benedicas, et in tuis sacrificiis uehementer habeas commendatos.

Eborae, 3 nonas septemb., anno a natiuitate Domini 1554.

Ex imperio Patris Michaëlis de Bayros,

MARCUS GEORGIUS.

---

[1] Henricus, Infans Cardinalis saepius appellatus, Emmanuelis, Lusitaniae Regis, filius et Joannis III frater. Vide TELLES, *Chonica da Companhia de Jesu da provincia da Portugal*, P. II, lib. v, c. 28-35.

[2] Is Rector hoc anno fuit Eborensis Collegii. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 509, n. 1079.

[3] Patris M. Jacobi Miron, Lusitaniae Provincialis.

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do en Xpo. Padre, el Padre Maestro Ignacio, Prepósito general de la Compañia de Jesu. En Roma.

Et alia manu: 1554. Ebora. Quadrimestres, 3 Septembris. Emen. *(emendata).*

CCCXXII

P. Joannes Nuñez
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 3 Septembris 1554 [1].

✝
Ihus

Reuerendo en Christo Padre.

La summa gracia y amor de Christo nuestro Señor sea siempre en nuestras ánimas. Amen.

Del mes de Mayo hasta el fin de Agosto, an acontecido muchas cosas que no fueran de poca edification, mas por no ser tan luengo, no diré sino algunas. Nuestro charíssimo P. Maestro Miron [2] fué á uisitar el Collegio de Coymbra y Euora, y agora queda en esta casa de San Roque, donde ordenó todo á seruicio de Dios y consolacion y edification de todos los hermanos, que cada dia más se uan aprouechando en espíritu y en ayudar á los próximos.

Questa [3] casa de San Roque están al presente 7 Padres de missa y otros tantos Hermanos. El P. Miron haze agora la doctrina á la tarde, á donde viene gran concurso de gente que no cabe en la yglesia, y mucha se ua á las tardes por no caber.

[1] Apographum in duplici folio, nn. 441 et 444. Est aliud exemplar, quod nihil ab eo differt, sub nn. 442 et 443.

[2] P. Jacobus Miron.

[3] Sic in utroque apographo; sed mendum videtur pro *En esta.*

El P. Don Gonçalo [1] predica á la mañana, y cada dia por la semana en una yglesia parochial desta ciudad, la mayor que ay de todas las parochias, sacando la yglesia mayor; y con ser por toda la semana, que es cosa nueua en esta ciudad, uay mucha gente á su doctrina, la qual hará hasta acabar las corenta doctrinas que V. P. manda hazer á los professos; y dize que será bueno, despues de acabadas, predicar ó hazer doctrina una uez cada semana en la misma yglesia: cada uez más se espera. Va teniendo más gracia en predicar y gran audacia. Con el mucho trabajo que tiene en el susodicho, y con oyr muchas confessiones, anda flaco, con que diçen algunos deuotos que temen cayr malo; mas nuestro Señor, por cuyo seruicio lo hace todo, le da tan buena disposicion, que todo lo sufre, y sofre lo que harian tres ó quatro predicadores, que para predicaren toman 4 ó 5 dias y más, y él en una noche y muy poco del dia estudia para predicar en esta ciudad, á donde ay buenos predicadores.

El P. Gonçalo Vaz ha echo muchas doctrinas con special gracia de nuestro Señor, con gran concurso de gente, que muchas horas antes de la hora uienen á tomar lugar, porque tardándose un poco hallan la yglesia llena de gente y algunos fuera de la puerta, al sol, que no procede sino de teneren mayor fuego del amor de Dios de lo que haze el sol, aunque muy grande hizo este verano. Muchos se espantan á tal hora uenir tanta gente y de tan lexos á esta casa, que está á un cabo desta ciudad. A los viernes predica á las damas de la Reyna [2], á donde se halla su Alteza muchas ueces presente; ella lo pedió y algunas se confiessan á menudo, y una uay á los hospitales con sus dueñas á lleuar limosna á los enfermos y hazerles las camas con mucha edificacion.

El P. Tiburcio [3] es ydo á predicar y hazer doctrina á una villa, de esta ciudad seis legoas, que se dize Setuuel [4], y está con él el Padre parado [5] para confessar: á pocos dias que fué; speramos cartas del fruito que hará: pausa [6] en el hospital, y pe-

---

[1] P. Gundisalvus de Sylveira, Ulyssiponensis domus Superior.
[2] Catharina ab Austria, Caroli V Imperatoris soror.
[3] P. Tyburtius Quadros, qui mox Antonius appellatus est.
[4] Setubal.
[5] Sic in utroque apographo; est tamen sermo de P. Ferdinando de Prado. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 535, n. 1143.
[6] *posa*, moratur, divertit.

diran limosnas de que se mantengan. Los otros Padres confiessan toda la semana, y son tantos los penitentes que confiessan por la semana y al domingo, y comulgan, que siempre tienen bien en que entender. Dia se hizo que comulgaron 200 personas. Crea V. R. que es para alabar á Dios el fruito que en tan poco tiempo se a hecho; porque ay personas de calidad y otras, que se an prouechado en tanta manera en spíritu, que en muchas uezes no hallan materia para los absoluer, y les manda dizir alguna de la uida passada, en que tanta materia auia, para que las absolua, y lo mismo acontece á los otros confessores. El feruor, la deuocion y sentimientos con que comulgan me confonde y me dan spuelas para ir adelante teniendo tantos años de religion: no falta quien diga que más hazen quatro Padres que aquí están, que quantos religiosos ay en la ciudad, mas esto lo sabe *cuius oculis omnia sunt nuda et aperta.*

Las paredes de la casa que se haze se acabarán muy temprano, y lo más presto que se pudiere hazer se hará lo demás, por la mucha necessidad que ay de aposentos. Tiene ocho cámaras aunque pequeñas, mas que bastan para pobres, y un refectorio debaxo con su cuçina y dispiensa, 17 otras cámaras. El edificio no es sumptuoso, mas como de pobres, y más, fuerte y para durar mucho tiempo. En esto a trabajado mucho el P. Miron que todo paresciese de pobres, porque esto es lo que más edifica, como V. R. sabe; hízose de limosnas, que un Padre pedió con un hermano por la ciudad. El Rey [1] a dado buena litmósina para la madera, que lleua mucha, porque an de ser horradas [2] las cámaras. Vn cauallero solo dió mil moyos de sal, para que dan buena summa de dineros; con esto ó con poco más esperamos que se acabe la casa.

Personas de estado y calidad an tomado y toman los excercitios, de que se espera gran fruyto, gloria á Dios; y porque esta ua en general, no digo quién son, aunque mucho alabaran los hermanos á Dios en lo saber.

El Rey y la Reyna y Infantes y otros grandes cada dia más

---

[1] Joannes III.

[2] Rectius, non solum hispanice sed etiam lusitanice, *forradas.* "Forrar de taboado as paredes de huma casa. *Parietes tabulis vestire.* —Cinco aulas ou gerais ladrilhados e forrados Chron. de Coneg. Regr., 2 parte, 60—„ BLUTEAU, *Vocabulario portugues e latino,* t IV, pag. 181.

se uan aficionando á nuestra Compañia, y mostran por obra lo que nuestro Señor les da á sintir en sus coraçones; su diuino nombre sea alabado, que assí mira por su honrra y por los que se dedican á él.

Vn cauallero y otros officiales de la casa de la confadría de la *misericordia* [1] desta ciudad, que cada año dizen que gasta 3.000 ducados, y muchas uezes más, en prouer á pobres y biudas y en casar órfanas, me pedieron para ir á la ciudad de Argel con otro hombre para acabar de concluyr el resgate de los 200 captiuos, sobre que uine á esta ciudad del Reino de Fez, á los quales el Rey de Argel [2] lleuó allá dispues que tomó á Fez, y por me escusar por buenas palabras y razones por mandado del P. Miron por no los escandalizar, lo supplicaron á Su Alteza, y él se lo concedió; y al otro dia, acordándose de lo que está concertado [3], mandó llamar al P. Maestro Miron, y uisto cómo no podian uenir á tiempo para ir con larmada de la Yndia para marco [4], me escusó de la yda de Argel y me mandó llamar para se enformar del mejor modo que en ello se ternia; y los de la *misericordia* quedaron satishechos.

Por todo no se deseparar [5] los captiuos, mandé por letra buena suma de dinaros á un hermano [6], que dexé en Africa, del qual los moros están muy edificados, y le llaman sancto, espantados de la pacientia con que sufre las iniurias que le hazen los morillos, sabiendo que, una palabra que diga al Alcaide, los mandará azotar crudamente; despues que partí de Tituan, que es del Reyno de Fez, son ydos allá más de dos mil ducados para captiuos, y otros dos mil irán presto: 800 ducados no quiesen [7] tomar á cargo, por me desembaraçar de estos negotios y estar más aparejado para todo lo que V. R. me mandar.

A canbiado este hermano destos dineros muchos captiuos, moças y niños, de poder de los turcos; y en Ceuta está una

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, praesertim t. IV, pag. 511, annot. 1.
[2] Algerii Rex, seu potius Pacha, tunc erat Hassan ibn Kheir-ed-din.
[3] De profectione in Aethiopiam.
[4] Anni sequentis 1554.
[5] *Por no desamparar del todo.*
[6] Ignatius Bogado vel Vogado.
[7] Sic in utroque apographo. Existimamus tamen positum esse pro *quise;* tunc autem sensus hic esset: *Octingentorum vero ducatorum nolui curam suscipere, quo ab iis negotiis me expedirem...*

moça portuguesa, que captiuaron en cabo de Gee [1], que los moros tomaron, que era helchia, y está herrada en la barba como mora, y agora la sacó, que fué cosa muy nueua y para mucho alabar á Dios. Otro elche [2] escriuí agora que sacase, que a mucho que es moro y está arrepentido.

Los captiuos están muy tristes por mi tardança y me scriben dallá que diga á V. P. lo mucho que con ellos puedo hazer con la ayuda y fauor diuino; mas como lo que V. R. me mandare tengo por cierto que me lo embia Dios, no digo más que *paratum cor meum, Domine, paratum cor meum.*

En los sacrificios y orationes de V. R. y de mis charísimos Padres y hermanos me encomiendo.

De Lixbona, á los tres dias de Setiembre de 1554.

Por comision del P. Maestro Miron,

JOAO NUNEZ. †

---

[1] Sic in utroque apographo.
[2] De hujus verbi significatione vide quae in II tomo, pag. 584, annot. 2, dicta sunt.

CCCXXIII

P. Bernardus Oliverius
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 10 Septembris 1554 [1].

IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Admodum R.de in Christo Pater. Quando ita iubet T. R. P. vt rationem reddant filii sui quarto quoque mense de fructibus, quos bonitas Dei dignata est per eos operari, licet nobis hoc quadrimestri parum datum sit metere, cum et ipsum serere nobis fuerit inhibitum, vt tamen obedientiae faciamus satis, paucis perstringemus quae occurrunt.

In primis, nobis vtcumque reddita sanitate (propter quam recuperandam huc remissi fuimus [2]), coepimus praedicare in diuersis pagis et locis, quo concurrerunt non pauci etiam distantes sex vel septem milliaribus a loco vbi concionabamur. Hinc factum est vt plurimi in proximis festis Penthecostes, Sacramenti [3], et Assumptionis Diuae Mariae, communicauerint, praeter loci et incolarum morem, et multo plures confitebantur non audentes adhuc communicare, propterea quod erat nimis insolitum, et ab aliis haberentur risui. In iis quoque locis finem imposuimus (Domino cooperante) multorum rixis et discordiis,

---

[1] Autographae in duplici folio, nn. 263 et 264.
[2] Vide POLANCI *Chronicon*, t. III, pag. 215, n. 466.
[3] Seu *Corporis Christi*.

inter caeteros, duorum, qui multis annis vixerant sine confessione, discordes, pro quibus reconciliandis inter se multi magni nominis viri, etiam religiosi, maximam operam prius frustra adhibuerant. Complures etiam visi sunt aperte satis vitam suam corrigere cum non parua aedificatione aliorum: multi quoque, imo pene omnes, ex parentibus et sanguine mihi iunctis, inducti sunt et perseuerant in frequentando confessionem et communionem.

Tornaci ter vel quater praedicauimus in ecclesia parochiali Sancti Brictii [1], inter caeteras vel maxima, ad quas conciones tantus populi concursus fuit, vt vix ecclesia populum caperet, qui prae angustia cogebatur columnas et altaria conscendere. Vnde non parum fructus prouenisse subodorati sumus, nam multi post illas conciones ad nos accurrerunt petituri consilium pro emendatione vitae, idque persentiens daemon statim procurauit huiusmodi conciones a nobis fieri iterum prohiberi. R.dus enim episcopus Cameracensis [2], qui inhibitionem semel a se factam, ad instantiam R.mi Cardinalis Angliae [3] reuocarat, iterum, a nescio quibus persuasus, prohibuit ne deinceps aliquis nostrum concionaretur in sua dioecesi, quod non solum inique tulit dictus R.mus Cardinalis, verum totus fere populus eius parochiae, quorum capita et maiores nunc sollicitant vt nobis iterum permittatur concionari, per magnates et alios magni nominis, apud eumdem episcopum.

Dolebat daemon quosdam aperte satis eripi e suis laqueis. Quaedam peccatrix, mota (vt ait) huiusmodi concionibus, pristinam vitam exosam habens, ingressa est monasterium Conuersarum. Altera, confessione peccatorum suorum P. Quintino [4] peracta, illico eodem die et hora, non dico iuit, sed volauit potius ad idem monasterium: haec fassa est extra confessionem (tam pudebat suae vitae transactae) se intra viginti annos ne semel quidem communicasse. Alia, nupta quidem viro in hanc vsque horam superstiti, sed cui fidem minime seruauit, nam, non multo post legitimas nuptias, coepit displicere maritus proprius, et alius

---

1 Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 311, annot. 3.
2 Robertus de Croy.
3 Reginaldus Polus.
4 P. Quintino Charlart.

placere, qui vxorem quoque habebat superstitem, cum quo plus minus 24 annis illegitime et impudice conuersans, proles quoque nonnullas ex illo adulterinas suscepit, quas domi aluit apud proprium maritum, omnium istorum ignarum; haec quidem per spatium 20 annorum saepe confessa est, et communicauit, sed numquam integre, quia de adulterio semper tacuit, et (vt fit) in gravissimos errores postmodum inciderat, quae tamen nunc sedulo recurrit ad suum Patrem confessarium, consilium inquirens et modum, quo possit integre satisfacere, et de suis omnibus ad gloriam Dei disponere.

Omnes tres, occasione oblata, simul profecti sumus in patriam P. Anthonii [1] cum magna aedificatione multorum, quibus occurrimus in via, et quos offendimus in hospitiis et aliis locis, praesertim monasteriis virorum et mulierum, vbi saepe praedicauimus, inter caetera quoque in monasterio Tudiniensi, cuius curam aliquando habuit P. Vrsmarus [2]; et licet in initio ne intromittere quidem nos vellent, postmodum discedere non permittebamur, et ante discessum hortati sumus eas in communi, et in priuato perfecimus ea, ob quae a magnis viris eo missi fueramus.

Concionati quoque sumus variis in locis ibidem, ad quas conciones ubique tantus accurrebat populus, etiam operariis diebus, quantus solet vel in praecipuis solemnitatibus. Hanc patriam, non ita multo post reditum nostrum, gallorum exercitus magna ex parte caedibus, captivitate atque incendio vastauit, quo postea, collectis ex eleemosyna aureis non paucis, P. Anthonius se iterum contulit, vt verbo et subsidio pecuniario in vastitate illa, prae nimia tristitia, desolatione, et etiam fame ac penuria, deficientes solaretur et erigeret; quae res magnam quam plurimis attulit aedificationem. Pater quoque patris nostri Anthonii (cuius paulo ante generalem totius vitae confessionem audiueram) eo in tumultu a gallis captus fuit, et ita misere cruciatus, vt in itinere, antequam ad patriam rediret, extremum exhalarit spiritum (cuius animam patrum ac fratrum precibus in Domino commendamus).

Transeuntes quoque Patres Quintinus et Anthonius Leodium,

---

[1] Binchium (Binch), quae patria erat P. Antonio Pouclet.

[2] Ursmarus Goisson. Vide Polanci *Chron.*, t. iv, pag. 328, n. 655 et annot. 1.

dum ex Colonia reuerterentur Louanium, odorem bonum Societatis ibidem sparserunt, ex visitatione infirmorum decumbentium in hospitalibus et puerorum ac multorum studentium in scholis publicis, quos, vt cum litteris pietatem quoque coniungerent, hortati sunt latine atque etiam gallice, quod adeo placuit rectori collegii, vt vsque in hanc horam desideret et petat aliquos ex Societate, qui doceant modum, quo possit suos ad Dei gloriam pie ac sancte magis imbuere: hac fama quoque permoti duo ibidem canonici, alter Sti. Lamberti, alter Sti. Martini, offerunt Societati suas domos cum hortis contiguis, prout latius indicatum est R. P. V. a M.° Adriano [1]. Nos etiam inuisimus non sine fructu in hac ciuitate aliquot morti destinatos, inter quos bonitas Dei dignata est per P. Quintinum reuocare vnum ad sanam mentem, qui alioqui in suo lutheranismo obstinatus mori volebat.

Idem Pater pergit singulis diebus dominicis atque etiam festis (si aliunde non impediatur) in praedicando et explicando doctrinam christianam in quadam ecclesia, quae, quamquam sita sit in angulo et prope moenia ciuitatis, auditores tamen satis frequentes ibi visuntur, multorumque ibi confessiones audit, et complurium ciuium inter se dissidentium concordias procurauit et adhuc procurat, dum has scribo; plurimi quoque nos inuisunt petituri consilium, praecipue in rebus grauioribus et in desolationibus ac scrupulis et tristitiis: et quotidie veniunt plures, eo quod multi per Dei gratiam discedunt a nobis bene consolati. Hinc fit vt communiter bene audiamus ab omnibus. Sunt tamen qui in rebus nonnullis Societatem mordent et vituperant; coguntur tamen vel inuiti fateri multa bona a nobis fieri.

Haec sunt, Pater mi perquam honorande, quae nunc occurrunt scribenda. Scio longe plura potuisse ac debuisse a nobis fieri, si non obfuisset pigritia ac negligentia nostra, quam vt nobis parcat Dominus, humiliter petimus a V. R. P. et caeteris Patribus ac fratribus orari. Amen.

Tornaci, 4 Idus Septembris 1554.

R. P. V. inutilis seruuus in Christo,

BERNARDUS OLIUERIUS.

---

[1] Adriano Adriaenssens.

Superscriptio in 4.ª pagina: † Admodum R.do in X.º P. et Domino Magistro Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu. 1554. Quad. Tornac. 4 Id. Sept.

Et alia. 1554. Q. Tornaco 10 Septembris. et An. Q. V.

CCCXXIV

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 11 Septembris 1554 [1].

IHS

Gratia et charitas Dni. Nri. Jesu Chri. cum omnibus nobis.

Quamuis hoc quadrimestri parum scriptu dignum a nobis elaboratum sentiamus, Pater in Chro. multum Rev.de, rationis tamen instante tempore, vel teruncium cum pia illa vidua sanctae offerre obedientiae nunquam respuendum confidens, quicquid Dominus sua benignitate nobis hic existentibus tribuere dignatus fuerit, suo ordine seruato, summatim V. P. recensere conabimur.

Et primo quidem Rev.dorum Patrum, quos V. P. ad colendam dominicam vineam in has regiones misit [2], cogitatio offertur, quorum aduentus profecto plus gaudii nobis fuit in Dno. quam hisce exprimere valeam scriptis; nec nobis dumtaxat, sed aliis pluribus, patriae praecipue, in qua agunt, gratissimus fuit diuque expectatus. Opera et labores eorum, quoniam propriis ipsorum magis patebunt litteris, studio hic pertranseo. Pater Adria-

[1] Autographae duplici folio, primo sub n. 255, altero vero non numerato.

[2] PP. Bernardus Oliverius, Quintinus Charlart, Antonius Bouclet, et paulo post Adrianus de Witte seu Candidus.

nus Candidus, a quo hic appulit [1], quotidie fere roboris valetudini accessit augmentum, concionatus est bis terue Antuerpiae et Leodii non sine fructu.

In initio Augusti tres probe doctrina instructos iuuenes [2] ad V. P. misimus, qui simul colla sua dominico iugo in Societate nostra submittere desiderant. Alium quemdam sacerdotem, M. Iordanum in Hollandiam destinauimus, vbi magna instantia cuiusdam decani, nostrae Societati plurimum deuoti, ecclesiasten agit, a quo, confessionibus audiendis aliisque sacramentorum administrationibus et doctrinis, Societati exerceri consuetis, primordia Societatis radicanda speramus [3].

In hac autem ciuitate maior semper fit frequentia tum virorum tum mulierum, quos Dominus gratiae suae dulcore dominicis quibusque festiuisque diebus magno cum feruore et spiritus auiditate ad sanctissimam sui corporis et sanguinis communionem inuitare dignatur, quae tanta est in omnibus ecclesiis, vt plerique extranei et peregrini, hoc viso spectaculo, prorsus in stuporem quemdam admirationis rapiantur, dubitantes Louanione, aliis huius patriae comparato ciuitatibus, coenobii potius quam vrbis epitheton tribuendum. Ne vnus quidem dies transit, quo non audiendis occupamur confessionibus, non muliercularum et puerorum dumtaxat, quorum magnus est numerus, sed et sacerdotum, nec infimae conditionis virorum. Viginti, 25, aut eo amplius, in simplici persaepe festiuitate apud patrem nostrum [4] frequentare hoc sacramentum videre est. Complures vero eo deuotionis charitatisque in Dominici corporis communionem ardescunt feruore, quod etiam singulis diebus, nisi subtraheretur huiusmodi frequentia, Deo vniri cuperent.

Quaedam, a quindecim aut sexdecim annis non confessa, frequenter conscientiae remorsu atque diuina tacta benignitate, confiteri proposuit; sed peccatorum foetore deterrita, diabolicisque illaqueata persuasionibus, quousque a Domino graui tacta infirmitate, bonum semper infectum reliquit propositum;

---

[1] 1.ª Junii hujus anni 1554. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 296, n. 633.

[2] Horum nomina nec POLANCUS quidem aperit, dum has litteras ad verbum fere in suum *Chronicon* transcribit.

[3] Verba haec *primordia Societatis radicanda speramus* ita mutavit POLANCUS: *Societatis nostrae tyrocinium ponebat*. T. IV, pag. 292, n. 624.—Verum his, ni multum fallimur, non verba tantum, sed sensum etiam mutasse videtur.

[4] Adrianum Adriaenssens, Lovaniensi domui praepositum.

tum vero nos vocari iussit ac pleno intellectu multisque lacrymis confessa, necnon sacrosanctae Eucharistiae viatico munita, ex his miseriis migrauit ad Dominum.

In concionibus consueto (alias saepius seruato) modo progreditur. Post concionem, in die Natiuitatis Beatae Mariae Virginis habitam, quaedam virgo, pomposa et saecularis iuxta huius saeculi prauitatem et superbiam, totam suam componens vitam, compuncta prorsus ad me venit, omnia sua offerens ornamenta, quibus hactenus mundo eiusque pompis placere studuit, asserens se amplius nolle diabolo sub istis figmentis, sed Deo in omni humilitate ad mortem vsque velle militare. Alii quoque nonnulli vtriusque sexus ex adulteriis, fornicationibus, odiis, iniustitia aliisque multiplicibus peccatorum generibus, concionum confessionumque mediis quotidie ad saniora reuocantur.

Huc quoque spectat silentio minime praetereundum, Rev.mum Episcopum Leodiensem [1], ad instantiam D. Pictauii, Cancellarii Leodiensis, nobis litteras suo sigillo munitas dedisse, quibus approbat, et ad uniuersalem per totam suam dioecesim publicationem, nos et omnia nostra admittit priuilegia. Idem Dominus Cancellarius, iam electus Episcopus Morinensis [2], primo quoque tempore vbi confirmatus fuerit, Patres ac Fratres Societatis ad eam vocandos dixit, quos tantis intendit dotare honoribus et beneficiis, vt ab ipso solo totius huius Inferioris Germaniae Episcopi exemplum ad eadem facienda sumere poterunt.

Superioribus diebus Patres nostri a Cancellario [3] et D. Hezio [4] Leodium vocati, gratia praefatae confirmationis suscipiendae, plures illis obtulerunt domos cum hortis eisdem adiunctis pro collegio ibidem extruendo. Patres vero in congruum tempus eorum vota disponenda seposuerunt, respondentes ad collegium extruendum aedes et hortos non sufficere, sed etiam redditus aliaque ad hoc requiri necessaria; nec dubitamus illos pium conceptum vsque ad consummationem promoturos, quorum conatus Dominus ad gloriam et honorem suum perficere dignetur, nosque fortes et alacres ad colendam suam vineam

---

1 Georgius ab Austria.

2 Gulielmus de Pictavia, de quo vide supra, t. II, pag. 262, annot. 4; et pag. 268, annot. 1.

3 Gulielmo, de quo sermo est in praecedenti annotatione.

4 Theodorico Hezio.

seruare, pro quibus V. P. ad eumdem preces et sacrificia semper imploramus.

Louanii, 3.° Idus Septembris 1554.

V. P. indignus seruus,

ARNOLDUS HEZIUS.

Alia manu in quarta pagina: 1554. Lovanio, 11 Septembris. Quad.

CCCXXV

Annibal a Coudreto
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 13 Septembris 1554 [1].

†

Molto R.do in Christo P.

La gratia et pace di X.° Signore nostro sempre sia ne cuori nostri. Amen.

Quello che qua s' ha fatto questi 4 mesi è poco, massime comparato colle cose che dall' altre bande udiamo. Sono doi delli sacerdoti di casa, ch' oltra delle prediche ordinarie della chiesa nostra, predicano ogni settimana. Predicano, etiamdio altri delli Padri, ma non è cossì ordinario. Vno poi ua a Santo Philippo [2] ogni domenica secundo il solito. Hano gli Messenesi grand' abundanza della parolla del Signor; imperoch' in tre

---

[1] Autographae, totae manu Patris Annibalis de Coudreto, in folio duplici, in quorum primo tantum est n. 165.

[2] In ecclesiam Abbatiae Sancti Philippi Grandis, ad quam jam praecedentibus annis mitti consuevit concionaturus P. Joannes Philippus Casinus. Vide POLANCI *Chronicon*, t. II, pag. 541, nn. 305-307.

luoghi si leggono l' Epistole di Paulo, et in più luoghi si predica: altri etiam leggono diuerse cose.

Il populo anchora fa frutto, et specialmente il giorno dell' Assuntione della Madonna si communicorono, come è stato detto, in questa terra doi mille persone. Il Vicerè [1] se communicò et se confessò col R. P. Mtro. Antonio Vinck, per non esser in questa terra il R. P. Prouinciale [2]. Il Sr. Hernando di Vega, suo [3] fratello, uene al collegio quello giorno a confessars' et communicar'.

Molti delli deuoti di questa chiesa uanno molto inanzi nella buona uia, et non si contentano di fugir' li peccati mortali, ma sapendo che per qualche cosa potrano più piacer' al Sr., quella la fano a dispetto del mundo et della carne: et accadendoli qualche cosa aduersa o infermità, con grande liberalità d' animo et allegrezza s' offeriscono al Signor et molte gentile donne hanno lasciato il costume, che qua haueuano, di gridar' et scapilarse nella morte delli soi parenti; et sono pochi giorni ch' una donna di buona conditione, intendendo il sabbato la morte di suo marito in una terra di questo regno, doue per soi negocii esso era andato, subito pigliò l' habito di S.[to] Francesco, et la domenica matina senza rispetto alcuno delle superstitioni del mundo, sene uene a sentir' la predica et communicar' nella chiesa nostra: et a quelle ch' in casa sua andauano per consolar' la, dicea con grand' animo che non accadea pianger' ni doler' se, anzi più presto render' gratie al Signor. Il marito era anchora diuoto della chiesa nostra, et lasciò molto buon odor', in quella terra doue morse, della uertù sua, sì pelle molt' eleemosyne che fece, facendo chiamar' tutti li poueri di quel luogho, et distribuendoli tutti quelli dinari che portaua, quali erano assai buona summa, sì etiam pella buona edificatione che diede di patienza, carità et buon raggionar'. Si che tutta quella terra se ne commosse a deuotione; et per gratia del Signore non solo li buoni uanno inanzi nel bene, ma molti peccatori si sono conuertiti alla uia d' Iddio.

Vno dottor', quale per il passato era stato molto aduerso al

---

[1] Joannes de Vega, saepius memoratus.

[2] P. Hieronymus Domenech, Siciliae Provincialis, qui a confessionibus erat Proregi.

[3] Proregis.

nostro modo di proceder', hora è tanto mutato, che non li basta alla sua deuotione communicar' una uolta la settimana. Et ben ch' è maritato, pur' spera che la moglie si farà monacha, et esso intrarà nella Compagnia.

Vno giouane di 19 anni, figluolo d' una cognata del Cardinal di Messina, hauendo pigliati gl' essercitii da uno delli Padri nostri, s' ha determinato pella Compagnia, et potrà esser' che fra poco tempo uada a Roma [1].

Tre uergini sono intrate in monasterii, altre hano promessa uerginità al Signor, benchè non sono intrate in religione. Vna giouane, che fù robata al monasterio de 16 anni et poi ha uiuuto doi anni in peccato, ha fatta confessione generale, et promesso che ritornarà nel monasterio, et come crediamo con quest' animo s' ha partito di Messina. Ad un' huomo et alla moglie sua haueua persuaso il demonio ch' acciò non fossino afflitti di aduersitade, non pigliasseno mai li S.ti Sacramenti, et cosi stetero 5 ò 6 anni senza; et essendo poi confessati con uno delli nostri, se ne sono endati molto consolati et conformati contra gl' inganni del diauolo. Altri, dati a peccati brutissimi, et fra loro alcuni publici, si sono couertiti, et hanno dato buonissimi segni di penitentia. Molti anchora, che da molto tempo, et uno che da 10 anni, non erano confessati, sono uenuti a questo Sacramento: hano alcuni perdonate l' ingiurie, altri lasciate le moglie d' altri che loro teneuano: et molti dicono che solo quando sono in S.to Nicolò [2] sentono un poco di refrigerio, et consolatione nel Signor, nell' altro tempo sempre sono tribulati.

Fuori del collegio s' hano udite confessioni molte si nell' hospitale, si nelle case priuate; et per casi di conscientia uengono molti a domandar' conseglio, et in questo modo hano si fatte molte restitutioni.

Il R. P. Prouinciale fù mandato dal Vicerè al fin de Giulio in Calatabelotta alla S.ra Duchezza di Biuona [3] figlia di detto Signore per uisitarla, et non è anchora ritornato. Pensiamo che la causa della tardanza sia ch' in Syracusa et Catanea si tratta di

[1] Cardinalis et Archiepiscopus Messanensis erat hoc tempore Joannes Andreas de Mercurio: quis autem ejus hic cognatus fuerit, qui Societati se addixit, affirmare certe non valemus.

[2] Erat id Societatis templum Messanae.

[3] Elisabeth de Vega.

far' collegii: però sarà stato necessario che S. R. iui habbi alquanto dimorato: pur' di giorno in giorno s' espetta.

Altro per il presente non m' occorre. V. R. P. pell' amor' d' Iddio prieghi la diuina magestà che se degni far'ci serui soi più diligenti che fin qua non siamo stati a gloria et honore suo.

Di Messina, 13 di Settembre 1554.

D. V. R. P. Seruo inutile in Christo Jesu,

ANNIBALE CODRETO.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do in C.to Padre il P. Maestro Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia di Giesu, in Roma.

Alia manu. Messina. 54.—13 di 7.bre

Praecedentium Patris Annibalis a Coudreto litterarum latina versio [1]. Exemplum primum autographum.

✝
IHS

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu nostro. Amen.

Profectus spiritualis, Pater optime in Christo Jesu, quatuor his mensibus hac in urbe quaesitus, etsi non est omnino nullus, tamen non tantus est, ut magnum aliquid proferre possit, et cum iis, quae aliis in locis audimus fieri, aliqua ex parte conferendum.

In consuetis uersamur; nouum nihil aggressi sumus. Praeter domesticas conciones (quae magna quidem frequentia habentur), duo ex Patribus singulis hebdomadibus in monasteriis concionantur. Idem et alii ex nostris faciunt, sed non statuto tem-

[1] Duo sunt hujus versionis autographa exempla, manu Patris Annibalis exarata; unum in folio duplici, n. 163; alterum in folio item duplici, n. 164.—Ea in paucis, non magni certe momenti, ab italo archetypo differunt et inter se; sed quoniam autographa sunt, ejusdemque proinde auctoritatis, unum post alterum hic edendum visum est.

pore aut loco. Lectio Pauli, aliquandiu intermissa, proximo mense resumpta est, quamquam non ab eodem, a quo ante legebatur, Patre. Nec habent quod de uerbi Dei penuria Messani querantur. Tres Pauli epistolas interpretantur, plures concionantur, alii etiam alia legunt. Nec inutiliter omnino; praeter enim eos, qui apud nos confitentur, qui sane multi sunt, aliis quoque in templis permulti audiuntur; et in Assumptionis festo Beatae Virginis praedicatum est in hac urbe non minus quam bis mille homines ad sacrum Eucharistiae sacramentum accessisse. Idem fecit et Prorex, qui R. P. Antonio Vinch, quod Reverendus P. Praepositus abesset, est confessus. Ferdinandus quoque, eius frater, confitendi communicandique causa ea die se ad collegium nostrum contulit. Neque uero parua in plerisque eorum, qui apud nos communicant, cernitur deuotio; hanc enim et lachrymae et habitus, et imprimis mutati mores, ostendunt. Nam sunt quibus a peccatis (de mortalibus loquor) discessisse non est satis: ad assequendum perfectionis apicem non segnius quam qui in monasteriis perfecte uiuunt, aspirant, ut qua re se Deo cariores fore putent, eam agant, uelit nolit mundus et caro. Hoc, quia non de uno aut altero uerum est, sigillatim non tento dicere. Illud habeto, R. P., in uniuersum non paucos esse, et eos conditionis non infimae, quibus, si quid aduersi acciderit, si aegrotos esse contigerit, maiori se animi liberalitate et hilaritate Deo offerunt, quam scribi possit. Quo minus fortasse illud reputabitur, quod tamen est Messanae magnum, nobiles matronas iam didicisse suorum mortem moderate ferre, eaque facere desiisse, quae urbis huius more, ut tritissimo ita et turpissimo, antea solebant, si quis eorum e uiuis decessisset. Et quamquam propero, rogo tamen ut unius mulierculae audias constantiam. Erat haec in urbe non ignota; accepta autem sub uesperum cuiusdam sabbati coniugis morte, quem in Christo diligebat (erat enim et ipse uir pius, ac tum negotiationis gratia peregre profectus), repente D. Francisci habitum induit, ac, mundi superstitionibus nihil morata, ea dominica, quae proxime sequuta est, ad templum nostrum accessit, auditaque concione, caeterisque pro more suo factis, domum rediit; quo cum irent quasi consolationis aliquid allaturae aliae mulieres, nihil fletu et lachrymis opus esse, magis autem Deo gratias agendas, uultu quidem moderato, animo uero etiam in Domino

exultante, dicebat. Coniux uero eius, ubi eum morbus inuasit, ibi suae uirtutis non exiguam reliquit memoriam; distributis enim, quos secum gerebat, nummis (gerebat autem non ualde paucos), iis pauperibus, quos ad se uocari iusserat, et decumbens et moriens, in admirationem pariter suae probitatis et deuotionem uniuersum illud oppidum commouit. Deus autem, qua commiseratione hos istos conseruat et promouet, eadem et alios plerosque ad uiam iustitiae reuocat.

Doctor quidam iurisperitus, nobis ante aduersus, eousque mutatus est, ut non illi satis sit octauo quoque die communicare; et, licet uxori sit obstrictus, sperat tamen fore ut illa monasterium aliquod, ipse Societatem nostram, ingrediatur.

Adolescens quidam, annos natus 19, Cardinalis Messanensis ex cognata nepos, acceptis ab uno Patrum nostrorum exercitiis, huic se Societati dicauit, fierique poterit ut non multo post Romam se conferat.

Tres uirgines monasterium ingredi statuerunt; plures, tametsi nolint idem facere, suam tamen uirginitatem Deo consecrarunt. Quaedam rapta e monasterio, cum esset 16 annorum, ac postea in fornicationem duos annos uersata, facta generali confessione, promisit se ad monasterium redire uelle, eoque animo, ut credimus, ex hac urbe discessit. Viro cuidam et eius uxori daemon persuaserat ut, metu calamitatum, sacramentorum usum prorsus negligerent, caruerantque iis iam 5 aut 6 annos; sed poenitentia ducti, accepta absolutione, et firmiores et alacriores ad suos redierunt. Rediere quoque ad se et ad Deum suum turpissimis uoluptatibus, id quod patens omnibus erat, dediti; necnon etiam, qui a multis annis confessi non erant, atque inter hos unus fuit, qui se decem annorum spatio hoc sacramento priuauerat. Remiserunt alii odia, alii, quas habebant, alienas uxores amandarunt. Sed haec quis possit sigillatim persequi? vna uox est, multorum tamen, sibi uideri quietis aliquid et laetitiae spiritualis sentire cum sunt in templo D. Nicolai, caetera misera perturbataque uideri. Sunt etiam extra Collegium multae confessiones auditae, tum in hospitalibus, tum in priuatis domibus.

Nec raro consilii petendi causa huc conuenitur, perque hunc modum multa, quae inique retinebantur, sunt restituta. R.dus P. Prouincialis, missus ad finem Julii a Prorege ut eius filiam

inuiseret, nondum rediit. Expectatur tamen in dies, et morae causam credimus esse quod Syracusis et Catanae, ob collegia, quae ibi extruenda sunt, aliquandiu illum detineri necesse est.

Plura his, quae scribam, non occurrunt, colendissime in Christo Pater; et quoniam paucissima sunt, rogamus R. P. T. ut apud Deum, qui potens est facere ut in omne opus bonum abundemus eius gratia, pro nobis intercedere dignetur, quo utiliores posthac serui esse possimus. Amen.

Messanae, 13 Septemb. 1554.

R. P. T. inutilis seruus in X.º Jesu,

ANNIBAL A CODRETO.

In quarta pagina haec tantum leguntur. † Mess.ª Settembre 1554.

Exemplum alterum item autographum.

†
IHS

Gratia Domini Jesu X.ⁱ sit cum spiritu nostro. Amen.

Profectus spiritualis, Pater optime in Christo Jesu, quatuor his mensibus hac in urbe quaesitus, etsi non est omnino nullus, tamen non tantus est, ut magnum aliquid proferre possit, et cum iis, quae fieri aliis in locis audimus, conferendum. Praeter domesticas conciones (quae magna quidem frequentia habentur), duo ex Patribus singulis hebdomadibus in monasteriis concionantur. Idem et alii ex nostris faciunt sacerdotes, sed non statuto tempore aut loco. Lectio Pauli, aliquandiu intermissa, proximo mense resumpta est, quamquam non ab eodem, a quo ante legebatur, Patre. Nec habent quod de uerbi Dei penuria Messani querantur; tres enim Pauli epistolas interpretantur, plures concionantur, alii etiam alia legunt. Neque id omnino inutiliter. Praeter enim eos, qui apud nos confitentur, qui sane multi sunt, aliis quoque in templis permulti audiuntur, et in

Assumptionis B. Virginis festo praedicatum est in hac urbe non minus quam bis mille homines Eucharistiae sacramentum sumpsisse. Sumpsit et Prorex ea die, qui etiam R.do P. Antonio Vink, propterea quod R. P. Praepositus aberat, confessus est. Ferdinandus quoque, eius frater, confitendi communicandique causa ad collegium nostrum eadem se die contulit. Neque uero parua in plerisque eorum, qui nostris confitentur, deuotio cernitur. Hanc enim et lachrymae, et habitus, et imprimis mutati mores, ostendunt. Nam sunt quibus a peccatis (de mortalibus loquor) discessisse non est satis; ad assequendum perfectionis apicem, non segnius quam qui in monasteriis perfecte uiuunt, aspirant, ut qua re se Deo cariores fore intelligant, eam perficiant, uelit nolit mundus aut caro. Hoc, quia non de uno aut altero uerum est, non tento sigillatim dicere. Illud habeto R. P. in uniuersum non paucos esse, et eos conditionis non infimae, quibus, si quid aduersi acciderit, si aegrotos esse contigerit, maiori se animi liberalitate et hilaritate Deo offerant quam dicere possim. Quo minus fortasse illud uidebitur, quod tamen est Messanae magnum, nobiles matronas iam didicisse suorum mortem moderate ferre, eaque facere desiisse, quae urbis huius more, ut tritissimo, ita et turpissimo, antea solebant, cum quis eorum decessisset. Et quamquam properamus, audi tamen, si placet, unius mulierculae constantiam. Erat haec in urbe non ignota, quae, accepta sub uesperum cuiusdam sabbati uiri sui morte, quem in Christo diligebat (erat enim et ipse pius, tum temporis autem profectus peregre fuerat), repente D. Francisci habitum induit, ac mundi superstitionibus nihil morata, ea dominica, quae illud sabbatum proxime sequuta est, uenit in templum nostrum, quod etiam longissime ab eius domo abest, auditaque concione, ac reliquis pro more suo peractis, domum rediit; quo cum irent, quasi consolationis aliquid allaturae, aliae mulieres, nihil fletu et lachrymis opus esse, magis autem Deo gratias agendas, uultu quidem modesto, animo uero etiam in Domino exultante, dicebat. Coniux uero eius, ubi eum morbus inuasit, ibi uirtutis, quam ex frequenti sacramentorum usu in animam suam collegerat et condiderat, non exiguam reliquit memoriam. Distributis enim, quos secum gerebat, nummis (gerebat autem non ualde paucos), eius loci pauperibus, quos ad se uocari iusserat, et decumbens et moriens, in admi-

rationem pariter et deuotionem omne illud oppidum commouit. Deus autem qua commiseratione istos conseruat et promouet, eadem et alios plerosque ad uiam iustitiae reuocat. Doctor quidam, nobis ante aduersus, eousque mutatus est, ut non illi satis sit octauo quoque die communicare; et licet sit uxori obstrictus, sperat tamen fore, ut illa monasterium aliquod, ipse Societatem nostram, ingrediatur.

Adolescens quidam, annos natus 19, Cardinalis Messanensis ex cognata nepos, acceptis ab uno patrum nostrorum exercitiis, huic se Societati dicauit, fierique poterit ut paulo post Romam se conferat. Tres uirgines monasterium ingredi statuerunt: plures, etsi nolint idem facere, suam tamen uirginitatem Deo consecrarunt. Rapta quaedam e monasterio, cum esset annorum 16, quaeque postea in fornicatione, seu incestu potius, duos annos egerat, generali facta confessione, promisit se ad monasterium redire uelle, eoque animo, ut credimus, ex hac urbe discessit.

Viro cuidam et eius uxori persuaserat daemon, ut metu calamitatum sacramentorum usum prorsus negligerent, iamque annos 5 aut 6 iis caruerant; hi, postquam sunt confessi, firmiores ac hilariores ad suos redierunt. Rediere quoque ad se et ad Deum suum turpissimis uoluptatibus, id quod patens erat omnibus, dediti. Necnon etiam qui a multis annis confessi non erant, atque inter hos unus qui a decem annis. Remiserunt alii odia, alii, quas habebant, uxores alienas amandarunt; sed haec quis possit sigillatim persequi? Vna uox est multorum, tum sibi uideri quietis aliquid et laetitiae spiritualis sentire, cum sunt in templo Diui Nicolai; caeterum mundi omnia misera perturbataque esse. Sunt extra collegium multae confessiones auditae, tum in hospitalibus, tum in priuatis domibus. Nec raro petendi causa consilii huc concurritur, perque hunc modum multa, quae inique retinebantur, sunt restituta.

Reuerendus Pater Prouincialis, missus ad Julii finem a Prorege ut eius filiam inuiseret, nondum rediit: expectatur tamen in dies, et morae causam esse credimus, quod Syracusis et Catanae ob collegia, quae ibi extruenda putantur, aliquandiu detineri necesse est.

Plura, quae scribam, colendissime in X.° Pater, non occurrunt; et quoniam haec sunt paucissima, rogamus R. P. T. ut apud Deum, qui potens est facere ut eius gratia in omne opus

bonum abundemus, pro nobis digneris intercedere, quo posthac utiliores serui esse possimus.

Messanae, 13 Septembris 1554.

R. P. T.

Inutilis in X.° Jesu seruus,

Annibal a Codreto.

Superscriptio in quarta pagina: † R.do in Chro. Patri Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Roma.

Alia manu. 1554. Messana. Quadrimestre del Settembre.

Vestigium cerae rubrae sigilli.

CCCXXVI

Theodorus Peltanus
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 15 Septembris 1554 [1].

†

Quadrimestris exacti successum, R.de in X.° Pater, ea, qua iussum est, breuitate perstringimus.

Res literaria, ut inde narrandi initium sumatur, foeliciori quam unquam cursu procedit. Lectiones, ob nimios aestus intermissas ad calendas Octobris, resumpsimus, quibus tres orationes cum aliquot uersibus, in literarum commendationem compositis, praemisimus.

Confitentium ac communicantium concursus mensibus his

[1] Autographae in duplici folio, nn. 147 et 148. In iis fere omnia, quae in litteris, 1.a die Januarii et 6.a Maji datis, sunt dicta, repetuntur. Sed cum quaedam alia etiam sint, quae in litteris, quas novimus, non reperiuntur, hoc exemplar, abs dubio ex illis aliisque forte litteris conflatum, integrum in lucem edere opportunum duximus.

proxime elapsis solito maior fuit. Tantus enim poenitentium coepit esse concursus, ut piis multorum uotis satisfacere pluries iam frustra tentauerimus; nam praeter duo certis diebus confitentium ac communicantium sodalitia (de quibus infra mentionem faciemus), accedunt alii tam frequentes, ut ne omnes quidem nostrae domus sacerdotes his solis satisfecerint. Taceo iam confessiones generales, quae tamen creberrimae sunt; praetereo item et eas, quae nullo fere non die foris audiuntur. Eucharistiae sacramenta alii festis, alii alternis, alii denique singulis diebus frequentant. P. Franciscus [1] pluribus utriusque sexus exercitia spiritualia tradidit, quibus tantum promotum est, ut septem familiae perpetuam Deo castitatem uouerint. Idem doctrinam christianam declarat, ad quam tot undique confluunt, ut in dubium uentum sit de loci commoditate. P. Nicolaus [2] diebus festis in sacello nostro concionatur.

Duo bonae spei iuuenes Societati sese nuper dederunt. Hi ex consilio Patrum in Siciliam profecti sunt.

R. P. Andreas [3], huius Collegii Rector, casus conscientiae non sine magno multorum emolumento explicat.

Adiunxit se praeterea nobis alius quidam literis humanioribus, praeter iurisprudentiam, probe instructus, ac spiritu perinde. Ditati sumus et nouello sacerdote, cuius primitias R. P. Salmeron [4], docto sane iuxta ac utili sermone, sexto idus septembres decorauit [5]: initiandi sunt et alii. Praeter hos alii tres Societati nomen dederunt; quartus alteri religioni se addixit. Alii plures idem summis uotis affectant. Faxit Deus pari felicitate consequantur.

Studio Patrum nostrorum duae se societates in hac urbe conglobarunt, altera uirorum, altera mulierum. Virorum consilium sic habet: quinto decimo quoque die sacratissimo Christi corpore se praemunire; fidei nostrae dogmata rudiores, et maxime pueros aut doctoribus destitutos, perdocere; odia et inimicitias, quibus ciuitas haec grauissime flagrat, ut quotidianae caedes satis declarant, componere; ad sacramentorum fre-

---

[1] P. Joannes Franciscus Araldus.
[2] P. Nicolaus Paradensis.
[3] P. Andreas de Oviedo. Quae de eo hic dicuntur, anni hujus initium spectant.
[4] P. Alphonsus Salmeron.
[5] Sermo hic videtur esse de Nicolao Petrella de Itro. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 190, n. 391.

quentationem quoscumque incitare; in nosocomiis decumbentes re ac uerbo, prout cuique commodum erit, adiuuare; denique nusquam non exemplo et sermone rempublicam christianam promouere. Et quo commodius id assequantur, decreuerunt neminem, cuius uitam prius probe perspectam non habeant, in contubernalem admittere. Foeminarum consilium paulo aliter habet. Nam hae ad singulas calendas dominicam accedunt mensam; ad haec doctrinam christianam domesticis tantum tradunt; fuci, gipsi et id genus formae medicaminum usum, quibus sexus ille hic uultus turpissime inficere solet, ipsaemet sibi interdixerunt, nec fucatam ullam, quantumuis acriter instantem, in sociam assumunt. Spiritu uiros aequant, numero superant. Vt uiri ita foeminae quamdam praefecerunt, cui caeterae omnes morem gerunt. Tam hae quam illi nullam adciscunt, nisi de totius uitae statu confessam. His nullum hucusque nomen inditum est. Illi fratres uenerationis sacrosanctae communionis appellantur [3]. Fautorem inter alios habent episcopum [4], qui et benedictione sua utriusque congregationis institutum sanxit, placuitque tam ipsi quam illis uti omnes, statuto ad hoc die, domi nostrae Eucharistiae sacra sumant; quod et hactenus, non sine magno eorum emolumento et praesentium aedificatione, factum est.

In operibus misericordiae adeo plerique feruidi sunt, ut desiderari uel a sanctis nihil queat ultra. Ex his quidam carthusianorum, alii Diui Benedicti, quidam etiam S. Francisci institutum, secuti sunt: nec desunt qui et nostrum ardentissimis uotis assectari cupiunt. Benedictus mitissimus Jesus, qui inter caetera, quae in dies seruis suis suggerit, et hoc consilium instillauit.

R.dus P. Salmeron lectionem, quam statim in initio sui aduentus enarrandam sumpserat, plausu maximo uberrimoque fructu prosequitur. Incredibile dictu quanto idem ipse audientium stupore, bis iam coram Prorege, fautore huius loci syncerissimo, concionatus sit. Hac quadragesima, cum foris tum domi, conciones habitae sunt quamplurimae, et etiam nunc habentur. R.dus P. Salmeron auditorium habuit quale nullus unquam

---

[3] De hac congregatione vide quae diximus in t. II, pag 668, annot. 7.
[4] Scipio Rebiba, de quo vide t II, pag. 669, annot. 1.

in hac urbe, et id quidem continuum, et a primo quadragesimae die primariarum foeminarum tantum concursum, ut hae solae centum quinquaginta et eo amplius iustae capacitatis scamnis, capacissimum alioqui et in ciuitatis umbilico situm templum onerarint. Item optimates non paucioribus [1]. Nam in hac potissimum Republica in omni concione et lectione numerus uirorum mulierum in triplum, aliquoties etiam in decuplum excedit: imo, quod dolendum est, rara hic conspicitur, quae lectiones frequentet, foemina. Porro vulgus ad audiendum tam frequens confluxit, ut aliquoties stare commode, non dico sedere, uix potuerint, adeo ut dicere pudeat quam paucos auditores alii concionatores retinuerint. Jam quid tanto auditorio dignum Pater praestiterit, quantoque cum fructu ipsum Patrem frequentauerit, paucis, mi Pater, accipe. Nobilium bona pars quadragesimam, cui ad illa usque tempora infestissima fuerat, extensiorem optabat, haud sane alio animo quam quo diutius tantum praeconem audire liceret, eademque tum primum quid hae sibi dies uellent agnoscere coepit. Siquidem ante ea tempora non paucos reperire erat, qui, siue carnis fouendae gratia, siue quod alicubi per imprudentiam haereseos succum degustassent, in quadragesima promiscue, haud secus atque aliis temporibus, carnibus uesci consueuerant. De ieiuniis taceo, cum et alios, praecepto Ecclesiae obtemperantes, per insolentiam incesserent; uerum hac illi quadragesima, ut diuersi et Patri et nobis retulerunt, non solum ab esu carnium, sed et a lacticiniis abstinuerunt. Variae haereses, quae multorum ciuium animos inuaserant, aduentu Patris utcumque repressae, ex plurimorum etiam animis funditus extirpatae. Haec tanta cum diuino subsidio adiutus praestiterit, inuidorum dens, qui tamen in tali re uires suas exerere solet, nusquam se prodidit: imo ii ipsi, qui hoc nomine nonnihil suspecti erant, suppliciter se demittentes, e concionibus notatu digniora excipere frustra postularunt.

Iam, quid pro tam insigni beneficio beneficii auctor retulerit, ut caetera, patienter suscipe. In primis singuli, quorum authoritas in hac republica plurimum ualet, sese Patri obtulerunt, ad omnia paratissimos; quoque animum suum in Patrem et collegium melius declararent, quidam eorum, ad hoc munus a

[1] Scamnis templum onerarunt.

R.mo Cardinale interrege [1] designati, magnam summam pecuniariam elemosynarum pro extruenda collegii domo collegerunt. Huic, quo commodius aedificemus, quatuor mille supra quingentos ducatorum, liberalitate Imperatoris (a quo et alios sexcentos annui redditus obtinuimus), accesserunt. Collegii fundamenta iam demum, utcumque iacta, ad fastigium anhelant; quandoquidem summo R.mi Cardinalis in nos studio ciuitas haec, ex aerario publico bis mille coronatorum elargita, alia quatuor donare obnixe contendit: quoque facilius id fiat, consilio communicato Imperatori, literas misit, quibus pleno ore laudes nostras depraedicans, postulat eam, de qua dictum est, largitionem facere sibi licere. Sena haec millia aedificio collegii destinantur, cuius fundamenta, iam demum utcumque iacta, ad fastigium anhelant. Sed quia, aedibus comparatis, si caetera necessaria desint, nihil, aut certe modicum quid eorum, quae haec sibi de nobis pollicetur ac passim experitur, confici posse aduertit, per easdem poscit sexcentos aureos annui census assignare posse. Hic popularis in nos fauor. Quod si priuatorum studium, pollicitationes, recensere paremus, epistola in librum excresceret. Dici profecto non potest quam paterno affectu uniuersa ciuitas, et praecipue uicini nostri, erga nos affecti sint. Concionatum est non sine fructu ad calendas usque Augusti; quin et circa idem tempus a caeteris omnibus literarum exercitamentis, tum ob aestus pene intolerandos, tum ob ingruentem aedium mutationem, supersessum fuit.

Sed quoniam hic opportune in mutatarum sedium mentionem incidimus, non omnino abs re fuerit et de his paucula subiicere. Pridie igitur Assumptionis Virginis Matris, in nostram domum, conductitia relicta, commigrauimus. De qua id unum dico, opportuniorem instituto nostro dari, imo ne optari quidem, potuisse: in ipso enim ciuitatis umbilico sita est. Templum habet non omnino immensum, nostris tamen usibus non importunum. Praeterea spatium quoddam uastum, muro crassissimo eodemque marmoreo cinctum, templi aedificio non multo post, permittente Deo, destinandum. Fratres omnes tum corpore tum animo incolumes sunt, et pro se quisque spartam, quam nactus est, sedulo adornat. Magna et quotidiana spiritus

[1] Petro Pacheco, Neapolitano Prorege.

incrementa, si modo de externis interiorum coniecturam facere licet, sumunt. Reliquum est R. P. V. submississime deprecemur, ut isthaec, qualiacumque sunt, aequi bonique faciat.

Fratres omnes sese imprimis R.dae P. V., ac deinde aliorum omnium, qui audituri aut lecturi sunt, orationibus quam possunt maxime commendant.

Ex Neapoli, 17 calend. Octob. 1554.

Minimus omnium tuorum,

THEODORUS PELTANUS.

Alia manu in quarta pagina: 1554. Quad. Neap. Sept.

CCCXXVII

Josephus de Acosta
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 30 Septembris 1554 [1].

†
IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Christi Jesu foueat semper animos nostros, spiritum suum in nobis augens. Amen.

Cum P. Commissarium [2] conuenturus Vallisoletum proficisceretur, deque reditu anceps P. Rector, Petrus Seuillano, hanc nobis, quadrimestre pensum, ex more conscribendam mandauit. Et primo quidem de domesticis, praeter sacerdotes quatuor,

---

[1] Autographae in duplici folio, primo sub n 323, altero vero non numerato.

[2] P. Franciscus de Borja, qui, Patre Hieronymo Natali jam hoc tempore in Italiam profecto, Hispaniae Commissarius erat, et Vallisoleti nunc in curia Principis Joannae morabatur.

laicosque septem, iam tibi, Pater obseruande, alium esse nullum (vt opinor) liquet: atque ex iis duo vt minimum (sic enim accepimus) alio statuti adimentur, alter scilicet sacerdos ille, humanas qui literas priuatim hic professus est [1], alter vero laicus quidam. Omnes sane mirum in modum, cum literis tum spiritu, cum sui satis abnegatione in dies cernas, diuina adiutos ope, ditescere: ad haec, ratio non exigua (nam id ego plurimi faciendum duco) regularum constitutionumque omni studio habetur.

Quod aedificii erecti, praeter opinionem, res properarit nimium, non est quod charta referamus: breui tamen id habeto, imbres interclusos, parietes confectos, ac demum incoeptam eius partem finitam propediem, auspice Christo, intueri licebit; tantum est instare in re. Pridie autem calendas Septembreis ad domunculas, aedificio nostro vicinas, inibi, donec ipsa collegii extructio peragatur, futuri migrauimus.

Nam de animarum in Christo prouentu omnino dicendum occurrit nihil insigne: a longo iam tempore (hei mihi!) priuatis concionibus, quas domi (vt aliis literis ad te delatum est) haberi vesperi, moris pridem erat, destitutum est: praeterea, ipsa necessitate impellente, ne conciones quidem, qui faciat publice, vel vllus adest: illud tamen, pro sacerdotum numero, frequentes confessiones et communiones virorum ac foeminarum magis magisque augeri.

Persaepe a multis ad nos aditum est, qui, conquerentes pene pergraueque ferentes, vehementer dolent, cum se orbari dicant maximo bono; sed et non solum sibi, verum etiam toti populo impensae aedificationis fructus asserunt sustulisse nos, qui rem adeo commodam necessariamque non fuerimus prosequuti. Quin etiam pius quispiam vir, quippe cuius lactis dulcedo suffulciebat pectus, magnum prae se tulit dolorem cum ianuam solitam sibi non patere resciuit: nam cum die quadam ad nos veniret, accessit ad eum, qui tunc erat a ianua, rogaturus an eloquium solitum esset futurum, cumque ianitor respondisset fore impedimentum quominus id fieri liceret, continuo: Ah! mallem, inquit, genas hasce publice caecidisses colaphis, quam isthunc

---

[1] "qui grammaticam docebat, P. (Jacobus) Duran, ad Collegium Burgense transmissus est „ Polancus in *Chronico*, t. iv, pag. 389, n. 837.

equidem sermonem a te audire. Sed quid? talia apud nos recitantur crebro. Faxit Deus optimus maximus vti pro votis animorum, tanto zelo sectantium gloriam eiusdem, aliquando accidat. At certe, amantissime Pater, nec negare nec dissimulare celareue possumus, quantopere doluerimus viros nonnullos hinc ita breui traductos. Verum quid agas, vbi suprema illa atque incomprehensibilis Sapientia statuat ac dirigat vniuersa? id quidem tutissimum esse videtur, in omnibus et per omnia ipsam laudare, ipsi benedicere atque ipsi funditus assentiri nostras eniti mentes.

Quod desuper ad P. T. scribendum arbitrer, compertum habeo nihil, ni deprecer Christum Jesum Dominum nostrum P. T. atque nos omnes in sui amore et gratia sempiterna conseruare dignetur. Amen.

Methymnae Campi, pridie Calendas Octobris.

Filiolus indignus et minimus P. T.

† JOSEPHUS DE ACOSTA †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do in Chro. Padre, el P. M.o Ignatio de Loyola Prepósito General de la Compañia de Jesus.

En Roma.

Alia manu: 1554. Medina, quadrimestre dell' ult.mo S.bre

Nihil est hic quod ad communes spectet litteras [1].

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

---

[1] His similia reperiuntur his monumentis superscripta ab eo, qui primus ea lustravit, ut inspiceret an quid esset quod ad historiam faceret.

CCCXXVIII

Michaël Botelho
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 13 Octobris 1554 [1].

IHS

Molto R.do in X.o P.e

Pax X.i

Perche il R.do P. M.o Hieronimo Domenech, Prouintiale nostro, è fra noi l' instrumento precipuo di tante buon opere chel S.re et fuori et dentro di casa, etiam absente, per esso si degna operar' et le già fatte conseruare, conuien anco in absentia dirle, et come nelle già scritte quadrimestre, etiam in questa, in prima dirli, se bene in breue, qualmente egli ha pur' atteso in quegli ultimi giorni, auanti la soa partenza per Messina, a consolare molte anime, et molte uedoue et altri poueri, come lor uero padre, solleuando dalla grauezza della pouertà con limosine dalla Ex.a sua [2] et daltri personaggi raccolte, et etiam in quello che esser gratissimo et singularmente accetto al S.re s' estima, et sempre esso ha fatto non solo en Palermo, ma ouunque egli si troui, et per tutto il Regno non ha mancato, cioè congregare sotto l' ale della sua protetion' et compassioneuol souentione i dispersi popilli et abbandonati et ch' altrimente aggiutar non si possono, prouedendo loro, et anco collocando alcune pouerelle et aggiutando con limosine, quali senza dubbio, per la pouertà et incommodo de poter honoreuolmente et senza offesa d' Iddio uiuer, pericolauano.

---

[1] Autographac in duplici folio, nn. 186 et 187.—In iis tamen tantum subscriptionis verba *D. V. P. indegno,* etc., et superscriptionis, sunt manu scripta Patris Botelho.
[2] Proregis, Joannis de Vega.

Il P. Elpidio [1] che da molti giorni è colla S.ra Duchesa [2] per ordine del P. Prouintiale, per l' Iddio gratia con frutto et edificatione de molte anime della corte et della città, in prediche (alcuna uolta) et confessioni perseuera, attendendo insiememente al compimento della fabrica del nouo collegio de Biuona che di corto, come speriamo, sarà espedito.

Delle ordinarie prediche che alle domeniche et feste nella chiesa nostra si fanno, col diuino fauore et gratia, ogni hora maggior frutto nascer et riuscir se uede, crescendo il numero de deuoti che frequentano li sacramenti et il numero de auditori, nella cui terra de i lor cuori, quanto frutifichi il sparso seme del diuin uerbo, monstrano etiandio le lacryme et singulti et altre buone opere che essercitano quelli che odendo il custodiscono.

Ma acciò non solamente questi siano dalla diuina parola ricreati, i quali spontaneamente et dal desiderio dell' spiritual frutto spinti ne uengano, si cercano per le uie et per le piazze et banchi, ciechi et stropiati et d'ogni altra sorte, come loro compellendo intrare. Et questa impresa fù data a alcuni de nouitii et scolari già intrati nella Compagnia, et per questa et altre del diuino seruitio non pocho apti, i qualli alle domeniche et feste in banchi, oue è sempre gran concorso di gente, il più delle uolte predicano con feruor et gratia, il che quanto habbi piaciuto et sia sta grato al populo si cognosce nella frequentia et concorso che ui concorre, quando egli han' a predicare; molti etiam preuenendo l' hora et pigliando luochi da più comoda, et piaceuolmente udire, et uenendo alle uolte al Collegio a dimandare l' hora della predica per ritrouarsi preti.

Fauorisce anco questa opera sì grata a tutti l' autorità et calda raccomandatione di Monsignor' R.mo il Cardinale [3] fatta dauanti molti principali di questa città, et par anco ch' el frutto de le lor prediche di fuori si sente de dentro, ciò è nella chiesa nostra. Ma acciò non sia luocho alcuno si ascoso et priuato che s' asconda dal calore della predicatione et ardente desiderio di questi suoi serui et si possa ueramente dire che in tutta quanta

[1] P. Elpidius Ugoletti.
[2] Bibonae et Lunae Ducissa, Elisabeth de Vega, Proregis filia.
[3] Petrus Tagliavia de Aragon, Cardinalis et Archiepiscopus Panormitanus.

la terra sia uscito il suono et rimbombo loro, altri padri et fratelli più antichi, cioè P. Daniel [1], P. Pietro Uenosto et M. Angelo Pollicino, predicano di continuo, parimente le feste in diuersi monasterii con singulare frutto delle religiose che ui sono et odeno, et riforma delli lor costumi, uita et uoti ch' al Signore hanno promesso.

A questo modo s' attende per ogni modo et uerso possibile per uerità et uera occasione a annuntiare x.°, non solo ne i giorni di festa, ma etiamdio profesti et feriali, conciosiachè il Padre Don Paulo Rettor nostro [2] nella chiesa il uenere insegna et predica la dottrina christiana con concorso de molti non solo scolari dello studio generale, ma d' altre persone d' ogni conditione. Di tanta et tan assidua instantia che colla predicatione il Signore nostro fa in questa città per i suoi ministri della soa Compagnia opportuna et importunamente, sono commossi molti peccatori accorgersene del profondo delle lor' sceleratezze, nelle quali ormai eran sommersi, et risorger per uera penitentia et confession' delli lor peccati, nei quali ue n' erano alcuni da 10, altri da 20 anni giammai confessati, et questi incontinente cominciorno la lor penitentia coll' opere dimonstrare, perciochè alcuni che l' altrui robba per fraude usurpatosi et rettenuto haueuano, l' han restituito et reso ad ogniuno il suo, nel cui numero uno è stato che cento scudi appresso al giusto padrone et possessore restituì.

Altri, i qualli con le lor concubine da lungo tempo inuolti iaceuano, si son' suiluppati, et per l' Iddio gratia et la sacramentale confessione fatti mondi et netti. Et per che sarebbe longo a dire le opere particolari, quali per mezzo delli padri confessori il Signore s' è degnato fare, in annomerarli d' una in una non mi accaderà dimorare, ma ridurmi alle più communi et generali, de quali quella non è da tacere et lassar' da dire qualmente nel giorno dell' Assuntione della B.^{ma} Vergine si son' confessati et communicati nella chiesa nostra duggento persone con edificatione grande di molte altre genti, ch' al meno di tanta deuotion' et buon odor di quei deuoti ne sono stati partecipi et al imitarne spinti et mossi.

---

[1] P. Daniel Paeybroeck.
[2] P. Paulus d'Achillis.

Essendo andato il predicatore [1] per alcuni giorni di questa estate passata in Messina, ha fatto il Signore per sua diuina liberalità et misericordia che la dimora etiandio nel uiaggio non è stata otiosa; conciosiach' costì a Messina diuerse uolte et in uarii luoghi egl' ha predicato con frutto et edificatione degli auditori, et al ritorno ancora et nel camino non ha mancato spendere de ciò ch' el Signore con esso compartito hauea in seruitio et edification delle anime, predicando in alcuni luoghi ouer castella, massime in uno della Signora Duchessa, ritrouandosi anco presente l' Ecc.^{e} loro: di tutto sia ringratiato il auctor d' ogni bene.

Il medesimo et alla medesima predicatione ha atteso il P. Don Paulo, et anco un tempo il P. Elpidio, quel' tempo che egli hanno dimorato la 2.^{a} uolta nella uisita della diocesi di Cefallu, al Vic.^{o} di Agrigento [2] et a loro commessa, longa, ma non men' utile et fruttuosa, riformando il clero, togliendo abusi, l' usure, periuri et mille altri mali sradicando. Sia benedetto il Signore.

Oltra l' essercitio delle *(sic)* predicare et confessar' continuo, s' attende a dar' gli essercitii spirituali, et se n'è dato et danno a molti, et da molti con desiderio son' chiesti et dimandati, bench' el numero d' essercitanti sia tale et per sì fatto modo ch' el bisogni c' attendino quasi tutti nostri Sacerdoti. Un licenciato in theologia et general Vicario in una diocesi di questo regno, hauendoli fatto questi giorni, s' è finalmente uisto l' effetto et opperation che nel anima sua han' fatto per il grande affetto che monstra tutta uia uerso la Compagnia non solo, ma etiamdio quelle opere buone che la Compagnia predica et insegna et a quelle monstrando con efficacia et da douero uoler attendere et essercitare intorno il suo grege; il medesimo desiderio et feruor si uede in molti altri huomini et donne et segnalatamente in alcune vergini quali con ogni affetto domandano uoler' intrare nel nouo monasterio et di nuoua et riformata uita, del quale altre uolte s' è fatto ragguaglio [3].

---

[1] Ipse litterarum harum scriptor, P. Michaël Botellus, qui concionatoris officio praecipue fungebatur in ecclesia nostra et urbe Panormi. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 206, n. 454, et pag. 211, n. 470.

[2] Agrigentinus Vicarius, Hieronymus de Valentinis.

[3] Vide supra, pag. 59.

Sono anco alcuni giouani di buone parti che da parecchi giorni et anco d' un' anno alcuni con continue preghi domandano esser riceuuti nella Compagnia, et pur alla richiesta d' alcuni al ritorno sodesfarà il P. Prouinciale; alla stagione, interim insieme con quegli altri nouitii et scollari della Compagnia, nella pietà et littere s' essercitano. Et quelli di casa, oltr' il augmento delle uirtù et spiritu a' quale lor' più aspirano con edification di tutti a gloria diuina, anco non uenghono meno, ma fanno non piccol progresso in ogni genere di humane littere ch' qui ui si leggano, et essercitano con ogni studio in le compositioni, alcuni, de uersi latini et greci da esser alle feste attaccati alle porte della chiesa, come far si suole; altri, orationi et publiche declamationi, et alcuni altri l' uno et l' altro non meno frequente che lodeuolmente; et oltra di ciò, le feste non si lascia le conclusioni et mutue conferentie, di cui essercitio ne siegue non puoco frutto.

Il Magistrato, essendo nouamente creato, uolse uisitar' il collegio; et per attion' di gratie et congratulatione insieme della noua dignità, un' de nouitii nella chiesa recitò una sua oratione latina, seguitando altri appresso con epigrammi greci et latini con edificatione de tutti et molta satisfation et piacer del Magistrato.

Et altro non accadendo, restarà humilmente supplicar' V. P. ci habbia tutti per raccomandati ne suoi sancti sacrificii et orationi, acciò Jesu X.º per sua misericordia infinita si degni concederci tanto di gratia, che sempre sua diuina maestà seruiamo et in suo diuino seruicio perseueriamo. Da Palermo, 13 d' ottobre 1554.

De V. P.

Indegno seruo et minor' figliuolo in Jesu X.º

†
MICHAEL BOTTEGLIO.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Jesu X.º P.e il P.e M. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia de Jesu.

A

Roma.

Alia manu. Palermo. 54. 23 *(sic; in textu 13)* de 8.e

CCCXXIX

Gerardus Lapidius
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 14 Octobris 1554 [1].

Ex aliis id. *(sic)* Octobris 1554.

R. P. Hieronymus Domenech Prouincialis aegra, in hac Prouincia, praesentissima medicina sanat, et sana, ne debilitentur, tanto studio conseruat, vt pauperes ad illum, vbicumque locorum fuerit, tanquam ad extremam ancoram confugiant, ac suae calamitatis et miseriae illum patronum, patrem et adiutorem quaerant: nec hoc mirum est, cum eleemosinis a Prorege [2] aliisque bonis viris corrogatis, quamplurimos grauissimo paupertatis onere leuet, viduas inopes ac afflictas, beneficiis verbisque consoletur, senes egenos, cum re, tum consulendo, adiuuet. Illos autem, qui parentibus orbati sunt, nec victum cultumque per aetatem quaerere possunt, in suam tutelam lubenter recipit, nec illis victum solum, verum etiam omnia, quae ad vsum vitae pertinent, sedulo prospicit, habitationes illis non minus splendidas quam omni commoditate instructas prouidet; foeminis indotatis, quae se honesto coniugio deuincire uolunt, ne inopia coactae, peiorem vitae conditionem accipiant, omni auxilio succurrit.

P. Elpidius [3] iamdiu assidue apud Ducem Bibonae [4] est cum magno fructu: nec minus aliorum hominum quam suarum et Ducis rerum satagit.

---

[1] Apographae in duplici folio, primo sub n. 171, altero vero non numerato.—Eas praecedentium Patris Botelho litterarum esse versionem latinam facile dixeris, sed in pluribus, ut legenti patet, nonnihil differunt.

[2] Joanne de Vega.

[3] P. Elpidius Ugoletti.

[4] Petrus de Luna, Comes de Luna et Bibonae Dux erat, de cujus uxore sermo hic est, ut videre est in praecedenti italico exemplo, supra, pag. 162.

Ex concionibus, quae apud nos habentur, magnus uenit prouentus pietatis, vt non solum ille, qui in diuino verbo annuntiando nauiter laborat [1], consoletur; sed etiam, qui tantam vbertatem fructus conspiciunt, laetentur. Et qui capiunt tantam vtilitatem, Deo gratias agant pro beneficiis, quae diuina gratia et concionatoris opera percipiunt. Maior fit quotidie auditorum accessio, adeoque adaucta est, vt interdum, qui primi ueniunt, arcte admodum sedeant, vltimi vix locum inueniant, vbi sedere possint. Malunt enim aliquod perpeti incommodum, quam dulcissimo salutis pabulo priuari, quamque illis delectentur, et commissa peccata detestentur, argumento sunt percussiones pectorum, fletus et vis lachrimarum, quam effundunt.

Verum ne his iucundissimis epulis soli fruerentur, qui ultro ad nos veniunt, quaeruntur coeci et claudi et omnis conditionis homines per vicos, angiportas, per omnes denique plateas, quin ad nuptias vel etiam coacti ueniant: fratres iuniores, qui adhuc litteris student, diebus festis in emporio, vel (ut vocant) *bancis*, ubi tum maxima hominum frequentia est, vicissim concionantur. Quod factum quam populo placeat vel inde facile intelligitur, quod, antequam concionaturus adsit, auditores locum occupent, quo facilius verbum Dei, quod cum incredibili amore docetur, percipiant. Neque minus omnes, qui ad audiendum accedunt, ad virtutem inflammantur, quam summa admiratione capiuntur, cum vident flagrantissimum spiritum ardentissimamque charitatem Dei et proximi in fratribus nostris. Non solum haec a ciuibus summe laudantur, verum etiam optimatum iudicio et Rmi. Cardinalis [2] honorificentissimis verbis approbantur. Hanc certe occasionem, quae datur toti huic ciuitati, emendandi, multi arripiunt auide, et ad confessionem suorum peccatorum cum gemitu ac ploratu veniunt. Quorum nonnulli multitudine scelerum et diuturnitate temporis valde peccatis inuoluti erant. Alii annos decem, nonnulli viginti, de sua impietate confessi non erant. At vt primum confessi erant, euidentissima suae poenitentiae signa dedere. Nam qui aliena multos annos possidebant, nihil prius habuere quam vt vnicui-

---

[1] P. Michael Botelho.
[2] Petrus Tagliavia de Aragon, Panormitanus Archiepiscopus et Cardinalis.

que suum redderent. Alii concubinas, cum quibus diu flagitiose vixerant, sibi legitimo coniugio iunxerunt. Nonnulli illas dimiserunt. Pater Michaël, concionator noster, in profectione, quam Messanam instituit, verbum Dei multis in locis cum magno fructu sparsit. In reditu autem, vt omnes, si qua fieri posset, iuuaret, per aliam viam veniens, idem fecit alibi, tum praecipue Bibonae. P. Elpidius, antequam ad Ducem proficisceretur, cum Vicario Agrigentino, multa oppida, castella, pagos inuisit: peregrinatio, vt satis fuit longa, ita quoque fructuosa. Multas enim prauas consuetudines emendauerunt, et animarum curatores ad maiorem diligentiam incitauerunt, vsuras, periuria et reliqua vitia, quae erant pervulgata, diminuerunt, multaque substulerunt. Exercitia spiritualia multis tradita sunt, multique ex illis profecerunt: petuntur etiam a plurimis. Virgines quaedam pietate et amore Christi incensae petunt in Monasteriis sibi locum dari cum magna constantia et summis precibus. Fratres nostri in omni literarum genere sese diligentes exercent nec minus in spiritu proficiunt. Alii carmina, quae valuis templi festis diebus affigantur, studiose conscribunt. Alii orationes ac declamationes publice habent. Nonnulli haec omnia simul. Diebus festis domi disputationibus exercentur, vnde magnus eruditionis cumulus accedit: omnes magistratus, cum essent recens creati, nos inuiserunt, quibus dignitatem, quam adepti erant, habita oratione, gratulabamur; etiam epigrammata graeca et latina in eorum commendationem pronunciabantur, quibus omnibus admodum delectabantur, vt alacritate vultus et verbis significabant, etc.

Panormi, pridie idus Octobris, 1554.

R. P. T. filius in Christo obsequentissimus,

GERARDUS LAPIDIUS.

In quarta pagina, quae superscriptione caret, haec leguntur: 1554. Palermo. Quadrimestri d' un' anno intero.—Originali latine.

Haec annotatio refertur ad tres epistolas hujus anni, quae praecedunt, quaeque Panormi fuerunt exaratae diebus 23 Januarii (vide supra, t. II, pag. 561), *24 Julii* (vide supra, in hoc t. III, pag. 59), *et 14 Octobris.*

CCCXXX

P. Santacruz,
***Ex commissione* Patris Francisci de Strada,**
Patri Ignatio de Loyola.
Caesaraugusta, 19 Octobris 1554 [1].

IHS

Muy Reverendo Padre N. en Chro.

La gracia et amor de Christo nuestro Señor sea siempre con vuestra Paternidad, y con todos. Amen.

De lo que pasa en esta ciudad de Çaragoça, por otras se a scrito á V. P.; agora se entiende en coger la limosna que estos Señores an prometido [2].

Lo que agora ay que auisar á V. P. es cómo dias há el Señor nuestro a mouido vn Perlado y tocado el Obispo de Segorbe [3] para hazer muchas obras pias y para enmendar su uida, y entre ellas para ayudar á nuestra Religion aquí en Çaragoça con renta perpétua y harta quantidad y en Barçelona tanbien, allende de lo que ya años a dió al Collegio de Gandía, cerca de 400 libras de renta. Este dicho Perlado escriuió al Prouincial [4] estos dias pasados de Valentia vna carta la qual, ó el traslado della, creo se a enbiado á V. P. con otros ó al P. M.º Nadal, en que mostraua muchos deseos de seruir á Dios Nuestro Señor y ayudar á la Compañía, y en ella suplicaua al P. Prouincial se llegase á vna ciudad de su Obispado, más cerca de aquí, que

---

[1] Autographum in duplici folio, nn. 380 et 382. Inter haec duo folia insertum est tertium, n. 381, quod nonnisi pars est alterius autographi exempli earumdem litterarum. Ignoramus adhuc auctoris nomen, de quo vide supra, t. II, pag. 120, annot. 2.

[2] Vide Polanci *Chronicon*, t. IV, pag. 367, n. 782.

[3] Gaspar Jofre de Borja.

[4] Is erat P. Franciscus de Estrada.

está á 30 leguas de esta, donde él venía á visitar sus feligreses [1], porque quería comunicar con el P. ciertos negocios spiritualmente, como él lo escriuía.

Agora estando cerca de aquella ciudad, enbió vn criado al P. con carta suya, para que el P. fuese allá, y así nos partimos yo y el P. con el criado el miércoles que eran 10 deste; llegamos allá el sábado, rescibionos el Obispo con mucha charidad y alegría; fuimos á posar al ospital, donde auía dos ó tres dias estauan dos Padres nuestros de Gandía [2] sin saber nosotros que stuuiesen allí, aunque sí que andauan por aquel obispado, porque el P. M.º Baptista [3], Rector de Valentia, les hauía enbiado por cierto tiempo a instantia del dicho Perlado. Ensegnan la doctrina christiana cantándola por las calles con vna campanilla, hasta que tienen allegados todos los muchachos, y despues con ellos se uan á la Seu [4] ó á otra parrochia, donde algunas vezes va el mismo Obispo, y está presente á ella, y la oye y no sin lágrimas, segun él nos dixo, porque el vn Padre predica en ella que los haze llorar á todos. El Obispo dió cierta cosa como vn real al mochacho ó mochacha, que respondió mejor en la doctrina, para que más se animen á deprenderla. Házese mucho fructo; solo se quexan que los an de dexar y que nos yremos y que no tendrán quien los enseñe la doctrina sagrada, por donde se oluidarán della. Para esto se les da razones con que se consuelan algun tanto. Es muy grande, P. nuestro, por nuestros peccados la necessidad de aquella tierra, que es gran lástima no tener por peccado lo que es derechamente contra la lei de Dios, y peccado mortal. Dios la remedie, pues él solo es el que la puede remediar, y por socorrer á ella algun tanto y por obedeçer á su Sría. el P. Prouincial, aunque cansado del camino, predicó el domingo por la mañana y tarde dos sermones en la Seu. Edificóse grandemente el pueblo, y hízose grande fructo así en clérigos como en seglares, segun todos dezían, y se vió por algunos que venian á casa á hablar al P. Prouincial.

Quiero dezir a V. P. de vno para que por su charidad lo

---

[1] Sermo est de civitate Albarracin, quae adhuc illo tempore Segorbiensi Episcopo subjacebat. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 368, n. 784.

[2] PP. Ludovicus Santander et Balthasar de Piñas.

[3] P. Joannes Baptista de Barma.

[4] Quid hoc nomine *Seu* vel *Seo* veniat dictum est supra, t. I, pag. 742, annot. 1.

llore, ***qui gustauerat coeleste donum*** y auía sido religioso y professo mucho tiempo, y aun creo que sacerdote; ***et postea apostatauit:*** aora con muger y hijos, ***vt retulit quidam non indignus fide:*** creo le tocó el Señor en vn sermon del Padre; o que grande dolor! No permitieron assí otros como el Obispo que el P. estuuiese en el hospital, y tanto ymportunó vn letrado [1] de aquella ciudad, que nos lleuó á su casa al P. Prouincial, y conuenia por tenerla enfrente el Obispo y de la Seu por no yr tan lexos como es el hospital. Los Padres se quedaron en él, donde agora tienen su posada. El P. se queria boluer, pues ya auía predicado dos sermones y comunicado con su Sría. y otros; mas por satisfazer á la deuotion suya, se quedó hasta ayer, que fué jueues, día de San Lucas, para predicar. Yo me partí el martes de magnana que el P. me enbió, assi por estar allá aquellos dos Padres y otro que auía de uenir de Valentia y no hazer tanto gasto á su Sría., como por estar el P. Roman [2] solo en Çaragoça, porque el P. Rojas [3] se auía partido el principio deste para Castilla al P. Francisco [4], y al *(sic)* P. Tablares [5] que se auía de partir tambien porque el P. Francisco se lo a scrito. Yo llegué ayer y hallé al P. Tablares, que auía estado alquanto mal dispuesto: está mejor y no dexará de partirse el lunes, venido el Padre. El Señor le guie en todo.

El Padre se partirá oy de Albarrazin, segun me dixo, llegará aquí el domingo ó lunes á más tardar: aquí ya le esperan para pedirle sermones: antes que se fuese, ya estaua enprendado para N.ª S.ª del Pilar el dia de todos Santos, y el aduento en el ospital, sin otras yglesias: estará en Barcelona para la cuaresma con el fauor de Dios. El Obispo de Segorue a enbiado vn criado á Barcelona con dineros para acabar aquella yglesia, y quiere oyr al Padre allá en ella en esta cuaresma: quiere hazer los exercicios, y a pedido al Padre que se los dé allá porque anda visitando sus ouejas.

Aquí quieren hazer algunos los exercicios; vno los hace agora en casa, escriuano, que enseña á niños de buena habili-

---

[1] "Vir quidam bonus, qui juris periti officio in ea civitate fungebatur." POLANCUS, l. c., pag. 372, n. 795.
[2] P. Alphonsus Roman.
[3] P. Franciscus de Rojas.
[4] P. Franciscus de Borja.
[5] P. Petrus de Tablares.

dad en hazer libros de yglesia [1]. Vn canónigo los hizo estos días pasados, hombre de 34 años. Otro canónigo los a de hazer. Vna monja los quiere hazer, y otras señoras piden algun modo de aprouecharse; dárseles a la primera semana como se pudiere.

Con todo esto tenemos hartos contradictores. Bendito sea Dios por todo; y el Arçobispo [2] primero, por donde no se haze el fructo en sus ouejas que se haría. Dios se lo perdone, y le alumbre para que conozca el bien y le siga.

El Obispo de Segorue, Padre, es muy otro de lo que era; a quitado muchos gastos demasiados, no desea sino saluar su ánima, como él mismo dize; tiene su casa muy reformada; no se sirue de plata sino de barro, el qual nos agradó mucho, en tanto que vn dia que nos dió de comer, el P. Prouincial le dixo: "Señor, mucho me agrada que no veo plata en la mesa de V. S.ª„ El Obispo respondió: "Yo quiero dezir la verdad á V. R.: yo tenía no sé qué deudas y tenia necessidad de dineros, por donde era forçado tomar á canbio, y hazíanme pagar 31 [3] ducados por ciento: acordeme de mi plata, y para qué queria yo la plata? hize llamar vn platero y hize reales della: sólo me e dexado algunas cucharas y candeleros, y así no tengo plata ni deuo nada„: y por esso tiene más que otros señores, aunque no fuese sino que no debe nada. Plega á la diuina clementia que el dia de su muerte él y todos, quando nos diran á cada vno: ***redde rationem villicationis tuae,*** nos hallemos sin deudas, antes con mucho crédito, para que con toda seguridad podamos pasar deste mundo al otro. Amen.

De Çaragoça, a 19 de Octubre 1554.

De V. P. indigno hijo y sieruo en Jesucristo,

SANTA ✱ [4].

Por Comision del P. Prouincial.

---

[1] Voce *escribano* intellige non *notarium publicum*, seu *scribam*, sed librarium, qui describendis libris pingendisque, qui ecclesiis, in choro praesertim, usui erant, se exercebat.

[2] Caesaraugustanus Archiepiscopus, Ferdinandus de Aragon.

[3] Unum exemplum habet 31; alterum 13. Lector quod sibi magis arrideat, seligat. Nobis, illius temporis mores memoria recolentibus, magis vero simile videtur secundum.

[4] Hunc Patrem Joannem de Santacruz fuisse arbitramur, quem verosimile est cum

In quarta pagina, loco superscriptionis. Q. Saragoza, 54, 19 Octob. et An. Q. S.

CCCXXXI

Franciscus Scipio
Patri Joanni de Polanco.
Bononia, 15 Novembris 1554 [1].

†
IHS

Franciscus Scipio P. Polanco.
.S. [2]

Pridie nonas Nouembris, horis pomeridianis (a nostrorum enim studiorum renouatione exordiri, mi Pater, volui), magna cuiusque ordinis frequentia habitae sunt orationes quatuor [3]. Prima fuit in sapientiae laudem a Fratre nostro Baptista [4] pronuntiata: altera de uerecundia: tertia contra publicam hanc iuuentutis institutionem: quarta contra priuatam et domesticam institutionem: postrema de taciturnitate: quae omnes fere foeliciter fuerunt peroratae; quamuis oratoribus et angustia loci et temporis plurimum detrimenti attulerit. Nam etsi, pariete quodam deiecto, ex duobus amplum gymnasium confecimus, non potuit tamen capere multitudinem auditorum. Oratoribus permixti sunt poëtae, qui sua et pronuntiatione et cantu plurimum delectauerunt et commouerunt. Ad haec acta fuit Ecloga

---

P. Francisco Strada Burgis, ut itineris socium, Caesaraugustam venisse. Verum cum haec conjectura nullo certo illius temporis testimonio innitatur, affirmare certo non audemus.

[1] Autographae in duplici folio, nn. 86 et 87.

[2] Salutem.

[3] *Quatuor* dicitur in textu; sed infra hoc verbum obducta est linea, et in margine chartae dicitur *quinque*, et significari videtur scribendum *quinque* pro *quatuor*. Polancus in *Chronico,* dum haec transcripsit, posuit *multae*. T. IV, pag. 113, n. 217.

[4] Hujus nihil praeter nomen novimus.

a fratre Sebastiano [1] edita, quae tanta gratia, ordine et iucunditate est pronunciata, ut rursus expeteretur ac ageretur. Adeo commoti fuerunt vna quidam honorati (interfuerunt enim et Senatores et Canonici atque Doctores et equites; et ipse Episcopus [2] adfuisset, nisi graui et urgente negotio fuisset reuocatus), vt Patri dicerent: nunc sane re ipsa comperimus vestros labores et sudores in iuuentute instituenda, etc.

Horis antemeridianis, vnius horae et plus curriculo, prouectioribus studiosis primae classis repeto breuiter institutiones grammaticas; praelego primam Demosthenis Philippicam. Horis porro pomeridianis, duarum horarum interuallo, enarro Isocratis orationem de regno et Ciceronis officia.

Frater Sebastianus horis antemeridianis constructionem uerborum et secundum librum epistolarum familiarium [3] tradit, et, dum eius discipuli prouectiores mihi dant operam, enucleat caeteris nominum genera. Vesperi Virgilium atque Terentium et artem versificatoriam docet.

Frater Baptista mane Donati *de octo partibus* libellum [4], nominum genera, et Catonis disticha [5] explicat. Vesperi vero regulas Guarini Veronensis [6] et *Andriam* Terentii enarrat: in vltima demum traduntur incunabula linguae latinae et rudimenta.

Hora prima praelego fratribus tertium librum Fabii [7]: hora secunda usque ad tertiam institutiones Clenardi [8], et Isocratis primam orationem. Caeterum cum intuerer tum fratres tum Patrem huius artis oratoriae perstudiosos, statui partitiones oratorias [9] addere, quibus nihil magnificentius et praeclarius

---

1 Neque hujus cognomen aperit POLANCUS in *Chronico* et in litteris, *ex com.*, ad P. Franciscum Palmium datis.

2 Joannes Campeggi, Cardinalis.

3 Ciceronis.

4 Vide supra, t. I, pag. 359.

5 CATONIS *Disticha moralia cum scholiis Des. Erasmi Roterodami*. Vide supra, t. I, pag. 627 et 677.

6 Nunc tandem certo affirmare possumus quisnam ille grammaticus sit, quem *Varnium*, *Varinum*, *Verino* appellari a POLANCO vidimus in *Chronico*, t. IV, pag. 58.—Est igitur Guarini, vel Guarino, quem alii Varino vocant, Veronae natus anno 1370, Ferrariae mortuus 1460 Eum *ferrariensem auctorem* appellat POLANCUS, l. c., quia postremam vitae partem Ferrariae exegit.—Liber autem, a Scipione hic indigitatus, est *Regulae grammaticales*, primum editus circa an. 1470 in 4.°

7 MARCI FABII QUINTILIANI *De Institutione Oratoria?*

8 NICOLAI CLENARDI *Institutiones absolutissimae in graecam linguam*.

9 M. T. CICERONIS *Partitionum liber*.

extat nobis scriptum ab oratoribus; sed ob temporis angustiam hos scriptores alternis enucleabimus diebus. Feriis decreuimus declarare aliquam Ciceronis orationem, ut exemplo et usu rectius praecepta percipiant. Hoc munus libentius suscipio, si modo possim fratribus meis in hac re prodesse, qui et pietatis et sapientiae cupidi sunt, quam alterum iuuentutis italicae erudiendae, in qua omnino neque modestia, neque labor, neque timor vim habent ullam, nec humilitas ulla est, neque pietas, nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium uerecundiae [1].

In omnium Sanctorum feriis interfui concioni Patris Rectoris [2], ex qua (si quid in hac re possum iudicare) cognoui excellens Patris tum ingenium, tum actionem et vocem multam et bonam, tum, quod est praestantius, auctoritatem et spiritum bonum. Unde mecum agitare coepi qui fieret ut tam praeclarum ingenium lateret et quasi sub modio, contra Domini praescriptum, collocaretur, neque sua et doctrina et ingenio latius pluribus praeluceret. Rem ergo ad Patrem refero, et animo ingenuo illi declaraui meam sententiam de concione habita, et coepi cohortari ut idem frequenter faceret; nam hac ratione maxime rem christianam promoueret. "Non inquit hoc mea negotia patiuntur, quibus ad summum caput immergor.„ "Quae, inquam, sunt istaec negotia?„ "Multa quidem, sed grauiora et principaliora confessionum turba.„ "Quid narras, inquam, nonne domi manetis quatuor sacerdotes?„ "Sane, inquit, sed in me omnes confessionum fluctus redundant. Siquidem Pater Augustinus [3], cum scientia et cognitione rerum conscientiae et spiritus est tyro [4], tum magis cubiculi et solitudinis quam ecclesiae amator, tum nulla foelicitate in hoc munere uersatur, ut stupeant cuncti qui fieri possit ut presbyter Societatis nullo usu et prudentia rerum animi et conscientiae sit excultus. P. Franciscus Parmensis tum nouus, tum huius rei ignarus, et rudis, confusus, et non clarus in his officiis praestandis. De P. Seba-

---

[1] Dure nimis haec dicta videntur de italica saeculo xvi juventute; verum meminisse oportet quae passim in *Chronico* enarrat Polancus, praesertim ubi de Collegiis Ferrariensi, Mutinensi, Perusino, Argentinensi, etc , agit.

[2] Patris Francisci Palmii.

[3] P. Augustinus Riva.

[4] Tyro quidem erat P. Augustinus de la Riva, si tempus, quod in Societate exegerat, inspiciatur; sed quod ad aetatem attinet et rerum experientiam, haec de eo ait Polancus: "cum senex esset, et domi aliquam nostrorum curam habebat, et foris confessionibus audiendis et operibus pietatis operam dabat.„ T. iv, pag. 109, n. 209.

stiano non loquor, quum elinguis, balbus, infans, et plane mutus in hac re, ut in caeteris, videatur. Praeterea D. Episcopus me [1] adhibet in consilium, praeficit me lustrandis ecclesiis et reformandis coenobiis. Vellem hoc consequi a Patribus, ut fructuosius vineam Domini excolerem, progressu temporis mitti aliquem sacerdotem, qui liberaliter et foeliciter illo confessionum munere fungeretur. Hac ratione possem sustinere opinionem de me concitatam apud D. Episcopum et honestius munus concionandi subirem.„

In hac lustratione dioeceseos habuit [2] tres aut quatuor conciones in D. Episcopi conspectu, maxima hominum frequentia, quibus adeo commouit, tum caeteros, tum Episcopum, ut persuaserit Episcopo id, quod magni habiti concionatores nunquam potuerunt; et hinc non modo D. Episcopus sed caeteri magis eum amare ac venerari coeperunt.

Societas abundat, prae concionatoribus, sacerdotibus, qui hoc confessionum munere fungi possunt. At, qui concionari possent, praesertim in Italia, rari; maxima habenda esset ratio horum praeclarorum ingeniorum. Pater, ut dixi, valet ingenio, memoriâ, pronuntiatione et reliquis virtutibus, quae in oratore expetuntur. At doctrinae bonam partem usu et actione didicit, et in dies uberius, Deo auspice, imbibet et hauriet, dato otio, et quando non potes facere quod vis, id facias etc. [3].

His temporibus tam, ut censeo, expetitur amor Dei et spiritus bonus [quam] verborum copia ad delicta populo exagitanda. Cerno sane in hac urbe quemdam scapucinum *(sic)*, qui gratissimus est populo, quique actione et spiritu ualet; doctrina autem et magnarum rerum cognitione, quantum ex illius concionibus, consuetudine et scriptis colligo, non praestat. Illa demum doctrina hac tempestate exigitur, illi acerrimi clamores sunt necessarii: *annuncia populo meo peccata illorum* [4], etc. Illius doctrina probatur, qui, Dei spiritu extructus, obiicit populo illius nefanda flagitia, libidines, adulteria, et extraordinarias utriusque sexus libidines, quique haec acriter quotidie exagitat, clamat, qui docet qua ratione Christi compotes esse

[1] Patrem Franciscum Palmium, cujus verba sunt, quae hic refert Scipio.
[2] Ipse P. Palmius.
[3] Quando non potes facere quod vis, id facias quod potes.
[4] Isaiae, LVIII, 1.

possimus, qua uia sit ad coelum ingrediendum, cuius quidem scopus est, ut vniuersos christianos ad humilitatem erudiat, ad coelum instituat.

Haec scripsi bono et pio, ut mihi videor, animo, quae omnia, Christo auspice, recte explorabitis atque disponetis [1]. Numerus discipulorum est idem, qui proximis literis fuit praescriptus et aliquanto auctior [2].

Superscriptio in quarta pagina: R.do Pri. Polanco.
Alia manu. 1554. Bologna. Di M. Fran.o Bordone [3].
R.ta alli 15 di Novembre.
Vestigium sigilli.

---

[1] Has respexisse litteras Polancus videtur, dum id Patri Francisco Palmio scripsit, quod in *Chronico*, t. IV, pag. 109, annot. 2.

[2] Ita explicit epistola, absque loco, die, anno et subscriptione.

[3] Ita perspicue in autographo. Quod si ita vere est, tunc unus idemque est Franciscus Bordon, qui Mutinae versabatur 11.a Februarii et 5.a Maji 1553 (Vide supra, t. II, pag. 175 et 272), et Franciscus Scipio, qui Ferrariae 18.a Januarii hujus anni 1554 (l. c., pag. 545) et Bononiae nunc ejusdem anni mense Novembri.

CCCXXXII

Ambrosius Pullicinus
Patri Ignatio de Loyola.
Ferraria, 28 Novembris 1554 [1].

IHS

Pax et gratia Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Quadrimestres Patris nostri imperio scripturus, non uerborum ornatu, ad quem meas etiam uires deficere fatebor: non prolixitate utar, qua, rem ipsam excedens, et tibi et aliis, si qui uisuri sunt, nauseam pariam: non ea denique breuitate, quae commemoratu opus esset, silentio pertransire uidear: sed omnia, quoad in me erit (quamuis non ut res tanti momenti postularet) breuiter perstringam.

Primum igitur confessionum frequentia, nostrorum patrum exhortationibus et concionibus ad populum habitis, quid emolumenti sit consequutum, mihi dicendum uidetur; tum qui labores in conseruationem illius nobilissimae domus [2] insumpti fuerint, quaeque inde utilitas manauerit, paucis aperiam.

Nostri Patres de more singulis quibusque diebus confessionibus uacant, cum in dies augeatur numerus; quamuis mulieres tum in his, tum in sanctissimo Eucharistiae sacramento, ad quod quamplurimi accedunt, uiros *(sic)* praestent: quarum fre-

---

[1] Autographae in duplici folio, nn. 119 et 120. Est et apographum in foliis 118, 121 et sequenti non numerato, sed nihil in eo immutatum reperitur.—Est etiam italicum exemplum, similiter autographum, quod infra dabimus.

[2] Agitur de domo Ducis Ferrariensis, *Hercules II de Este*, cujus uxor *Renata* haeresi contaminata erat. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, n. 122 et seq.

quentia, uel confessionis potius amore capta mulier, quae quosdam patres tribus iam annis uisere solebat, eisque peccata sua confiteri, ad eos redire renuebat, idque quod cuiusdam Patris nostri exhortatione et confitentium copia magis mouebatur. Et quamuis ab huiuscemodi opinione dehortaretur, non propterea reuocari potuit, quin quotidie sacrum auditura templum nostrum peteret, cui a nostris etiam patribus et confessionis et eucharistiae persaepe ministrantur sacramenta.

Quare noster P. Rector [1] de excellentia sanctissimi Sacramenti nonnulla dicere, simul emolumentum, quod inde proficiscitur, demonstrare decreuit; quod foeliciter, Domino sibi assistente, est exequutus. Nam a die, quo feriae S.mi Sacramenti celebrantur, nempe a nono kalendarum Junii, usque ad 8 kal. Augusti, singulo quoque festo ad populum conciones habuit eas, quibus summa uoluptate omnis concio uescebatur. Sed quis non tanta, R. P., mysterii suauitate allectus fuisset? Accessit ad id probandum incredibilis quaedam authoritatum et sententiarum copia; tum Prophetarum, Apostolorum, et sacrae etiam scripturae: tum Sanctorum Patrum frequentiae. Vnde nonnulli tantam S.mi Sacramenti praestantiam, et ex eo cognitionem accepisse affirmabant, ut omnes, qui secum de hisce rebus agerent, in mirationem incidere oporteret: nam non in auribus modo, sed in omnium quoque oculis illam S.mi Sacramenti praestantissimam nobilitatem et illius utilitatem, quam, pure et ut decet sumentes, assequuntur, defixit: cuius rei nomen sic late per ciuitatem manauit, ut ad aures fama uolauerit cuiusdam, qui librum de Missa condiderat, quem cum loca, quibus Sanctum Sacramentum probatur, laterent, nostrum R. Patrem consuluit, cui cumulatius, quam literis explicari posset, satisfecit.

Nulla, R. P., miratione capiaris, si quaedam mulier proprio destituta uiro, non quod eidem lucem intueri non daretur, sed quod itineris interuallo longe abesset, alii nuptura, opera et orationibus cuiusdam ex nostris patribus a sententia destitit (quamuis hoc non exiguus praecesserit labor), quae hac praecipue ratione ducta id exequi omnino constituerat, quod loca, quae coniux teneret, fama prorsus recondidisset: accedebat eo

[1] P. Joannes Pelletarius.

quod cognati ei assentiebantur: et cum nec orare nec Missae et divinis officiis interesse posse fateretur, iam fere quotidie ad templum accedit, et patres nostros sua errata confessura saepe adire solet. Non, inquam, mireris: cum his diebus septem meretrices opera et labore R. P. Rectoris ereptae et liberatae fuere a laqueo fere inextricabili, quo (licet dicere) adamantino sic daemon eas irretiuerat, ut nonnisi diuina ope explicari potuissent: quarum quidem aliae in sese descendentes, conuersis se socias addidere, in quarum religione maximum sunt omnibus exemplum, nec minus summa Dei gloria et suarum animarum salute procedunt: de aliis autem in spem quotidie magis magisque uenimus, summum Deum, qui pius et misericors est, earum menti lumina praelaturum, ut praedictarum ingredientes uestigiis, salutem animabus suis inueniant: id namque tum illarum conuersatio fore indicat, quandoquidem in probis fere semper uersari uidentur, tum quod rebus sacris satis addictae iudicantur: diuinis enim officiis intersunt, intersunt et piis operibus, necnon ad confessarios se conferunt. Dominus Jesus suum Sanctum Paracletum mittere non dedignetur, ut quae huiuscemodi uinculis, execrandis nimirum flagitiis, detentas, ac pene caligine mersas, ab immani hoste receperit, easdem ad maiorem sui nominis gloriam, cuius causa tot suscipiuntur labores, tueatur atque conseruet.

Si hoc, R. P., magnum facinus esse testaris, non sane minus memorabile est, quod idem Pater, diuino numine sibi secundo, obiit. Mulier enim, indigna calamitate pressa, timens ne penitus affligeretur, cuidam potenti iudaeo et se et filiam suam prostituere decreuerat: uerum P. Rector, ubi tantum scelus admittendum accepit, et eius egestatem esse materiam, huic rei consulendum credidit, et denique (ne P. Tuam morer) reuocata est, et eiusdem opera ab paupertate subleuata. Illud praeterea tacendum non arbitror, quod filia cuiusdam non sane minimi momenti, cui uitium oblatum fuerat, et a quodam potente uiro detenta, Patri nostro confessa, de qua multum digladiatum est, ad conuersas euolauit.

Progrediar iam ad ea, quae secundo loco mihi dicenda restant; non uereor quin haec commemoratu digniora esse dicas. Non te praeterit, R. P., quam in dubium nobilissima illa domus uenerat; cum enim una contacta fuerit, ne liuorem ab una du-

ceret, maxime erat uerendum: quod si contigisset (quod Dominus auertat), quid inde mali ortum publice fuisset, omnibus iudicandum relinquo, quod in periculum ac discrimen huius ciuitatis salus uocaretur, quem omnes in idem haereseos coenum dilapsi animum recepissent? cum nemo non ignoret spem impunitatis (quae caput est omnis audaciae) peccandi maximam esse illecebram. Verum Dominus, qui populum suum in hostium furorem coniici non facile aliquando patitur, cum illius multo maiorem curam gerat, quam ille ipse uel ne cogitare quidem posset, sic eius animum illustrauit, ut ueritatem non cerneret modo, sed tanquam oculis uideret. Nam filius Illustrissimi Ducis, omnesque filiae [1] et ancillae, quae plures sunt quam nunquam alicuius principis uiderim, nostro Patri confessae in vigilia Assumptionis Virginis Mariae sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpsere, hisque duos libellos doctrinae christianae idem Pater attulit: accessit quod illa, quae falsa boni opinione ducta sic se in teterrimo errore ingurgitauerat, ut expleri nunquam posse sibi uideretur, quae tamdiu luce destituta, in tenebris uersata fuerat, in cuius animo sic haereseos macula insederat atque inueterauerat, ut non exiguo labore deleri potuerit, ab opinione denique cessit; perpetuam S.tae Ecclesiae Romanae catholicam fidem promisit, promisit et ultro se semper uerbis R.di nostri Patris fidem adhibituram, cui confessa est, et celebrato ab eodem sacro in eius aula, et habita de S.mo Sacramento concione, satis sane deuote ad Domini coenam accessit. Ut praeterea eius assiduitati consuleretur, id Dominus per hosce dies operatus est, ut unum ex punctis, quae Pater Illustrissimo Duci ad uxoris regimen dederat (quod adhuc nimis arduum uisum fuit) exequutioni demandaretur: ut videlicet mulier uel in castello vel non longe habitaret. Res profecto haud minimi momenti: nam si nuper a quodam Episcopo domesticus, nescio quis, ad ipsam Illmam. Ducem cum ipso Duce fere habitantem missus est, qui eamdem hortaretur ut a familiaritate nostri Patris discederet, nec illum ultra admitteret, quoniam futurum est illud tempus (ut a filio Illmi. Ducis nostro Patri fuit relatum) quo omnes hinc abigemur; quid fieret si longe abesset pateretque aditus?

---

[1] Vide Polanci *Chron.*, t. iv, n. 95, pag. 56, annot. 1.

Sedulo etiam est curatum ut huiuscemodi belluae exterminarentur, in quibus non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum sceleris quantumque sit exitii, quibus nec in scelere nec in quauis uiolatione nihil unquam fuit nefas, quaeque omnium flagitiorum seges facile uidetur: ut etiam haereseos libri fere numero centum comburerentur: et ut contra haereticos edictum ederetur, ne quis non crebris modo, sed ne perraris quidem usurparet sermonibus, et si posset fieri, neque ante oculos ponerent [1]. Data fuit etiam opera ut ipsa Dux missam audiat.

Illud praeterea non tacendum uidetur, quod his diebus illa ipsa Dux et filiae et etiam mulieres, quae sibi quotidie assistunt, Patri nostro confessae fuerunt, ut dum festum Omnium Sanctorum celebratur, idem Pater celebrauit sacrum in eadem aula, et concionatus, eisdem Sanctissimae Eucharistiae sacramentum ministrauit, et quantum coniicere poteram (semper enim interfui), maxima cum deuotione. Vnde quid possit sperari (ne nimius sim) tuum, R. P., sit iudicium: hoc tamen scias quod in dies eius augetur fides et in diuinis rebus maximus cernitur fructus: eius filiae una secum legunt quotidie praecepta doctrinae christianae, in rebus sacris instituuntur etiam ancillae, et omnes denique mulieres, quae secum habitant. R.dus noster Pater singulis diebus ad eam se confert, de rebus ad ueram fidem pertinentibus secum acturus; et his praesertim diebus in eius aula concionem (priuatas praetermitto), non paucis astantibus, de illo articulo fidei *inde ueniet iudicare*, etc., doctissime habuit. De his, etsi non ut res ipsae requirerent, haec tamen dixisse sufficiet, eo magis quod nonnulla a R.do P. Rectore acceperas.

Instituitur Ferrariensis iuventus et in litteris et in uirtutibus, ad quas quotidie non parum progressionis faciunt. Omnes et Patres et fratres valent, quorum quisque in his se exercet, quae ab obedientia sibi imponuntur.

Cupimus te quoque una cum aliis ualere, quorum orationibus nos commendatos uolumus; quo dignetur Dominus gratiam suam eius seruis transmittere, ut ardentius et frequentius parati

---

[1] *che niuno, non solamente non parlasse di heresia, ma (se fare si puotessi) non si pensasse.* Ita italicum exemplum infra exhibendum.

quoscumque subeant labores ad laudem et gloriam suam, ad quam nos ipse perducat in secula seculorum. Amen.

Datum Ferrariae iiii kalend. Decembris 1554.

Tuae R.dae Paternitatis indignus seruus,

Ambrosius Pullicinus.

In quarta pagina haec, loco superscriptionis, leguntur: Quadrim. Ferrariae. 1554. 4 cal. decemb.

Eadem epistola italico sermone exarata [1].

IHS

La pace et gratia del S.or nostro Jesu X.o sia sempre ne' cuori nostri. Amen.

Hauendo io da scriuere per ordine de nostro Padre le lettere di quatro mesi, non con elegantia di parole, non essendo a quella sufficiente; non con prolixità scriuerò tale, che, dicendo quel che non è necessario, sia molesto et alla R. P. V. et a altri che queste legerano: et finalmente non tanto breue, che lassi de scriuere quel ch'è di bisogno: ma ogni cuosa [2] quanto più potrò (quantunque non cuomo in un tanto negocio si ricercarebbe) dirò succintamente.

Primo dunque dirò quanto frutto si sia fatto per le frequenti confessioni, exhortationi de nostri Padri et prediche fatte in chiesa; dopo, quante fatiche in aiuto di quello nobilissimo Palatio si siano pigliate, et che utilità ne ha conseguitato, etc.

Li nostri Padri, secundo il solito, ogni giorno sono occupati

---

[1] Autographa in duplici folio, nn. 160 et 161.
[2] Sic, ut et *cuomo*, etc.

nell' udire confessioni, accrescendosi tuttauia il numero di quelle, quantunque tanto in esse quanto nel Sanct.mo Sacr. to dell' Eucharistia le donne uincano li huomini, li quali multi sono: doue una certa donna la quale ia tre anni sono soleua andare da certi Padri et a quelli confessarsi, per la frequentia o per amor più presto de confessioni de nostri Padri non uolse a quelli ritornare: et quantunque da questa partita fosse stata dissuasa, non per questo ha mancato di uenire etiandio ogni giorno a udir messa in chiesa nostra, doue spesse uolte si confessa et communica.

Per il che deliberò nostro P. Rettore fare alcune prediche del Santisimo Sacramento et demonstrare quanto frutto acquistano quelli li quali puramente il pigliano; il che per la gratia del Signore fece, incomensando dal giorno che si celebra la festa del Santisimo Corpo del Signore, che fù da 24 de Maggio insino a 25 de Julio, nelle quali grande consolatione hebbero li auditori: ma chi sarebbe stato quello il quale non si fosse mosso dalla dolceza de tanto sublime misterio? supragionse alla probatione della uerità di quello un' incredibile copia de autorità et sententie, tanto de Propheti, Apostoli, et della Sacra Scriptura, quanto anchora della frequentia de Sancti Padri: doue alcuni diceuano, dell' alteza del Santissimo Sacramento hauerne riceuuto tanta cognitione, che facceuano marauigliare qual si uoglia persona che seco de simili cuose parlasseno; perche nostro Padre predicando la grandeza di quello in tal muodo la dichiaraua, che non solamente la daua a intendere a ogn' uno, ma quasi la faceua con gl' ochi uedere: la cui fama così per Ferrara si sparse, che ueni all' orechie d' un certo il quale hauea composto un libro della messa et quello non sapendo i luoghi per li quali si pruoua il Santissimo Sacramento, consultò di quelli nostro Padre al quale lui satisfece più abondantemente che con lettere non si puotria narrare.

Non si marauiglia S. R. P. si una donna, per essere priuata dal suo marito, il quale partito da lei non si sapeua doue fosse, la quale si uoleua da nuouo maritare, sia stata reuocata per opera et orationi d' uno de nostri Padri (quantunque questo non senza grande fatiche) et quel che peggio era, li consentiuano li parenti: et non possendo quella per il grande stimulo che haueua, ni fare orationi, ni andare a messa et diuini offici, adesso,

laudato sia il Signore, quasi ogni giorno odi mesa et ogni septimana si confessa et communica, et alcune uolte più spesso. Quandoche in questi quatro mesi il Signore per mezzo di nostro P. Rettore s' ha dignato conuertere et liberare septe meretrice dal lazzo quasi inextricabile, con il quale così il demonio [le] hauea ligato, che non si posseuano con altro mezzo explicare, excepto con la diuina gratia; delle quale alcune conoscendo quanto grauissimamente haueuano offesso Iddio nostro Signore, si andorno nella relligione delle conuerse, doue grande exempio danno a tutte, et con gran gloria del Signore et salute delle anime loro uiueno. Speriamo molto che le altre accesse della gratia del Signore il quale è pieno d' infinita misericordia et pietà, habbino da fare il simile: perche questo si può sperare per la loro buona conuersatione et loro frequentatione nelle cuose sacre; si occupano in opere pie, et più uolte si confessano. Il Signore si degni mandare il suo sancto spirito, che si cuome liberò quelle dalle mani del crudele inimico, così le medesme conserui a maggior laude et gloria del suo sanctissimo nome, per causa del quale queste et altre fatiche non si cessa pigliare. Si questa opera S. R. P. dice essere stata de molta importanza, credo che non men dirà di quest' altra, quale il medesmo nostro Padre mandò in exequtione, aiutandolo il diuino spirito. Vna donna in questa cità ritrouandosi assai puouera, et timendo che in breue non incorresse in extrema puouertà per non hauere il muodo di puossere uiuere con le sue fatiche, haueua deliberato dare se stessa con una sua figliola per concubine a un judeo assai riccho: ma il nostro Padre uigilante nella uigna del Signore, sentendo questo fatto tanto execrabile, et hauerse da commettere per una cuosa così uile come sono li dinari, non douendosi fare per qualsiuoglia cuosa che nel mundo imaginar' si puosa, deliberò prouederli; et finalmente per suoi eshortationi fù reuocata, et anchor per opera sua si dette ricapito a subleuarla da quella sua puouertà. Questo anchora non lassarò da dire che una uergine figliola d' un certo non di puoca importanza fù uitiata, et essendo in potestà d' un gentil huomo multo riccho, si confessò al nostro Padre, della quale quantunque primo multa faticha si pigliò, andò non dimeno finalmente alla relligione de conuerse. Tutto sia a exaltatione del nome di Jesù nostro Signore.

Resta da dire quel che nel secundo luogho haueua proposto, nel quale multo s' è seruito il Signore dell' opera de nostro Padre. Sa S. R. P.[ta] in quanto periculo era uenuta la corte dell' Illma. Duchessa di questa cità, perche secundo il commune parlare, un captiuo infecta l' altro, il che si fosse accascato (la qual cuosa il Signore non permetta), quanto male sarebbe stato a questa cità ogn' uno facilmente il puo comprehendere, perche si alcuno tacitamente sta nel fangho della heresia, non è dubbio, che uedendo li principali nella loro medesma uoluntà, non hauesseno detto publicamente quel che oculto sta nella interiore parte del cuore; sapendo ogn' uno la licentia di peccare con speranza di non essere punita, spesso molti fa diuentare procliui al peccato: ma il Signore, essendo la stessa misericordia, non così facilmente alcuna uolta permette il suo populo incorrere nelle mani dell' inimico, hauendo lui più cura di quello, che huomo non puossa imaginarselo; così illuminò la mente di quella nobilissima famiglia, che la uerità non solamente con gl' occhi del animo, ma quasi con gl' occhi corporali la uedessero. Doue il figliolo del Illmo. Signore Duca di Ferrara, per nome D. Aloysio, designato Episcopo della detta cità, tutte le sue figliole et ancille, le quale più sono, che non mi ricordo hauer uisto mai d' altro Principe, essendosi primo confessati al nostro Padre, in la vigilia dell' Assumptione della Madonna si communicorono, alle quale dette dopuo nostro Padre due dottrine christiane. Ma quel che più fù, sopra un grande gaudio, uenne una maggior letitia; che quella, la quale sotto spetie di maggior bene, così nel falsissimo errore s' era posta a caminare, che non li pareua mai possersi stancare; la quale tanto tempo fù fuora della luce, nelle tenebre staua: nell' animo della quale la macchia dell' heresia così s' era inuecchiata, che non senza gran faticha s' habbi possuto leuar uia: finalmente lassò quella peruersa opinione et fece uoto uiuere et morire nella sancta chiesa romana, et anchora fece uoto, senza che fosse ricercata, di credere tutto quello che nostro P. li direbbe, al quale essendosi confessata, dopuo il detto nostro P. hauere celebrato la messa nel Palatio et hauendo predicato sopra il Sanctissimo Sacramento, deuotissimamente si communicò, et acciò si prouedesse alla perseuerantia di questa sua buona conuersione, questi giorni passati molto operò per il suo seruo,

che con le frequente exhortationi sue al Illmo. S.or Duca, si mandasse in effecto uno di quelli puncti, li quali nostro P. hauea dato al [Duca] per il gouerno de Madamma, et quello è stato sino adesso più difficile de tutti gl' altri, cioè che Madamma habitasse in castello o uero non troppo da lungho; il che grandissimamente importaua: perche si questi dì passati fù mandato un certo famiglio da un Vescouo, che dicesse da parte sua a Madamma che lassasse la familiarità di nostro P. et non permettesse altramente accostarseli più in casa (si cuome del figlio Don Aloysio, del Duca, fù referito al nostro P.), perche verrà quel tempo, diceua, quando sarremo da questa cità discacciati, cuosa sarebbe (stando Madamma quasi insieme con il Duca, perche habitano tutti duoi in castello), si stesse da lungho, et la porta fosse aperta a tutti infecti?

Dette opera nostro P. diligentemente si discacciassero questi simili animali, nelli quali non si può dire, ne ancho pensare, quanta peste si ritruoua, li quali non fano peccato qualsiuoglia ribaldaria et contaminatione delle cuose pertinenti al culto diuino, ma sono una sentina di tutti mali. Fece anchora nostro Padre si brussassero da circa cento libri di heresia; et che si facesse un' editto contra li heretici, che niuno non solamente non parlasse d' heresie, ma (si fare si puotesse) non si pensasse: et che Madamma udisse la messa.

Mi ha parso ancora non lassare da dire come questi dì passati la medesma Madamma, figliole et donne, quale nella sua corte stano, si confessorno al nostro Padre, et il giorno di tutti Sancti dopo hauer celebrato et predicato, si communicorono con grandissima deuotione en quanto io posseua iudicare, perche sempre fui presente. Doue quanto si puossa di questo sperare S. R. P. il può iudicare; questo uoglio pur sappia, ogni dì accrescere nella Sancta fede, et nelle cuose sacre grandissimo frutto si uede. Le sue figliole insieme seco frequentamente legono li precepti della Sancta doctrina, si instruino le ancille et tutte altre donne nelli cuose pertinenti alla salute loro. Nostro Padre ogni dì ua da Madamma a raggionar seco de cuose spirituale in confirmatione maggiore della sua fede, et puoco fa publicamente in una delle sale de Palatio predicò a Madamma et altri (lasso le priuate prediche) sopra del judicio. Queste cuose si non cuome si ricercaua ho exposto, sono almanco state

un' indicio di quel che sarebbe stato necessario dire, et maxime che dal nostro Padre hauerà inteso parte.

S' insegnano li putti di questa cità nelle lettere et uirtù, nelle quale fanno assai frutto. Tutti, Padri [et] Fratelli, per gratia del Signore stano bene, et si essercitano in quelle cuose che dalla Santa obedientia li sono comandate.

Desideramo anchora la sanità de S. R. P. per maggior gloria del Signore et de tutti Padri et Fratelli, alle orationi delli quali tutti ci raccomandiamo acciò da quelli aiutati si degni il Signore dareci la sua sancta gratia, con la quale più ardentemente et spesso [sia]mo preparati a pigliare qualsiuoglie fatiche a laude et gloria sua, alla quale per sua misericordia si degni perducere per infiniti seculi di seculi. Amen.

Da Ferrara alli 28 di Nouembro 1554.

D. V. R. P. inutile seruo,

AMBROSIO PULLICINO.

CCCXXXIII

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 30 Novembris 1554 [1].

†
IHS

Gratia et pax Christi Domini nobiscum. Amen.

Conabor quam potero breuibus, R.de in Christo P., comprehendere ea, quae Dominus Optimus Maximus istis in partibus hoc mense Nouembri operari dignatus est, ad gloriam sui sanctissimi nominis.

---

[1] Autographae duplici in folio sub nn. 240 et 241. Est et apographum etiam in duplici folio, nn. 242 et 243, in quo aliquantulum textus immutatur: quas immutationes ad paginae calcem italicis characteribus describemus.

Cum dubius essem, vtrum mihi Nouiomagum proficiscendum esset necne, commendabam causam Deo, vt ipsius beneplacitum hac in re cognoscere possem. Eodem die venit tabellarius missus a Nouiomagensibus, per literas rogantibus vt Nouiomagum venire vellem, quibus lectis, non dubitaui amplius de Domini voluntate, sed altera die [1] Diui Martini Episcopi et confessoris Nouiomagum proficiscor cum eodem tabellario. Venerat enim sabbato die. Nouiomagum distat Colonia 19 milliaribus satis magnis. Est enim, tempore hyemali, trium dierum iter.

Veniens Nouiomagum, humaniter admodum suscipior a Domino Mauritio, maioris Ecclesiae canonico ac concionatore, qui etiam se nostrae Societati dare intendit. Altera die ab alio canonico M. Thoma Buiis vocor, qui ex senioribus est, et probae admodum vitae, in cuius aedibus multos congregatos inueni, qui me summa humanitate [2] receperunt, quibus accessit mater Magistri Henrici Dionysii, et mater Magistri Theodorici Canisii cum sorore Magistri Thomae; quae et nobis confessa est, quod et mater Magistri Henrici fecisset, sed non dabatur tempus: alias faciet; maximam charitatem etiam nobis ostendentes. Omnes simul pransi, postea per aliquos [3] ducor ad videndum locum et domos, quas virgo illa sexagenaria [4] intendit Societati dare, imo iam dat, et dabit [5], si Societas dignetur suscipere. Locus amplus est, et domus duae, quae magnitudine [6] ac altitudine omnium vicinorum domus excedunt, quibus adjunctae sunt tres aut quatuor domus paruae, inter quas est planities magna, in qua magna ecclesia aedificari posset. Hic locus optimum habet aërem nec procul est a summo templo et a schola. Intus supellectilibus necessariis ornatae sunt [7]. Si locus vendendus esset, bene valeret tribus millibus florenorum. Est et alia matrona, quae suam domum, huic loco vicinam, etiam Societati dare vult. Est et alia matrona, ad quam vocatus fui, cu-

---

[1] *postridie*. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 275, n. 594 et annot. 5.

[2] *qui nos summa cum humanitate*.

[3] *A prandio per aliquos*.

[4] Theresia [?] van den Bergh, B. Petri Canisii matertera. Vide BRAUNSBERGER. *Canisii epistulae et acta*, t. I, pag. 761.

[5] *imo dedit*.

[6] *Locus amplus est, domus duae magnitudine*.

[7] *Aedes vero supellectilibus necessariis ornatae sunt*. Verba sequentia *si locus vendendus esset, bene valeret tribus millibus florenorum* omittuntur in apographo.

piens nobis confiteri, quae non solum suam domum, sed omnia quae habet vult Societati relinquere.

Maximus est numerus eorum, qui Societati prouidere volunt in necessariis, inter quos est mater Magistri Henrici Dionysii quae, putans nos mansuros, coqui fecit optimam cereuisiam et, vt ab aliis intellexi, clam sollicite interrogare coepit quidnam necessario in domo haberemus: sic et alii [1] ciues faciunt. Modo ea, quae ad officium Missae pertinent, parant, et alia necessaria. Aliae matronae precibus instituerunt, vt ea, quae ad esum pertinent, in earum domibus parari possent, vt ab ea cura liberi, rebus magis necessariis vacare liberius nobis liceat ad proximorum salutem. Est alia matrona, quae 100 aureos paratos habet pro Societate, quamprimum venerit. Noster hospes in testamentum fecit Societati [2] unam crucem ex auro, in qua magna pars crucis dominicae continetur. Soror Magistri Thomae, confratris nostri, etiam speciale obsequium Societati praestare intendit. Si singulorum corda in particulari P. V. proponere vellem, vt mihi nota sunt, calamus et vires deficerent. Mira et inexplicabilis est deuotio Nouiomagensium erga Societatem Jesu. Multam pecuniam etiam offerebant: vna manum plenam daleris, aliae aureos nummos, nescio quoties; sed nihil recipere volui: unde earum charitas ad Societatem magis excitata fuit.

Cum iam locum vidissem, quem valde aptum puto pro Collegio Societatis, reuertor ad domum canonici M. Thomae Buiis, vbi tantus [3] hominum numerus venit, consulendi confitendique gratia, vt 6 diebus continuis non potuerim ipsis satisfacere, licet mane hora 6.ª inciperem et vsque ad vesperam 6.ª hora continuarem: tanta erat deuotio populi, vt vix prandium sumere liceret. Quaedam personae nobiles a duobus milliariis veniebant. Quotquot venerunt nullus sine magna consolatione in Domino abibat, dicentes quod non voluissent pro toto Nouiomago, quin adfuissent nobis [4]. Tot lachrimae effundebantur, tot noua proposita bona operabatur Dominus (cuiuscumque etiam

---

[1] *quidnam necessarium domi esset: sic alii.*
[2] *Noster hospes testamento legavit Societati.*
[3] *quo tantus.*
[4] *Ex his qui veniebant nullus sine magna consolatione in Domino abibat dicentes nonnulli quod noluissent pro toto Noviomago non adfuisse nobis.*

conditionis essent homines), vt nunquam simile mihi contigerit. Nullam sentiebam lassitudinem, sed tam eram recens [1] ac nouus vesperi, cum iam 6.ª hora esset, quasi mane fuisset, quando incipiebam. Mirabar plurimum immensam Dei bonitatem. Non puto aliquem fuisse, qui non specialem a Domino consecutus est gratiam, vt omnes fatebantur et mirabantur. Nec Dominus canonicus, hospes noster, a gratia exclusus fuit: ipse quoque vitam statuit ordinare in melius. Dicebat aliis, me praesente, quod in vita sua tale quid Nouiomagi non contigisset, nec a centum annis tale quid auditum fuisse.

Tandem ipso die Sancti Clementis, clam, paucis scientibus, iterum Coloniam proficiscor [2]; ipso vero die Sanctae Caeciliae, videntes omnes Dei operationem et Christi Jesu gratiam omnibus (sua clementia) administratam, rogauerunt obnixe et coëgerunt vt locum cum domibus recipere vellem: respondi me scripturum ad P. V. Tandem precibus multis hoc impetrarunt, vt claues domus reciperem, et quando Nouiomagum redirem, domibus vterer pro hospitio, vt homines consulendi gratia possent nos liberius accedere, quorum adhuc maximus est numerus, quibus non dabatur locus nec tempus nos accedendi: qui circa Natalem Domini, aduentum nostrum expectant. Quare cogitaui, si Dominus sic ordinauerit, Natalem Domini Nouiomagi celebrare; sed de his plura primis literis ad P. V. scribendis.

Confrater noster M. Johannes de Cathena, me absente, omnibus bene satisfacere potest. Quando enim proficiscor non diu extra Coloniam haereo [3]; ipse iam se parat ad gradum baccalaureatus Sacrae Theologiae.

Non facile explicare possum quantum fructus spiritualis attulerit Nouiomagensibus abitus Magistri Henrici Dionysii et Magistri Thomae [4], sic relictis omnibus Christum Dominum sequendo [5]. Omnes enim hoc exemplo maxime aedificati sunt, et plurimi eorum exemplum conantur imitari. Quare, relictis mundi vanitatibus, saepius confiteri student et communicare,

---

[1] *sed perinde recens.*
[2] *paucis scientibus, redeo Coloniam.*
[3] *extra Coloniam non diu haereo.*
[4] Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 274, n. 579.
[5] *qui sic relictis omnibus Christum Dominum secuti sunt.*

quorum iam maximus est numerus, ex quibus est et soror Magistri Thomae; spero quod et altera soror eius breui sequetur; de his alias plura.

Ad nostram Coloniam venio, quam puto nunquam magis indiguisse bono aliquo concionatore et doctore sicut modo. Lutherana secta in dies hic augmentum sumit: tres concionatores admodum infecti libere effundunt quicquid volunt: nullus se ipsis opponit: maximum populi concursum habent. Est qui nobis hic domum parat, sed non est praesens modo; puto eam iam paratam, sed post eius reditum omnia latius ad P. V. scribam [1].

R. P. Prior Carthusiae et reliqui amici vnice se commendant P. V. et patrum ac fratrum precibus.

Bene valeat P. V. in X.°, cui et nos vnice commendatos cupimus. Raptim.

Coloniae, ipso die Diui Andreae Apostoli 1554.

R. V. seruus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio in quarta pagina.—R.do in X.° Patri D.no Ignatio a Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1554. Quad. Colon. ult.a 9.bri

[1] Quae sequuntur, praeter diei subscriptionem, desiderantur in apographo.

CCCXXXIV

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 1554 [1].

Ex aliis ejusdem P. Leonardi ad eumdem Patrem nostrum.

De Nouiomagensibus R. V. statuet quemadmodum ipsi uidebitur, valde enim desiderant Societatem circa aestatem futuram. Etiam si P. V. 14 mitteret, in necessariis prouidebitur ipsis. Locus amplus est, ut facile 40 ex nostris capere posset. Lutherana secta in istis regionibus in dies augetur; etiam Nouiomagi: nihil hic magis requiritur quam ut homines uideant Societatis officia, quodque illa in communitatibus praestare ualeat; quibus uisis, quis pro Societate non stabit?

---

[1] Apographum sub finem primae paginae folii n 343.

CCCXXXV

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 1 Decembris 1554[1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate.

R.de in Christo Pater: humilis obedientiae atque officiosae salutationis praemisso obsequio, Reuerentiam tuam Societatis negotiorum in hac Parisiensi Academia, haud status, sed turbinis, non successus, sed praeposterae commotionis, certiorem reddimus. Atqui post saeuam ferocium animorum tempestatem, portus salubrem tranquillitatem et speramus et meditamur. Juuabit aliquando meminisse laborum atque aerumnarum, quibus obnoxii, corruptorum hominum venenatis proscindimur linguis, calumniis confodimur, impiis persuasionibus aures piorum obtundentibus conculcamur. Adeo desperata est Societatis, hactenus hic sepultae, nunc vero paulatim emergentis, salus. Sed dextera Domini vim atque energiam suam exeret, et salutem operabitur in medio terrae, vel aduersariis testibus. Initia quidem dolorum nos adhuc vrgent ac premunt, necdum finis praelucet tam acerbi atque diuturni laboris: sed dabit Deus his quoque finem laetiorem, quam pro humana opinione.

Theologi asserunt se priuatum quidem de facultatibus Pontificia auctoritate Societati concessis tulisse arbitrium. At publicam Synodum (Calendis graecis forte cogendam) expectandam esse, qua coacta, singuli sententiam promulgabunt super Societatis admissione, ac demum vniuersi communi suffragio de no-

[1] Autographae in duplici folio, nn. 253 et 254.

stri electione aut reprobatione decretum Senatui referendum statuent. Certe plerique, vt nihil agant, quod vel Pontificiam dignitatem offendat, vel Societatis negotium promoueat (vtrumque enim euitare student, neutrius periculum euasuri nisi mentem mutent), simulant, neutiquam nobis persuasuri, se Societatis negotia administrare, quum taedium nobis parere, nosque vana spe lactare studeant. Episcopus Parisiensis [1] infesta Societati signa assidue minatur. Quo res tandem eueniet penitus ignoramus, nisi quod parum fauoris a theologica facultate nobis polliceamur. Faxit Christus vt proximis literis laeta P.ti tuae renuntiemus.

Superioribus literis proxime elapso mense ad R.tiam tuam missis [2] intellexisti me R.di Patris Paschasii auctoritate fretum, auspiciis praeteriti mensis in tribus pagis concionem habuisse cum frequenti populi confluxu et fauore: cuius argumentum praebuit pius Dominorum eius pagi, in quo quinque habui conciones, affectus, Patrem Paschasium rogantium num proxima quadragesima ipsius arbitrio ibidem ac pagis circumuicinis concionari vellem: quibus Pater nec refragatus est nec omnino consensit, donec negotiorum opportunitas se offerat. Subsequentibus dominicis diebus in tribus aliis pagis ecclesiastae officio functus sum, humanissime a Domino loci, in quo postremam habui concionem, exceptus, licet ego pro meo more omne conuiuii contubernium vitare modesteque recusare soleam.

Itaque Euangelii ministerio functus trimestri fere spatio in undecim, tum Senonensis, tum Parisiensis dioecesis, locis, domum reuersus, eum, qui penultimus nostrae familiae numerum auxit, complures dies cum febri acuta, absque vlla intermissione corpus ipsius exagitante, luctantem offendi, quem iam vnum ac viginti dies febri continua aestuantem, coelestium ciuium numerum propediem aucturum tum medici tum chirurgus, atque adeo nos ipsi arbitrabamur. Atqui mitius nunc se habet, phlebotomiam seu venae incisionem tertiam hodie passus: in gravi tamen adhuc haeret discrimine, quem P.tis Tuae orationibus commendamus obnixe. Picardus est na-

[1] Eustachius du Bellay.
[2] Intellige litteras proxime elapso quadrimestri Romam missas, quas habes supra pag. 107.

tione, vigesimum quintum superans annum, humanioribus literis dans operam, bonae indolis ac rarae modestiae.

Reliqui, numero decem, bona potiuntur valetudine, atque studiorum progressu promouent, quibus id iniunctum est; quorum tres literis humanioribus dant operam, quatuor philosophicam periodum decurrunt. Ego solus theologiae studio incumbo. Quatuor sunt sacerdotes, plures futuri si per Episcopum licuisset.

R.mus Dominus Clarmontanus se Reuerentiae Tuae quam officiosissime commendat. Idem efflagitat illustris libellorum regiorum Mgr. Dominus Montanus [1], ante pauculos menses Regius Consiliarius atque supputationum Curiae Secretarius, qui nobis fidem dedit se Regem super nostro negotio conuenturum, si theologi parum propitii nobis fuerint. Medicus quidam Parisinus, Aleman cognomine, Christi nomine nostrae valetudinis curam gerit, omnem offerens nobis operam cum altero quodam medico non obscuri nominis. Proinde vtrumque P.tis Tuae commendatum habere digneris.

Vniuersi Patres ac fratres se totos tuo offerunt imperio, omnia aggressuri constanter tuarum orationum fiducia, inter quos me inutilem, spe tanti praesidii gestientem, pio patrocinio promouebis pro paterna tua pietate.

Vale, P. obseruandissime in Christo Jesu, qui te nobis diu seruet incolumem.

Parisiis, ex aedibus Clarmontanis, calend. Decembr. 1554. Imperio R.di P. Domini Paschasii Broët.

V.dae Paternitatis tuae seruus in Christo minimus,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

Superscriptio in quarta pagina. R.do in Christo Patri Domino Ignatio de Loyola Praeposito Gnali. Societatis nominis Jesu. Romae.

Alia manu. 1554. Parigi. Di M. Roberto p.° di Decembre.

Vestigium sigilli.

---

[1] Dumont, seu du Mont.

CCCXXXVI

Ferdinandus Gomez,
Ex commissione Patris Bartholomaei Fernandez,
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 15 Decembris 1554 [1].

IHS

Admodum R.de Pater in Christo.

Gratia et pax Christi etc.

Tanta est animi nostri laetitia, qua, nuntiis tuis, admodum R. P., nostrorum Patrum fratrumque charissimorum, qui ab his regionibus huc nobis afferuntur, frequenter afficimur [2]: ut, licet nobis imperatum non esset nisi quaternis quibusque mensibus literas ad te mittere, alias etiam atque alias libenti animo scriberemus. Nec iniuria, siquidem eamdem vos, cum nostras legitis, ob summam vestram in Christo erga nos charitatem, capere laetitiam arbitramur. Iam de omnibus, quae hic apud nos aguntur, certiorem te faciamus.

In hoc collegio, summas Deo optimo maximo gratias, modo viginti duo viri tantum sunt [3]: patres sex, reliqui vero fratres; ex quorum numero P. Paulus [4], iussu Patris nostri Franci-

---

[1] Autographum unico folio constans, n. 314.

[2] Sermo est de litteris *de nuevas* seu historicis, quae subinde Roma in omnes Societatis domos mitti consueverunt. Vide POLANCI *Chronicon*, t. I, pag. 289, annot. 1.

[3] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 374 et 376.

[4] Ido el P. M.° Nadal sacó el nuevo Comisario (S. Franciscus de Borja) de este Colegio (ex Collegio Salmanticensi) las piedras primeras que tuvo por cimientos la Provincia del Andalucía y reino de Granada. Estaban entonces en Córdoba los Padres Francisco de Villanueva y Antonio de Córdoba tratando de dar allí principio á un colegio nuestro, pero ni habia gente ni disposición de comunidad, y así los primeros fundadores de aquella provincia salieron de esta casa el año de 1554, el P. Juan Suarez, el P. Gonzalo Gonzalez, el P. Basilio (P. Alphonsus de Avila qui, nomine commutato, appellabatur Basilius) y el P. Pablo Hernandez, y los hermanos Juan Gutierrez y Diego

sci [1], crastina die Hispalim profecturus est, ubi est alius Pater nomine Xuarez [2], qui hinc a nobis superioribus diebus illuc ivit, et P. Franciscum ibi expectat: ipse [3] enim 15 cal. Januarii in eamdem urbem ab oppido Plasentia se conferre decreverat.

Postquam his quatuor elapsis mensibus ad te scripsimus, quinque scholastici domum nostram ingressi sunt; quorum duo sacerdotes, unus in iure canonico creatus, iam baccalaureus, et in artibus duobus annis versatus est: alter vero sacram theologiam discere inchoabat. Ex tribus laicis [4], unus in eodem iure canonico baccalaureus, alius duobus annis sacrae theologiae operam dederat, alius vere in artium ludo adhuc se exercebat. At vero omnes isti et reliqui, qui in examinandis animis sunt occupati ac detenti [5], summa animi sui abiectione spiritusque ardore maxime nos aedificant et confundunt.

Nimirum, admodum R. P., ut res feliciter cedit, Deus opt. max. in dies magis ac magis in omnibus (quae summa eius est benignitas et clementia) nobis favere videtur. Sex sunt modo, qui admitti efflagitant, quorum maiorem partem, postquam artium cursum peregerint, recipiendam esse credo. Qui in nostro hoc domicilio in spiritualibus bonis se exerceant, nunquam desunt. Item, in hac universitate hominum studentium, et vitae et morum maxima apparet mutatio ut nostri huc adventarunt. Christo opt. max. sit summa perpetuo et laus et gloria.

Ex nostris omnibus duodecim tantum sacram theologiam audiunt, qui in audiendas lectiones foris [6], et domi singulis diebus repetendas, summa cura ac diligentia incumbunt. Ad haec decimo quinto quoque die quaestiones communes cum maxima omnium aedificatione, qui eis intersunt, domi substentant. Adsunt quidem viri nobiles, praesertim postquam huc ad nos venit Pater D. Antonius a Corduba [7]: quocum maxima fere

---

Lopez, llevando por Provincial primero del Andalucía al P. Dr. Miguel de Torres.... VALDIVIA, *Historia* ms. *de la Compañía de Jesus en la Prov. de Castilla*, Colegio de Salamanca, paragr. 5.°

[1] Patris Francisci de Borja.

[2] P. Joannes Xuarez, dictus etiam quandoque Suarez.

[3] P. Franciscus de Borja.

[4] Nondum sacerdotes intellige, qui tamen ad scholasticorum gradum in Societate admissi sunt.

[5] Clarius hoc diceretur sic: *qui spiritualibus exercitiis vacant*.

[6] Scilicet in scholis Universitatis Salmanticensis.

[7] Is Salmanticensis Universitatis Rector olim fuerat, et nostro Collegio sub hujus

omnium, cum foris in scholis versabatur, erat familiaritas et consuetudo. Caeterum huius universitatis doctores praeclari, tum propter summam erga nos charitatem, tum ut omnes nos doceant, quaestionibus libenter intersunt: unus maxime frater Dominicus [1], qui publice in scholis hora vespertina sacram theologiam profitetur: doctus quidem, honestus, et probus vir, nosque in Christo maxime diligit: quem nostrorum praeclaram modestiae virtutisque servatam normam, non amisso animi ardore ingeniique acumine inter argumentandum, apud fratres suos domi maxime laudasse nobis nunciatum est.

Ad Christi doctrinam, quam palam in templo docemus (quae summa Dei opt. est bonitas) frequens populus concurrit. Ad audiendas confessiones, etsi multo plures essemus, omnibus satisfacere non possemus: tanta est hominum poenitentium copia, qui maximo animi ardore ac desiderio, ut peccatorum onere eleventur ac reficiantur, ad nos veniunt. Item ad homines aegrotantes visitandos adeo nos petunt, ut, si id curaremus, vix aliud opus praestare possemus. Duo huius oppidi cives in domo nostra in bonis spiritualibus se exercuerunt; qui tantum in virtute, cognitione sui, Deique ope, brevi tempore profecerunt, ut in hac re maxime sit Christus opt. laudandus: quos, quia noti omnibus sunt in hac civitate (Deo opt. max. auxiliante), multos ad verum Christi cultum ac pietatem, veluti hamo pisces, capturos speramus. Ille, qui eos vocavit, et in vita christiana conspicuos, et in suo obsequio in dies perfectiores reddat, nosque omnes uno animo pares, utcumque velit, efficiat. Praeclaris tuis obsequiis assiduisque in Deum orationibus, admodum R.de P., nos omnes, quos in Christo summopere diligis, iuva.

Salmanticae, 18 cal. Januarii 1554.

Ex commissione Patris Fernandez [2],

inutilis servus,

FERDINANDUS GOMEZ.

Superscriptio in secunda pagina. IHS. Admodum R.do in

---

anni aestatem praefectus. Vide POLANCI *Chronicon*, t. III et IV, ubi de Collegiis Salmanticensi et Cordubensi agitur.

[1] Fr. Petrus de Sotomayor. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, n. 816.

[2] Frequentius reperitur scriptum *Hernandes*.

Christo Pri. M. Ignatio Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu. 1554. Salamanca. Di Ferdinando Gomez, 15 di D.bre R.ta alli 2 di Giugno.

CCCXXXVII

Aegidius Gonzalez,
***Ex commissione* Patris Emmanuelis Lopez,**
Patri Ignatio de Loyola.
Compluto, 24 Decembris 1554 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

La gracia y paz de Christo nuestro Señor sea siempre en nuestras ánimas. Amen.

De las cosas deste Collegio destos quatro meses, lo que en suma se offreze que screuir á V. P. es la continuacion y augmento en los exercicios y otras cosas de que en las pasadas se a dado más larga relacion á V. P.

El concurso de los que frequentan la sanctíssima communion siempre es grande, y cada dia se augmenta más con el fauor diuino, mouiendo siempre mucho el exemplo y edificacion de unos á otros, y asy á la contina cada semana comulgan en nuestra capilla docientas personas y mas, entre los quales ay muchos que con su buena uida y buenas letras dan de sy expectacion: serán para mucha gloria del Señor. Vltra desto ay otras confessiones extraordinarias, las quales siempre son muchas, ó por particular deuocion de algunos, ó por necessidades

[1] Autographae duplici folio, nn. 342 et 343.

spirituales, con las quales concurren frequentemente á los nuestros.

Es aora tanto el concurso y frequencia en todo esto, que siete sacerdotes, que ay en casa, no pueden satisfazer á todo confessando comunmente todos los domingos y fiestas, y auiendo algunos que particularmente tienen todo el tiempo deputado para esto.

Es siempre nuestro Señor mucho seruido, asy en esto como en otros exercicios y occupaciones pias, á que los Padres contınamente attienden con mucho augmento del seruicio diuino. Veense siempre muchas reformationes, á gloria del Señor, en hombres que antes uiuian distraidos con desedificacion y scándalo de los próximos, los quales aora con su uida y conuersacion christiana y perseuerancia en la frequentation de los sacramentos, sparzen de sy buen olor y edificacion á todos. Algunos auido *(sic)* que ocho y que trece años auian estado en peccado y offensa de Dios, y se an ya con la gracia de nuestro Señor reduzido al seruicio diuino, con mucho aprouechamiento y emienda de su uida pasada. An sydo tambien por medio de los nuestros perdonadas muchas injurias, desechas enemistades y rancores antiguos, fuentes de muchos peccados y offensas de Dios; y para mayor firmeza procuran los padres siempre de induzir á todos estos á la frequencia de los sacramentos, como á remedio único para la perseuerancia y augmento de toda uirtud. De muchas escreuiré aquí algunas cosas en particular á V. P., en las quales ha sydo mas conocida y alabada la diuina misericordia.

Auia uno, el qual, por trabajos y miserias que siempre le succedian, desperando ya de la infinita misericordia de Dios, muchos dias auia tenia determinado, en offreziéndose oportunidad, con miserable muerte dar fin á todo juntamente y á su uida; pero despues de muchas exhortaciones se confessó con un Padre de los nuestros, y asy fué de presto mudado, que los que agora ueen la tranquillidad, sosiego y gozo de su consciencia y uida, bendizen al Señor, conoçiendo ser esta mutacion y obra de la diestra del muy alto.

Fué tambien lo que se sigue obra no menos para gloria de Nuestro Señor. Auia uno dexado ocho años auia á su muger, no podiendo sufrir el desordenado modo de su uida, y al fin vol-

uia con propósito de tanto tiempo enuejeçido de satisfazer á su honrra, lo mas presto que pudiese, con la muerte de su muger y del adúltero, el qual, por ser hombre de honrra y rico, parezia auerse dado principio de muchas discordias y offensas de Nuestro Señor, y empeçado á encenderse fuego que seria bien dificil de apagarse; pero con la gracia de N. S., á quien ninguna cosa es difficultosa, tratando vno de los nuestros en algunas pláticas con el injuriado, asy fué mouido y tocado de la mano de Nuestro Señor, que con uerdaderas entrañas y gran conocimiento de su error empeçó á pedir concordia y tratar con toda diligencia della, y asy, dada la firmeza de todas partes, que en negocio semejante parezia ser necessaria, fueron todos con el fauor diuino al amor y hermandad christiana reduzidos; y lo que más es, al seruicio diuino (del cual hauia entre ellos quien 17 años auia estado apartado), bendiziendo todos á Dios nuestro Señor y conociendo la singular merced y beneficio que cada uno de la mano del Señor auia recebido.

Ni mas ni menos otro hombre, por semejante causa que en lo pasado, estaua muy determinado de matar á su muger, aguardando la occasion para ello. Pero ella, confessándose aquí en casa, ayudada con particular misericordia de nuestro Señor, asy mudó su uida, que agora, perseuerando en la contina correction della y frequentacion del sacramento de la penitencia, da mucho exemplo y admiracion á su mesmo marido. Algunas mugeres, en las quales habia sembrado el padre de la zizania tanta discordia y desamor con sus maridos, que por ninguna uia se podia acabar con ellas hiziesen uida coniugal con ellos, con la ayuda del Señor an sydo ya por medio de alguno de casa reduzidas á la paz y uerdadera concordia del matrimonio.

Vn hombre auia recebido vna herida tan graue, que dentro de pocos dias murió della, y por intercession de vn Padre que le confessó, libremente perdonó la injuria recebida, sin respecto á otra cosa sino á la gloria y honrra de Christo nuestro Señor.

En los exercicios spirituales que en casa se hazen, es siempre nuestro Señor seruido muy particularmente, asy por ser muchos y de diuersa condicion y estado los que aquí concurren á exercitarse, como por auer entre ellos personas de qualidad y manera, cuyo aprouechamiento y reformacion de uida redunda en exemplo y edificacion de muchos, de lo qual puede ser buen

testimonio que pocos dias antes que escriuiese esta á V. P., se auia exercitado vno de los principales caualleros que aquí estudian, el qual por sus muchos méritos speramos con la gracia de nuestro Señor será grande instrumento para la gloria y seruicio diuino.

Hizo tambien los exercicios vno de los más célebres professores de letras latinas y griegas, que ay en esta vniuersidad, Maestro en Artes, theólogo y de otras partes bien raras [1]. Syruese aora mucho nuestro Señor dél, por tener á cargo muchos que en su tierna edad juntamente deprenden con las letras la uirtud, y con ayuda de Dios dará presto de sy entero y cumplido fruto á Christo nuestro Señor, de quien siente ser particularmente llamado. Exercitóse otro que auia sydo muchos años con mucho nombre capitan, y aora no menos le tiene en visitar pobres, curarlos, limosnas y otras obras pias, en las quales con mucho exemplo de todos se occupa. Otro, que antes gastaua la renta de la yglesia que tenia con scándalo de sus ouejas, despues de auerse exercitado, con doctrina, exemplo y obras muestra ser uerdadero Padre y pastor dellas.

El P. Manuel [2] empeçó á proseguir con la doctrina christiana, como antes solia, en nuestra capilla, en pareziendo auer oportunidad de tiempo, que ya los estudiantes, acabadas las uacationes, concurran á los estudios; oyen siempre al P. muchos, y personas de toda manera, y á lo que por la bondad de nuestro Señor se muestra, con toda satisfaccion y mucho fruto, de lo qual esto puede ser buena muestra. Tratando el P. contra el abuso de los juramentos, asy en casa como en Santa Maria, ques vna parochia principal, donde el P. algunas uezes predica, por auer parezido á personas de autoridad ser este remedio vnico para quitar muchas offensas de nuestro Señor, procuró que se induxese en el pueblo aquella sancta cofradía del nombre de Dios, que en muchas partes de España se ha instituido con mucha gloria del nombre del Señor [3], y con el fauor de Dios fué con mucha aceptacion recebida asy de los estudiantes como

---

[1] Vide Polanci *Chronicon.*, t. iv, pag. 412, n. 890 et annot. 2; et pag. 413, n. 892, et pag. 414, annot. 1.

[2] P. Emmanuel Lopez, Collegii Complutensis Rector.

[3] Vide Polanci *Chronicon*, passim, praesertim in t. iv, pag. 358, n. 765, et pag. 514, n. 1088.

del pueblo, y será, segun en el Señor speramos, con mayor y mayor fruto por auerse despertado en algunas personas de qualidad, zelo de la honrra del nombre diuino; y algunos, cuyas letras y religion son aquí de mucha estima, en públicos sermones an encomendado á todos lo que el P. a encomençado. Bendito sea el Señor que ya el nombre de la Compañía, que aun muchos ignorauan, se oye y se celebra en los púlpitos y en las cáthedras con mucha gloria de Christo nuestro Señor. Plega la diuina bondad de dar en todo próspero successo y augmento para su mayor seruitio. Amen.

Los hermanos continuan sus sólitos exercicios de obedientia y studios con toda diligencia y aprouechamiento; ay aora en casa disputas quasi en toda facultad y género de studios; las conclusiones de theologia se tienen los domingos. Eran ocho theólogos; pero el uno [1] fué embiado con los que van al Preste Joan. Las disputas de esotras facultades se tienen por su orden en un dia señalado de la semana. Van de los nuestros aora á las escuelas, tres en el 4.° curso de artes, que llaman Metaphysicos; cinco en el 3.°, que llaman Physicos; y vno en el primero. Assisten á nuestras conclusiones algunos de fuera con toda satisfaction de los studios de la Compañía.

En estos quatro meses an sydo de aquí embiados fuera, quatro á Cuenca, tres á Plasencia, y dos á Valladolid, en cuyo lugar se han admittido 4; el uno sacerdote, otro estudiaua rhetórica, los otros dos para los officios y ministerios de casa. Ay pero aquí aora muchos, que con mucha motion y desseos piden la Compañía, y entre otros son al presente 14 ó 15 buenos subjectos y de partes, que serán para el seruicio diuino en la Compañía, los quales están del todo determinados para luego, dexadas todas las cosas, seguir á Christo nuestro Señor en esta

---

[1] "Em quanto se expediam as letras, et se preparava o necessario pera em Lisboa se sagrarem (electus Patriarcha Aethiopiae, ejusque successores designati), et começarem sua viagem, se mandáram logo pera a India doze Religiosos, que por ordem de nosso Santo fundador estavam ja avizados, pera acodirem á reducçam d'aquella Christiandade de Aethiopia, estes eram os Padres Antonio de Quadros, pessoa de grandes prendas, de quem falo na segunda parte da Chronica, Manoel Fernandes, Micer Joam Framengo, Miguel Calataud Catelam, et Jeronimo de Quenca, et os irmãos Joam Gonçalves, Bertholomeu Carrilho, Francisco Lopez, Gonçalo Cardoso, Antonio Fernandes et Joam de Bustamante: et vieram mays tres Religiosos da provincia de Castella chamados o Padre Andre Gonçalvez natural de Medina del Campo, o Padre Paschoal Catelam, et o irmam *Affonso Lopes.*" ALMEYDA et TELLEZ, *Historia Geral de Ethiopia a Alta*, l. II, c. XX.—Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 422, n. 910.

Compañía, cuyos deseos son aora differidos, asy para prueua de su perseuerancia, como por no auer aquí la comodidad sufficiente. Va siempre la diuina misericordia extendiendo el nombre de la Compañía y descubriendo abundante materia para gloria y seruicio suyo. Todos pedimos humilmente ser encomendados en los sacrificios y oraciones de V. P., para que el Señor nos dé gracia seamos dignos obreros de su diuina Maiestad. Amen.

De Alcalá, víspera de Nauidad 1554.

De V. P. mínimo hijo en el Señor,

Por comission del P. Manuel,

GIL.

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do en Ch.to P. el P.e Maestro Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus.

Roma.

Alia manu. 1554. Alcalá. Del P. Manuel scrita la Vigilia del Natale del S.re R.ta 25 di Maggio.

Et alia. Quadrimestre.

Et alia. Quadrimestre de Alcalá.

CCCXXXVIII

Jacobus de Acosta
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 29 Decembris 1554 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Christi Jesu Domini nostri Paternitati tuae semper ac semper aspiret. Amen.

Quod Tuae Pat. his literis sese nuntiandum offert, illud plane est, in hoc Collegium Jesu principio Septembris proximi iam demum nos commigrasse. Quod in praesentiarum tenemus et religione et commoditate officiis nostris aptiori ea, quam prius habebamus in illis, quibus demigramus, aedibus. Quae si algori plus istis obsistere videbantur, attenta tamen aptitudine praedicta instantiaque recenti huic operi addenda, factis calculum adiicimus. Itaque dignum habuit Dominus ut hoc quadrimestri fastigium ac tectum ipsi imposuerimus operi. Praecoluimus item, hocceque habitaculum ita refecimus, ut in ipso habeamus mediocre quodpiam sacellum, ubi Sacramentum Sanctissimum laeti admodum statuimus. Hoc sane ad Dei laudem plurimum excitare videtur, concursus nempe videre ad confessionem ac communionem ut in dies magis magisque augescat una cum spirituali profectu. Hodie namque mecum agebat quidam, qui huc heri accessit pater, de quodam elegantissimo uiro, qui plurimis diebus cuipiam puellae se privatim spoponderat, eamque eo destituerat, quod inferioris se fastigii esset: quem cum convenisset ex nobis Pater unus, usque adeo commotus est, ut iam iam pu-

[1] Autographae in duplici folio, primo sub n. 447, altero vero non numerato.

blice hodie gratia benevola se puellae desponderit. Christo Jesu gloria. Hanc etiam gratiam R.dus Methymnensis Abbas [1] mira benevolentia in nos contulit, benedicendi scilicet domui ac ecclesiae futurae, cui solemniter propria manu primum lapidem subiecit. Nonne merito pectora nostra plurimum exhilaravit tam inversum cernere Abbatem, ac ex illo, qui se nobis exhibere solebat, tantopere immutatum [2]? Laus illi, qui tantis rebus et reddidit et nunc effectum reddit in mei ipsius confusionem.

Duo grammaticorum fratrum duplices hoc natali de puero Jesu orationes latinas condiderunt, quae exultatione, tum Fratres ac Patres omnes, tum etiam extrarios huius domus studiosos, maxima sunt prosequutae. Habitae enim fuerunt in nostro sacello, cum omnibus communes essent.

Quod ad salutem spectat, est omnibus bene semper. Laus Deo. Nec utcumque cura astringimur salutis Pat. Tuae, cui Dominus hanc sic sufficiat copiose, ut ea filiis tuis, Societati nempe ipsi, opus esse videtur, in crementum Dei servitii.

Methymnae Campi, quarto Calendas Januarii, anno a nati[vitate] 1554.

Minimus et inutilis servus P. T.,

† JACOBUS DE ACOSTA.

Superscriptio in quarta pagina: Admodum R.do in Christo P. nostro, P. Magistro Ignatio, Praeposito generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu. 1554. Methymna Campi. Quadrimestres, 29 Decembris.

Vestigium sigilli.

---

[1] Didacus Ruiz de Camara. Vide supra, t. II, pag. 60, annot. 2.

[2] Vide POLANCI *Chronicon*, t. II, pag. 626, n. 481.

CCCXXXIX

Erardus Avantianus
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 29 Decembris 1554 [1].

Pax Christi Jesu custodiat corda nostra et intelligentias nostras.

Quoniam, Pater admodum R.de, quatuor mensium tempus transactum est, quo iubemur ea, quae hic diuina clementia per tuos indignos filios operata est, referre, paucis V. P. morem gerere studebo, atque imprimis quae ad scholas spectant breuiter perstringere.

Studentium numerus, qui in dies nouis accedentibus augescit, in hanc excreuit summam. In prima quidem et suprema classe circiter 26 numerantur: in secunda 76: tertia plus minus habet 70: quarta vero 60: quinta et postrema circiter 80. Horum plurimos nostrarum scholarum rumor, vt ab iisdem accepimus ex diuersissimis prouinciis huc pertraxit. Nam Bohemi, Slaui, Bauari, Hongari, quotidie huc se conferunt, cupientes nostrae se subdere disciplinae, quos eo libentius admittimus, quo intelligimus illos plus nostris indigere subsidiis. Nam vt est gens illa barbara, et agrestibus satis moribus, magisque rei militaris quam eorum, quae fidei sunt christianae, gnara, facile in periculosos sese praecipitat errores, maxime cum in illis partibus palam haeretici suorum dogmatum virus ignaris propinent. Quod ex plerisque manifeste didicimus, eiusmodi prauorum dogmatum contagione infectis, qui tamen vbi de veritate et doctrina christianae fidei a nostris, tum familiaribus alloquiis tum praecipue in confessione instruuntur, plurimos deponunt errores, sinceram fidem amplexantes, vt verissime existimam

[1] Autographum, totum Erardi manu, duplici in folio, primo n. 274, altero non numerato.

possit hos populos nulla re magis quam instructoribus egere, qui vita et verbis euangelica illis aperirent documenta, et simplicissima fidei christianae rudimenta traderent. Orandus misericordiae Pater vt viscera suae bonitatis aperiat, dignetur-que vineam suam visitare. Sed haec de nostra, quam alteram libet appellare Indiam, sufficiant.

Nostros scholasticos in dies experimur paratiores ad confessionis et sacrae Eucharistiae sacramenta; maxime hoc pium confitendi studium iuniores habent, qui et ad sacram suscipiendam communionem iuuenili quadam feruntur pietate, quibus habita temporis et aetatis ratione satisfacere studemus. Pergunt iidem sincero quodam zelo etiam non rogati nobis libros de haeresi suspectos, ut examinemus et igni tradamus, offerre, in quorum locum sedula nostrorum Patrum opera effectum est, vt *hortuli animae,* [1] *gersones* [2], et eius generis pii libelli sufficerentur, quibus iam euoluendis longe magis quam prius haereticis delectantur. Breuiter, in his nihil fellis, nihil contumaciae aut elationis cernas, sed pueros simplices, candidos, et ad veram religionem ingenua quadam ac innata pietate propensissimos, vt proinde istius germanicae iuuentutis candor ad sui commiserationem et bene de ipsis merendi studium nos compellat, vt a tantis haeresum labyrinthis, qui passim ob oculos versantur, Dei gratia et nostra indignorum seruorum eius opera praeseruati, persistant in communi Ecclesiae catholicae semita: aderit, vt speramus, vtrisque Patris aeterni subsidium, cuius non est voluntas vt pereat vnus ex his pusillis, sed vt conuertatur ad se et viuat.

Huic tantae multitudini cum loca domi nostrae opportuna deessent, expensis ac iussu Regiae M.tis [3] nonnulla instaurata sunt, et alia, tam in classes quam in commodiorem nostrorum habitationem, adaptata. Idem, quo est erga nos regio et liberali affectu, collegium nostrum certis ac perpetuis iam dotauit prouentibus, quibus breui speramus pluribus fratribus alendis accessuros ampliores, posteaquam numerum illum 30 persona-

[1] *Hortulus animae,* pius precationum libellus, iconibus illustratus, qui magno tunc temporis erat apud populum pretio, cujus rei argumentum sunt innumerae fere editiones toto illo saeculo XVI factae.

[2] Joannis Gersonis *opuscula;* fortassis liber *De imitatione Christi et contemptu mundi,* qui tunc plerumque Gersoni adscribebatur.

[3] Ferdinandi, Romanorum Regis.

rum nunc fere completum habemus. Hanc accessionem nos sperare faciunt plurimi iuuenes, quos tum crebra cum nostris colloquia et familiaris conuersatio, tum frequens confessio, ad nostrum institutum non parum accendunt.

Concionantur germanice, uti solet, in ecclesia cathedrali R. P. Canisius, in nostra vero Godanus [1] dominicis ac festis diebus: fratres autem nostri ad alia templa, praedicationis quoque gratia, postulantur frequenter, quorum conciones multum gratas esse populo numerus auctior atque attentior, necnon ad finem vsque concionis auditorum constantia, facile arguunt. Sed et R.dus P. Lanoy, multis alioqui distractus curis et negociis, tandem foelices laborum suorum, ob hanc linguam susceptorum [2], molitur edere partus, cuius exemplum nonnulli alii quoque imitari student, vt ex lapidibus istis plurimos suscitet Deus per eos Abrahae filios: quod futurum magis speramus si nostris istis paruis conatibus sanctae uestrae accedant preces.

Fructus autem, qui ex his concionibus prouenit, non est exiguus, tum si frequentiores confessiones, tum maxime si maiorem ad cultum diuinum populi cernas deuotionem. Nam quotidiana sacra, quae ab hora 6.a hyberno quidem tempore usque ad 9 vel 10 in templo nostro fiunt, permulti accedunt, tam hispani quam germani, quos singularis quaedam ad nostra sacra trahit deuotio. Diebus autem festis longe maior est quam antea populi frequentia, quos, praeter nostrorum sacra, singularis quoque optime nunc reparati templi cultus inuitat, vt etiam huic extranei sacerdotes moti libentius in nostro templo sua persoluant sacra. Non pauci etiam ad ipsius cultum atque ornatum promouendum, religioso quodam affectu ducti, pleraque nec parui quidem precii ornamenta, tum altarium, tum aliarum rerum, suppeditauere, inter quos proximis diebus matrona quaedam bohemica, multum Societati deuota, calicem preciosum vna cum suis appendicibus nobis donauit. Plura alia in dies offeruntur, quae cum repudiamus, ne superflua habere videamur, magnam admirationem id in ipsis excitat et aedificationem.

---

[1] P. Nicolaus Goudanus.

[2] "Ipse etiam P. Lanoyus, licet multis curis et negociis districtus, Germanicae linguae difficultatem superare (quod ipsi longe laboriosius erat, cujus idioma vernaculum gallicum fuit, quam aliis quibus flandricum erat) studio et exercitatione nitebatur, cujus exemplum et alii sequebantur, ut saltem in colloquiis et confessionibus, eis qui tantum germanicam linguam tenebant, prodesse posset.„ POLANCUS, in *Chronico*, t. v, ubi agit de Collegio Viennensi.

Sed venio ad pietatis officia a nostris maiora quam antehac germanis praestita. Nam cum in dies magis ac magis Societatis nostrae cognitio crescat, fit vt etiam plures germani nostrorum operam ad suos infirmos visitandos requirant, quibus pro virili satisfacere studuimus; nam plurimis sacrae ecclesiae sacramenta fuerunt administrata magno cum fructu, vt etiam speremus eos, qui conualuerunt corpore, hanc salutarem medicinam sauciae menti frequentius adhibituros.

De aliis quoque grauioribus rebus saepe consuluntur PP. NN.; nam D. Canisii opera multis in negociis, religionis catholicae reformationi pertinentibus, vtitur Regia Maiestas, cuius iussu adornatum compendium doctrinae christianae iam typis demandatur [1]. Praeterea ex contuberniis studiosorum, quae bursas vocant, paulatim eliminantur corruptelae et abusus, ac bona introducitur disciplina. In monte quidem aurto [2], vt vocant, vbi aliquando plures sunt quam 100 pauperes, exponit P. Godanus dominicis diebus a prandio doctrinam christianam, quibus et de vestibus prouidetur, corrasis hinc inde apud istos principes ac nobiles eleemosinis.

Haec sunt, P. R., quae scribenda se offerebant, quae, si minus tuae expectationi faciunt satis, eo libentius, nostram fatemur negligentiam, quo nos hinc facilius speramus V. P. precum iuuandos subsidio, vt semper beneplacitam Dei voluntatem et intelligere et adimplere queamus.

Viennae in Austria, 4 Calendas Januarii 1555.

Tuae Paternitatis indignissimus seruulus et in D.no filius,

ERARDUS AUANTIANUS LEODIENSIS.

Superscriptio in quarta pagina. IHS. Literae 4 mensium Collegii de Societate Jesu apud Viennam Austriae.

Alia manu. 1555. Vienna. Quadrimestres 29 Decembris.

Extat vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Sermo est de *Summa doctrinae christianae*, de qua vide BRAUNSBERGER, *Entstehung und erste Entwicklung der Catechismen des seligen Petrus Canisius*, et ejusdem BRAUNSBERGER *Canisii Epistulae et Acta*, t 1, praesertim pag. 522.

[2] Attrita est hic charta nec proinde certi sumus quid sit scriptum. POLANCUS autem in *Chronico*, l. c., difficultatem elusit, ita scribens: "In quadam autem congregatione pauperum, ubi centum et amplius erant, exponebat P. Gaudanus........"

CCCXL

Antonius Cordeses
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 31 Decembris 1554 [1].

R.[de] in Christo Pater.

Gratia, pax et amor Domini nostri Jesu Christi sint semper in omnibus.

Quae scribenda quatuor his mensibus obtigerunt in hoc Gandiensi Collegio, paucissimis comprehendam. Scripsimus alias Tuae R.[ae] P.[ti] pueros huius oppidi christianam doctrinam, nostris Patribus eam docentibus, addiscere: scripsimus etiam uberrimos inde colligi fructus: omnibusque, qui in hoc populo degunt, esse hoc exercitium quam gratissimum, nec minus fructuosum: his in praesentiarum solum adiiciam, fratrem quemdam in eodem exercitio perseuerare, in longum tempus (si Dominus dederit) perseueraturum.

Alius quoque frater natu grandioribus, uelut hactenus, interpretatur doctrinam christianam; quem, ut audiant, uiri, mulieresque grandaeuae multae ad templum nostri Collegii accedunt. Pater quidam, nomine Santanderius [2], in praedicando diuino uerbo dexter, multisque uirtutibus ad hoc opus praestandum a Domino dotatus, concionatur frequenter in nostro Collegio, ac etiam in templo maiori, quam sedem [3] nominant. Qui quidem, magna cum deuotione suaeque doctrinae approbatione, a cunctis auditur, in cuius rei testimonium illud

[1] Autographa, unico folio constans, n. 512. Reperitur haec epistola in volum. anni 1555.
[2] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 408, annot. 3.
[3] *sedem*, la Seo.

adducam, quod Dux caeterique populi primarii ciues postularunt ut sibi hac proxime ventura quadragesima concionaretur: cumque id iterum atque iterum a P. nostro Francisco de Borgia petiissent, tandem uoti compotes facti sunt. Nam concionabitur eis; nec sine fructu, ut in Domino confidimus, concionabitur: is enim est amor, quo illum prosequuntur, ut nobis magnam magni fructus praebeant spem.

Qui ad nostrum Collegium accedunt, confitendi vel communicandi gratia, tot sunt, ut neque possint patres omnibus satisfacere, neque possent si non essent multo plures. Tot enim huc accedunt ut a nostris Patribus audiantur, ut satis indicent summo nos amore deuotioneque prosequi. Magnificetur Christus, qui solus per se cunctis amari dignus est. Dum Patres uacant a confessionibus, inuisendis ac consolandis aegrotis aliisque piis operibus conterunt tempus. Patres fratresque cuncti maximo feruore in exercitationibus tam spiritualibus quam litterariis perseuerant: in quibus ardentissima mortificationis maiorisque spiritualis profectus desyderia deprehendere non est difficile. In dies itaque, cum ulterius progrediantur, magnos et in litteris et in uirtutibus, in mutua dilectione praesertim ac eximia et integra obedientia, faciunt progressus. Faxit Dominus, precibus Tuae R.ae P.tis interuenientibus, ut nos in dies ad maiora uocet et prouocet prouehereque dignetur.

Gandiae, pridie calendas Januarii anni 1555.

Tuae R.dae P.tis indignus in Christo seruus,

Antonius Cordesses.

Superscriptio in secunda pagina: Jesus. Al muy R.do Padre en Christo el P. Maestro Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus. Roma.

Alia manu. 1555 *(sic)*. Gandia. De M. Antonio Cordesse, scrita vltimo di Genaio [1] R.ta alli 25 di Maggio.

Et alia. Quadr.

[1] Sic; est tamen, ut patet, *Decembre*.

CCCXLI

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Januarii 1555 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Quamquam credo quod Pater Franciscus [2] et P. Prouincialis [3] R. P. T. certiorem fecerunt de his, quae in nostro Collegio aguntur, nihilominus tamen inferiores ipsos obedientia compellit vt exactiorem rationem de omnibus reddant.

Domi omnes bene valent, et sequuntur vocationem suam in Domino, magnum recipientes in dies mutui amoris incrementum. Caeterum scholastici optime, tum in artibus, tum etiam in sacra theologia proficiunt: reliqui exercent vires suas in vinea Domini, cum nunquam desit quid agant. Breui perstringam sermone aliqua eorum, quae Dominus per hos inutiles seruos suos hoc quadrimestri dignatus est facere. Suborta fuit seditio quaedam super contracto matrimonio a quadam nobili clandestine, cuius dos valorem auget supra decem et octo mille aureos. Vir autem ipse, quocum contraxerat matrimonium, erat aliquis infimae conditionis, eique nec in generis nobilitate et aliis qualitatibus minime aequalis, tantasque inimicitias inimicus generis humani inter ipsos seminarat, vt iam plurimi in capitis discrimen deuenissent; secreto tamen nobilis illa huc se contulit, ad confitendum peccata sua; denique, quod religiosi multi efficere haud valuerant, Pater quidam domus nostrae, cui

---

[1] Autographae duplici folio, primo sub n. 428, altero vero non numerato.
[2] P. Franciscus de Borja.
[3] P. Antonius de Araoz.

intimum cordis sui patefecit, diuino fretus auxilio, alloquens quosdam rem omnem compescuit, et tam magnam tempestatem sedauit, atque effecit vt libenter cognati eius matrimonio assentirentur. Quae res non paruae admirationis omnibus argumentum fuit, vt et nunc ignorent multi et admirentur quo pacto tam magnus ignis tam cito extinctus sit.

Aliae plures amicitiae factae sunt, et praecipue duae, in quarum altera aliquibus imminebat periculum honoris et famae, cum essent homines non infimae conditionis, aliis vero imminebat discrimen vitae, quae labes ad aliquos etiam aliorum oppidorum se extendebat, quia erant cognati et amici istorum. Quae omnia Deus per quemdam Patrem huius domus facile compescuit, et, laqueos inimici conterens, in melius vertit. Fuerunt itidem duo mercatores, inter quos magna discordiarum materies suscitabatur. Qui si discordes remansissent, tum fama, tum bona, non solum ipsorum sed et aliorum, in periculo erant; et quamuis, instigante inimico, multa oriebantur, quae concordiam impediebant, tamen, interueniente quodam patre huius domus, Deus omnia recte disposuit atque ita negotium illis foeliciter cessit.

Illud non silentio praetermittendum censeo, venerande Pater, quod nostrum solitum exercitium audiendarum confessionum gratia Domini in dies augetur, et in dies numerus confitentium crescit, maxime hoc sacratissimae Natiuitatis tempore, vt me lateat an tempore quadragesimae et in ipsa etiam hebdomada sancta copiosior numerus confitentium valeat reperiri (quod non modicae admirationis causa esse possit), cum non desint oblatratores et qui verbis detractionum nos persequantur; et quanto magis deuotioni multorum obsistere conantur, tanto magis ipsi, tanquam ad nuptias inuitati, ad frequentandum sacramenta sese inuicem adhortantur. Quod spectat ad ornamenta corporis vitaeque castigationem, perspicuum est subitam in multis fuisse mutationem. De quodam nobili fertur eum persuasisse vt, qui antea luxui et voluptatibus alios suo exemplo invitabat, sit modo quasi virtutis speculum et in ipsa sacramentorum frequentatione apud nos perseuerat.

Breuitatis causa plurima praetermitto, quae Dominus per hos minimos seruos suos dignatus est facere, vt in subleuandis a via perditionis hominibus, qui diu in vitiis et peccatis detenti

fuerant arcte, in subueniendis infirmis tempore transitus eorum ab haç vita, et aliis similibus solitis occupationibus nostrae Societatis Jesu, in quibus nunquam deest nobis quid agamus Quinque Patres sunt destinati audiendis confessionibus, et in tota hebdomada huic rei intendunt, ita vt nulla pertranseat die sine huiusmodi occupationibus.

Haec sunt, R.de Pater, quae R. P. T. scribenda breuiter se se obtulere: faxit Deus vt cor nostrum aestuet confusione, v sic nos pro nihilo pendentes ad eius auxilium continuo implorandum mentes nostras subleuemus.

Emptio domorum, per nos emptarum, gratia Domini optime nobis succedit, quia Princeps ipsa [1] elargita est nobis iam bonam partem pretii. Domino fauente, vere proxime venturo in eis degemus.

Tu interim, R.de in Christo Pater, hos indignos filios tuos in tuis ac charissimorum Patrum et fratrum, in ipsa domo degentium, sacrificiis et orationibus commendatos habe. Hoc idem petimus a R.do Patre Hieronymo Nadal, cuius non obliuiscimur

Ex oppido Vallisoleti, calendis Januarii, anno a Natiuitate Domini 1555.

Tuae R.dae Paternitatis indignus filius,

DOMENECH.

Superscriptio in quarta pagina: Admodum R.do in Xhristo Patri M.º Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu. 1555. Vallisoleti. Quadrimestres p.mi Januarii.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

---

[1] Joanna, Philippi II soror.

CCCXLII

Hieronymus de Ripalda
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 1 Januarii 1555 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

Gratia et pax, etc.

Algunas cosas se offrecen que screuir á vuestra Paternidad, que el Señor en estos quatro meses passados ha tenido por bien obrar por medio de nuestros Padres, las quales, por auer sido á gloria de Dios nuestro Señor, consuelan mucho á los que mucho dessean sea el Señor en todas cosas glorificado.

El fructo, que en esta ciudad se haze por medio del P. Maestro Baptista [2] es grande, porque allende del exercitarse en predicar, con que se haze manifiesto fructo, occúpase en otros muchos negocios pios particulares que conduzen á la salud del próximo. De sus sermones quán acceptos sean de todo el pueblo, y quánto zelo de la honrra de Nuestro Señor en ellos muestre, y de quántas partes para este ministerio conuenientes le aya el Señor dotado y cada dia más acreçiente, ya por otras tiene vuestra Paternidad notitia, y por esso solo diré de algunas cosas particulares que de nueuo se offreçen.

Vuo en estos dias ciertas dissensiones entre vnos caualleros de los más principales desta ciudad y tratauan los de la vna parte quitar por fuerza á vno de la otra por ciertos respectos

[1] Autographae duplici folio, nn. 455 et 456. In quatuor sequentibus foliis est harum litterarum apographum, in quo subscriptio tantum et haec verba: "De V. P. minimo siervo en Christo" desiderantur.

[2] P. Joannes Baptista de Barma, Collegii Valentini Rector.

humanos su muger, en cuya compañia auia muchos años biuia, y sabiéndolo él, proueyose de gente y armas para se defender, y los otros quanto más resistentia sentian tanto mayor conato ponian. Estando el negotio tan peligroso, llegó á notitia de nuestro Padre [1], y él, viendo ser la cosa escandalosa y de donde se seguirian notables males, puso grande diligentia en remediarla, y assí apaziguó entramas [2] partes, y las puso y confirmó en grande amistad; y no solo quedaron reconciliados entre sí, pero tomando grande amor á nuestro Padre, frequentan ahora venir á nuestro Collegio y tambien los sacramentos. Fué una cosa que dió mucha alegría á los que temian las offensas, que de allí probablemente pensauan se succederian.

Tambien en la uilla de Hontiniente [3], donde nuestro Padre auia predicado las dos quaresmas passadas, se mouió vna grande rebuelta entre las personas más principales del pueblo. De la vna parte eran los jurados y justitia, y de la otra tres ó quatro caualleros, todos hermanos, y por ser cabeças tan principales, estaua todo el pueblo commouido, señalándose vnos por vna parte y otros por otra; y assí cierto estaua aquel pueblo en tanto peligro como aya estado. A esta causa se auian mouido muchas personas religiosas y caualleros á ponellos en amistad, pero ninguna cosa pudieron alcançar segun estauan enojados. Scriuieron luego el caso vnos del pueblo á nuestro Padre, el qual, viendo lo mucho que importaua á la gloria diüina y salud de aquel pueblo, se partió luego para allá, donde hizo algunos sermones, á los quales concurria tanta multitud de gente que bien mostrauan el amor que á él y á su doctrina tenian.

Puso nuestro Padre tanta diligentia en pocos dias que allí estuuo, que los reduxo todos á grande paz y assí un dia los llamó á todos á la iglesia y les dixo missa, y con el Sanctíssimo Sacramento en las manos les hizo vna plática encomendándoles mucho la paz y amistad fraterna, y allí vnos á otros se demandaron perdon; y la expedition de ciertos interesses, sobre que se auian mouido las differentias, la pusieron en manos del Padre, dándole firmas de que estarian á todo lo que él señalase.

[1] Idem P. Joannes Baptista Barma.
[2] Sic; rectius *entrambas*.
[3] Onteniente, de quo saepius in his *Litteris quadrimestribus* et in POLANCI *Chronico*.

Nuestro Padre, despues de entendido muy bien el negocio, declaró lo que le pareció ser conforme á razon y justicia, con que quedaron todos quietos y contentos con tan buen successo, quanto ninguno pensara. Gloria al Señor que sabe mejor disponer las cosas que los hombres saben pedir ni desear.

Estando el Padre entendiendo en esto le enbiaron de otra villa de allí cerca vn mensagero, rogándole mucho se llegase por amor del Señor á su pueblo que desseauan muy mucho ser por sus sermones instruidos en las cosas de nuestro Señor, y lo mesmo auian ya otras vezes pedido, y por occupationes el Padre no les auia podido satisfazer á su sancto desseo. Nuestro Padre por consolarles lo hizo, y saliéronle á recebir las personas más principales del pueblo, y sacaron por recebimiento muchos niños cantando la doctrina christiana, que dos de los nuestros les auian en dias passados enseñado [1], con que se consoló mucho nuestro Padre.

Predicóles allí vn dia, que más no pudo, y con no ser fiesta, acudió la mayor parte de todo el pueblo á lo oyr. Quedaron mucho edificados de su doctrina y hiziéronle grandes offertas; fuele forçado por negocios importantes boluerse luego á Valentia y assí no pudo satisfazer á otros de otro pueblo, que le auian enbiado vn mensagero con la mesma demanda.

Viniendo á los otros Padres, han començado muy de ueras el exercitio de enseñar la doctrina christiana, porque allende de la que hasta aquí se ha enseñado en vna yglesia, prosiguiendo siempre vn hermano en declaralla los domingos con grande concurso de gente, que acude á oyrle, ha parecido á nuestro Padre se enseñase en otras dos yglesias, porque segun la multitud de la gente que ay en esta ciudad, no era sufficiente lo que se hazia. Antes que se junten en las iglesias van los Padres por las calles tañiendo y llamando á los niños, y uan diziendo la doctrina en boz alta á un tono suaue y deuoto. Júntanse quasi innúmeros niños y niñas y muy muchos hombres ya grandes, que no se auergüençan de ir cantando con christiana simplicidad con los niños. Entre otros grandes fructos es este muy notorio, que ya de noche no se oye otra cosa sino la doctrina

[1] His indigitari videtur oppidum *Oliva*, quo sub id tempus venerant P. Petrus Martinez et fr. Andreas Capilla. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 336, annot. 1.

christiana, en la qual se han conmutado los cantares profanos. Con esto se edifica todo el pueblo y creçen en opinion y deuotion de nuestra mínima Compañía. Han muy mucho aprouado en los púlpitos este exercicio.

Occúpanse los Padres allende desto en confessiones muchas y restitutiones y semejantes exercicios. El fructo de las confessiones se ha mostrado en estos dos casos que ahora diré. Vuo una muger que auia veinte años ó más que estaua apartada de su marido, y solo daua por causa que su marido tenia rezias costumbres, que ella no se podia forçar á sufrir, ó por mejor dezir, no queria. Con esta occasion auia juntádose su marido con otra muger, con quien inhonestamente biuia y de la qual tenia ya hijos. Oyó uno de nuestros Padres á esta muger y al fin la reuocó á que no solo quisiesse boluer á la compañía de su marido, pero aun se offreciesse á tomar en su casa y los hijos que su marido auia tenido del adulterio. Vuo otra muger que auiéndola su marido tomado en adulterio, ó en indicios quasi manifiestos dél, huyo dél á casa de su madre, la qual mortalissimamente aborrecia á su yerno, diziendo que él la leuantaua aquella maldad á su hija: al fin ella se confessó con vno de nuestros Padres, y él alcançó del marido la perdonasse, y de su madre que boluiese en amor con él.

Son tambien nuestros Padres llamados muchas uezes para ayudar á bien morir, que es una de las cosas que mas edifican á los que tienen ojo á los ministerios, en que nuestros Padres se exercitan, y de que mucho se agrada el Arçobispo [1], el qual tiene muy special cuenta con los nuestros de los ayudar con sus limosnas. Tambien el Visorey [2] nos tiene grande affection y nos vino el otro dia á visitar y estuuo en el collegio çerca de dos horas. Lo mesmo hizieron los dias siguientes los inquisidores mayores, los quales anduuieron á mirar la casa y obra con algunos principales señores deste pueblo.

Vno de los nuestros ha predicado este aduiento en vn pueblo de aquí çerca de Valentia, donde auia gran necessidad de ser instruidos y donde fué muy grato á los que le oyeron, los quales se contentaron dél tanto, que luego quisieron pedirle

---

[1] S. Thomas de Villanueva.
[2] Bernardinus Cárdenas et Pacheco, II Maquedae Dux et I Marchio de Elche.

para que les predicase la quaresma, aunque no se les podia conceder. Enbiáronse dos Padres [1] por el Arçobispado de Segorue para que predicassen y confessasen, y detuuiéronse por allá vn mes entero: reconoció tanto este beneficio el Obispo [2], que hizo grandes affertas á la Compañía de todo lo que él pudiesse, y junto con esto hizo una limosna al collegio de Çaragoça de 30 ducados ó más cada año.

Dos hermanos continuaron muchos dias ir al hospital general á seruir á los enfermos en lo que dellos ouiesse necessidad. Los pobres se consolauan en grande manera de uer en ellos su humildad y charidad, por los uer occupados en hazer poner gran cuydado en lo que ellos auian de comer y en animarlos tanbien á comer y en exercitarse en varrer y hazer las camas y semejantes ministerios humildes que se suelen offrecer en hospitales, principalmente tan grande como este, que es para todos y de todas enfermedades; y assí grandemente sintieron los pobres el no continuar más adelante en estos exercicios por ser occupados en otras cosas [3].

Otros dos se enbiaron á peregrinar á Çaragoça, los quales por do quiera que iuan dexauan suaue odor de buen exemplo, segun nos vinieron á dezir personas que los auian encontrado.

Los exercicios litterarios han creçido mucho en feruor y concurso de estudiantes de fuera; antes que se defiendan las conclusiones, que se suelen tener cada domingo, se recitan algunas orationes griegas ó latinas en loa de alguna virtud ó de los exercicios litterarios, con que se animen los studiantes. Vienen á las conclusiones algunas vezes los maestros, que leen en las schuelas, y tantos studiantes, que comunmente quedan muchos por argüir, y los de casa son constreñidos á argumentar el dia siguiente; y en las schuelas suelen argüyr y exercitarse con gran diligentia, y assí los scholares de nuestro collegio son tenidos por muy buenos studiantes, con lo qual ha auido y ay grande motion en los studiantes de fuera.

Hanse reçebido en estos quatro meses obra de doze muy buenos subiectos, de los más señalados studiantes en habilidad y letras que auia en el studio, de los quales algunos se han en-

[1] PP. Ludovicus Santander et Balthasar Piñas.
[2] Gaspar Jofre de Borja.
[3] Sermo est in tota hac paragrapho de majori urbis Valentiae hospitali.

biado á Sicilia, y otros que ya eran ántes recebidos, de suerte que fueron entre todos diez [1]. Ultimamente se recibió un studiante de grandes partes, con que muy mucho se han mouido los studiantes, porque era entre ellos conoçido por uño de los más vniuersales y mejores studiantes de todo el studio.

Ponen los hermanos gran diligentia en atraerlos con exemplo y palabras á la uirtud y frequentia de los Sacramentos, y á los que conocen capazes conbidan para los exercicios, de los quales ay ahora algunos en ellos. De los exercicios spirituales solo diré como por la gracia del Señor uan todos en augmento: resplandesce en los hermanos grande obediencia, segun muestra el grande cuydado y solicitud que en la perfecta obseruation de las reglas muestran. Señálanse tambien en extremo, si extremo se puede dezir, en el amor mutuo intensíssimo.

Gloria sea á la diuina magestad, que tiene por bien de communicarles abundantemente sus dones, y que por su sola bondad me a á mi traydo, aunque indigno, entre ellos. Ruegan todos, quan encareçidamente pueden, á vuestra Paternidad los encomiende mucho al Señor, como creen lo haze, para que en todo tienpo se haga en ellos enteramente su sanctíssima voluntad.

De Valentia 1.° de Henero, 1555.

De V. P. mínimo sieruo en Christo,

HIERONYMO DE RIPALDA.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do Padre en Christo el Padre M. Ignatio de Loyola Prepósito General de la Compañia de Ihs. en Roma.

Alia manu: 1555. Quad. Valentia. De Hieronimo de Ripalda, scrita 1.° de Genaio. R.ta 25 de Maggio.

Et alia: IHS. 1555. Hieronimo de Ripalda: escrita 1.° de Enero. Valentia. R.ta alli 25 di maggio.

Vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 212, n. 473.

Praecedentium fr. Hieronymi de Ripalda litterarum latina versio [1].

†
Iesus

R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Christi, etc.

Aliqua se mihi offerunt, quae diuina bonitas his quatuor proxime elapsis mensibus per Patres huius Collegii operari dignata est, ad Christi gloriam illustrandam scriptu digna. In quibus recensendis a R.do Patre nostro D. Baptista auspicandum putaui. Is (ut alias scripsimus) singulis diebus dominicis omnibusque fere diebus festis, maxima cum audientium frequentia et applausu, concionatur. Cuius animi dotes huic obeundo muneri accommodatae quot et quae sint, quoniam est iam Reverendae Paternitati tuae per alias epistolas significatum, in praesentia subticebo. Id tamen unum dictis adiiciam: mirum esse quantum eius in dicendo libertas magis excrescat in dies, quamque conciones eius sint populo gratiores; quod uel hoc uno testimonio, quod subiiciam, compertum erit. Sunt quidam generosi uiri, inter primates huius civitatis, generis nobilitate clarissimi, erga Patrem mirum affecti, eiusque doctrinae non minus addicti, qui die quadam in cellam eius, eo non praemonito, introeuntes, se statim ad pedes eius abiecerunt, per Dei amorem obnixe postulantes aliquarum concionum exemplaria sibi tribueret; quod ut faceret libentius, eum incitabant se inde magnum commodum reportaturos asseuerantes. Nam uix (aiebant boni uiri) credibile est, R.de Pater, quam, te audito, fuerint animi nostri in Dei ac uirtutis amorem accensi. Hoc quantae fuerit humilitatis spiritualisque profectus indicium, iis puto satis esse cognitum, qui sortem eorum ac sanguinis claritatem perspectas habent.

---

[1] Autographum in duplici folio, nn. 454 et 457.—Quaedam in hac versione, ut legenti facile patet, magis declarata sunt quam in hispano exemplo.

De eisdem alia non pauca possem scribere iocundissima quidem illa, sed quoniam minutiora uidentur quam scribi debeant, ea silentio praeteribo. Et ut ad Patrem reuertar, cum tam crebro diuinum uerbum praedicet, haudquaquam hoc uno munere contentus est.

Duo quidem uiri primarii ciuitatis huius maxime inter se dissidebant, quorum alter, nescio qua exorta offensione, alteri mulierem, cum qua multos annos uixerat, ui adimere contendebat. Quod cum eum non hoc lateret, ea, quae ad sui defensionem necessaria sibi uidebantur, magna adhibita celeritate parabat; et dum alterius uolebat conatus opprimere, eum contra se uehementius accendebat. P. Baptista, re cognita, Dei gloriae studiosus, praefatos uiros discordantes inter se componere summa diligentia curauit, quod et adiutrice diuina gratia fecit. Nam illorum animis sedatis ipsius monitis, in pristinam, uel ea multo firmiorem, amicitiam redierunt.

Alia non minor, sed longe maior, contentio inter primarios ciues cuiusdam oppidi Valentiae proximi, nomine Fontinentis, non multis abhinc diebus exorta fuit. Cumque hi, qui rixas concitassent, capita totius plebis haberentur, vniuersus fere populus una cum eis est perturbatus. Nam alii aliis fauentes, se aduersarios aliorum declarabant, a quibus iam perinde ut inimicissimi hostes habebantur. Itaque de populo hoc ita diuiso, quid aliud, R. Pater, sperare liceret, quam quod Dominus de regnis inter se diuisis in evangelio minatur? cladem profecto maximam, corporumque et animarum perniciem. Multi uiri nobiles et religiosi, magno timore perculsi, dissociatos illorum animos componere summis precibus attentarunt. Sed mirum quam parum contentiosi uiri horum iustissimas preces curarent, quam eorum saluberrima consilia contemnerent. Adeo illorum animi excandescebant ira, vt non solum admonentes se pacem non audirent, sed id consequendi spem omnem cunctis adimerent. Hanc ob causam hi, qui pacem exoptabant, iam suis uiribus diffidentes, ad P. Baptistam, quasi ab eo solum remedium accepturi, confugerunt. Qui cum probe intelligeret magnam populum illum cladem accepturum, nisi tanto malo occurreretur, omnibus aliis negociis expeditus, ad populum illum contendit, ibique, per totos quindecim dies commoratus, multoties dissidii principes est allocutus. Quos nunc dulcedine sermonis alliciens,

nunc orationis asperitate perterrefaciens, habitis etiam aliquibus publicis concionibus, tandem post hos, quos dixi, dies, in suam sententiam eos uenire compulit. Mirum est profecto quantum Dominus illorum corda durissima monitis Patris emollierit. Nam efficacia diuini verbi, usque ad diuisionem spiritus pertingentis, conuicti, se totos uoluntati Patris subiecerunt, et, quaecumque sibi praecepisset, firmissime obseruaturos polliciti, iam quasi mora defatigati, quid se facere vellet, dicto citius executuri, postulabant. Pater eos ad ecclesiam conuocauit, ibique sacrum fecit, multa de pace praeclara dixit, mutuum amorem illis, habens in manibus sanctissimum Christi Corpus, commendauit. Tandemque fecit ut nouam amicitiam, in perpetuum (Domino volente) duraturam, amplexibus confirmarent. Magnificetur ergo Dominus, qui multo suauius res nouit disponere, quam nos homunculi sciamus petere, uel possimus exoptare. Nam quis quaeso esset, qui tam foelicem successum rem tam periculosam habituram uel crederet uel speraret?

Vix Pater hoc opus absoluerat, cum nuncius quidam, a quodam populo Fontinenti uicino missus, aduentauit, qui vniuersi populi nomine, Patri summis precibus efflagitaret, uellet suum populum adire; aiebat enim omnes, quotquot in eo erant, incredibili Patris audiendi desyderio teneri. Pater non potuit illorum piis uotis non acquiescere, tum quia iam id ipsum alias petierant, quod, quia non potuerat, eis non concesserat, tum quia magnum inde commodum reportare, cum eos sic suae doctrinae uideret appetentes, sperabat. Eo itaque iam ad eos accedente, antequam ad populum peruenerit, facti sunt ei obuiam patres, quos iuratos vocant, aliique populi primates, qui cum puerulis multis canentibus christianam doctrinam (quam quidam e nostris eos docuerant) exceperunt. Apud eos habuit Pater nescio quas conciones, quae, ut in summa dicam, non minus iucundae ipsis acciderunt quam fuerant exoptatae.

Et ut ad alia, quae de aliis patribus gesta sunt, deueniam, duo patres missi sunt ad populos quosdam Sugurbio uicinos, ut diuinum uerbum seminarent, confessiones audirent, aliudque quodcumque possent proximis auxilium afferrent; cumque non paucos fructus hi patres collegissent, adeo fuit hoc Episcopo Sugurbii gratum, ut asseruerit se multum uel hoc solo nomine Societati nostrae debere, pollicitusque sit ei praesto affuturum,

quotiescumque sua opera indigeret. Alius etiam e nostris fuit in hoc Domini aduentu in alio quodam oppido concionatus; quem multum auditoribus placuisse ex eo cognoscimus, quod obnixe petierint uellet sibi proxima uentura quadragesima concionari. Alii Patres doctrinam christianam pueros edocere coeperunt, quae non solum in uno loco, ut antea, sed in aliis duobus proponitur addiscenda: tantus enim est addiscentium numerus, ut Patri nostro uisum fuerit neutique omnibus posse satisfieri, nisi pluribus in locis doctrina recitaretur; quod quam verum fuerit experimento cognoscitur, cum vix tria templa possint omnes auditores capere. Cumque hoc honestum exercitium multipliciter fructuosum fuisse cognoscamus, hoc nos plurimum solatur, quod nullus iam audiat pueros, nec alios natu grandiores suis occupatos studiis, turpia canere, uti solebant; quin potius omnes sentiant alios dominicam orationem, alios salutationem angelicam, alios symbolum, alios decalogi praecepta, ac alios alias orationes recitare. Quo fit ut uel nolentes, aut quasi aliud agentes, Christi doctrinam addiscant. Quam putas, R.de P., patribus esse iocundum filios in hac re peritos habere, quam (honeste quidem) gloriari! Neque est quod adiungam nostrae minimae Societatis nomen per ciuitatem late uagari, cum concionatores eam publice pluribus verbis, quam mihi fas sit uel liberum recensere, laudent. Patres fere omnes uel in audiendis confessionibus, uel in inuisendis et xenodochii et carceris pauperibus, uel in aliis id genus operibus occupantur.

Mulier quaedam fuerat a mariti commercio per totos uiginti annos disiuncta, quae nulla ratione poterat ab aliquo suaderi ut ad mariti consortium redire uellet (hoc marito fuerat occasioni ut aliam mulierem quaereret, cum qua per totos hosce annos inhoneste uiueret, ex qua iam filios procreauerat); hanc itaque mulierem unus e nostris confitentem audiens, tam diligentem dedit operam in ea ad salubriorem uitae statum conuertenda, ut illi (non sine magno labore) persuaserit uellet ad mariti gratiam redire: quae iam, non hoc solum contenta, filios etiam adulterinos decreuit ad aetatem usque perfectam in propria domo suoque sudore nutrire. Alia mulier, a marito in adulterio deprehensa, fugiens ipsum, in matris suae domum se receperat: quam mater admittens, incredibili generum suum odio prosequebatur: hanc mulierem audiuit alius Pater, qui, virum eius al-

locutus, ut mulieri tantam hanc remitteret iniuriam est assequutus.

Hactenus de patribus, quae in mentem uenerunt, scripsi; nunc iam de fratribus, quae occurrerint, dicam. Duo missi sunt per dies multos ad generale xenodochium, ut pauperibus, quam possent opem, ferrent: quorum charitas et humilitas pauperibus extiterunt quam gratissimae. Fratres enim eos maxima leuabant morbi molestia aliorumque laborum taedio, eos solando atque prope aeque dolendo. Monebant etiam eos paupertatis ac aegritudinum onus ex se molestum patienter ferrent, crederentque neutiquam a Domino destitutos, quin potius maximi amoris indicia benignitatisque paternae Dominum ipsis praestitisse: his monitis aliisque humilioribus exercitiis, nostri fratres ita pauperes erga se affecerant, ut aegerrime tulerint eorum absentiam cum, aliis negotiis domi detenti, se non inuiserent.

De exercitiis litterariis pauca subiungam. Feruor eorum his diebus maxime creuit. Singulis diebus dominicis (ut a multis diebus habemus de more) defenduntur a fratre quodam quaedam assertiones eius facultatis, in qua se exercet. Ante tamen quam scholastici disputationes aggrediantur, solent oratiunculae breues (quia longiores temporis angustiae non permittunt) uel graecae uel latinae in laudem alicuius virtutis aut facultatis recitari. Accedunt ex externis scholasticis complures, accedunt etiam interdum vniuersitatis professores. Vnde fit ut fratribus nostris non detur argumentandi locus, sed in diem sequentem suam disputationem differre cogantur: intersunt quoque nostri assertionibus aliorum, aduersus quas maximo feruore, nec minori modestia, uelut alii argumentantur. Nec (si mihi id dicere fas est) in postremis habentur, quin potius (ut libere dicam) omnium existimatione inter primos connumerantur, id publice professoribus asseuerantibus. Fratres id studiose curant ut scholasticos, nunc uerbis, nunc exemplo, in Dei atque virtutis amorem pelliciant et attrahant, et quos vident commodos ad exercitia spiritualia peragenda commouent. Hinc fit ut scholastici fere omnes maximo amore nos prosequantur Societatique nostrae multum deuinciantur. His diebus se Societati quidam adolescens dicauit, qui quidem omnium consensu praecipuus in linguis habebatur; nam (cum uix uigesimum tertium aut ui-

gesimum quartum attigerit annum) tres linguas ita tenet, ut ii qualibet illarum multum solumque elaborasse uideatur. Es quidem in latina lingua ualde expeditus; graecam ita tenet, u eam possit publice profiteri, eosque fecit in hebraea lingua prc gressus, ut paruo labore posset totam sacram paginam intelli gere atque, si res postulauerit, interpretari: ad haec accedi quod sit in arte medica laureatus. His dotibus ita cunctis notu erat, ut nullus ignoret se nostrae Societati tradidisse: quod ne paucos nec parum scholasticos commouit. Alius etiam schola sticus acceptus est, latinitatis probe peritus, aliique tres singu lis singuli suis dotibus praediti.

Vnum id reliquum est, ut de spiritualibus exercitiis aliqu dicam. Fratres omnes, ex quo P. Natalis ad se accessit, mirun in regularum observatione sunt solliciti, quod satis est apertun obedientiae testimonium. Hoc solum videor mihi cuncta fuiss complexus, cum is apud nos censendus sit perfectionem attin gere, qui plene fuerit sibi praecepta exequutus; id tamen, quo niam inter alia maxime lucet, adiiciam, maiori, quam facile dic possit, se mutuo amore prosequi, desyderantes, ut coniicio discipuli ueri nostri Seruatoris haberi.

Omnes a te, R. P., obnixe postulamus, ut nos tuis precibu (uti te facere credimus) uelis adiuuare.

Valentiae, Calend. Januarii anni 1555.

Tuae R.dae Paternitatis seruus in Christo,

HIERONYMUS DE RIPALDA.

CCCXLIII

Gonzalvus de Silveira
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 1 Januarii 1555 [1].

✝
Iesus

Gratia Domini nostri Iesu Christi adsit semper animis nostris. Amen.

Scribam, R.me Pater, quemadmodum praecipit sancta obedientia, quae his proximis 4 mensibus, Dei Optimi Maximi beneficio, per nos seruos inutiles in aede Diui Rochi acta sunt.

Primum omnium Patres ac fratres, quorum numerum cognosces ex catalogo, qui cum his litteris reddetur [2], strenue progressi sunt in uia Domini, studentes nostris constitutionibus atque regulis congruenter viuere iisque muneribus fungi, quae ab obedientia praescribuntur.

Quod ad ualetudinem attinet, incommoda interim usi sunt, non tamen periculosa.

Ad conciones, lectiones doctrinae christianae, atque confessiones fit maximus concursus. Benedictus Deus. In concionibus et doctrinis versamur ego et P. Gonzalus Vaz. R. P. Prouincialis [3] aliquoties christianam doctrinam explicauit orandique rationem exposuit, qua in re plurimum auditoribus placuit.

---

[1] Autographae in quadruplici folio, nn. 591-594. Auctor cognomen non subscripsit, sed tantum nomen *Gonzalo*. Nullum tamen esse dubium potest quin is sit Gundisalvus seu Gonzalus Silveira, Ulyssiponensis Professae Domus Praepositus. Ait enim: "in concionibus et doctrinis versamur ego et P. Gonzalus Vaz. Jamvero ex POLANCI *Chronico*, t. IV, pag. 533, nn. 1187 et seq., ubi agit de Domo Professorum Sancti Rochi, novimus eum, qui cum P. Gundisalvo Vaz munus obibat concionandi, fuisse ipsum P. Gundisalvum Silveira.

[2] Periisse is videtur.

[3] P. Jacobus Miron.

Doctrinae materia fere auditorum vtilitati inseruit et tempori, quorum tanta est religio pietasque in Deum, vt uix tam multis sufficiat templum, coganturque pro foribus audire.

Multi utriusque sexus, audito sacro ac concione, ieiuni permanent in templo, quo possint pomeridianam doctrinam audire, contenti spirituali cibo, quo ibidem reficiuntur. Tantus est feruor, tanta animorum tranquillitas, vt cum sit refertum templum, nulla tamen sentiatur perturbatio, perinde ac si adesset nemo. Cum aedituus diceret cuidam vt discederet (abierat namque meridies), respondit: "Redibone domum, excepta paulo ante sacrosancta Eucharistia?„. Concionibus Patris Gonzali Vaz multi, tam viri quam foeminae, mouentur ad lachrimas, quod idem in recipiendo Sacrosancto Sacramento plane perspicitur. Benedictus Deus, a quo omnia bona proficiscuntur. Sed quid mirum si haec donet cum seipsum liberalissime totum largiatur? In Natali Domini communicauerunt circiter 4000. Singulis hebdomadis, si omnium habeatur ratio, communicant prope 220. Quotidie audiuntur nouae confessiones, in quibus Dominus mutandi in melius vitam moresque atque frequentandi sacramenta desideria incendit. Non desunt tamen persecutiones et obtrectationes mundi et ministrorum diaboli, dum, despectis rebus caducis et uanis, eos uident Creatori deditos, ex quibus offertur ipsis occasio seipsos confirmandi in diuino seruitio, nobis vero animi adduntur ad perferendos maiores labores propter Deum. Audiuntur etiam confessiones aegrotorum ac vinctorum; morientium praeterea habetur ratio. In tanta hominum multitudine nunquam desunt laborandi occasiones in Dei gloriam et proximorum emolumentum.

In priuatis consuetudinibus etiam sentitur utilitas. Rex mihi curam dedit conueniendi quemdam virum primarium admodum senem, quem inuisi aliquoties, non sine ipsius magno profectu, gratia tamen Dei. Virgines Franciscanae honestissimae magnopere efflagitauerunt exercitia spiritualia, quod Regina curauit (est enim illarum ualde studiosa ac deuota), petiuitque a P. Mirone vt id uellet facere, ad quod munus sese accinxit non sine labore, quod a nobis longissime distet monasterium. Virgines, diligenter susceptis exercitiis, plurimum profecerunt. Quidam monachi eiusdem ordinis, tum propter bonum odorem spiritus, quem in sororibus senserunt, tum propter suam humili-

tatem, idem voluerunt facere; verum deest nobis opportunitas satisfaciendi omnium votis.

Ab alio monasterio ordinis Christi (ubi non fit professio, sed promissio obedientiae, paupertatis et castitatis, quamdiu in eo uiuitur, in quo sunt multae nobiles, quibus praeest consanguinea regis, soror Ducis Aueiri [1]) postulatum est vt ad se iretur: adii eo aliquoties: non parum profectum est Dei beneficio. R. P. Miron frequenter accersitur a Regina, vbi magna fit progressio, adeo ut potius religio piorumque Collegium videatur, quam regia. Die veneris ibi explicat P. Gonzalus Vaz doctrinam christianam, quo die aliisque ipse et socius confessiones audiunt. Agendae sunt profecto maximae gratiae Deo, quod tam admirabiles virtutum amores excitet, ubi mundus tam aperte regnat.

Duo catechumeni tamdiu apud nos sunt instructi, donec baptizati fuerint, quorum alter fuerat iudaeus; is terra venit ex India usque cum mandatis maximi momenti, quem nobis Rex commisit; ipse, vbi bene instructus fuit, quo die erat baptizandus, comitatus multis nobilibus et Comite de Redondo [2], cuius [3] est patrinus (vt vocant), hinc deductus est causa maioris aedificationis, cum alibi habitaret. Eius matrina est uxor [4] Legati regii ad Indiam profecti [5]; concionatus est in eodem templo P. Gonzalus Vaz: baptizatus ad nos reductus est, quae res magnae aedificationi fuit in gloriam Dei. Alter afer est; is fuerat Mahumetanus, qui, postquam instructus est, baptizatus est magno instructu ornatuque comitatus: uterque apud nos confitetur.

Extra domum interdum habentur conciones et explicatur doctrina christiana. Ego in quadam paroecia huius ciuitatis saepe in hebdomada christianam doctrinam explicaui vt complerem eum numerum, qui obedientiae professionique debetur, cuius hic primus fuit annus [6]: confluxerunt benignitate Dei

---

[1] Sermo est de Ordine militari *de Christo* nuncupato, de quo vide LUIZ CAETANO DE LIMA, *Geographia historica*, t. I, pag. 530 et seq.

[2] Franciscus Contiaho, III Comes do Redondo. AUGUSTO SOARES DE AZEVEDO BARBOSA DE PINHO REAL, *Portugal antigo e moderno;* verbo *Redondo.*

[3] Rectius, ut videtur, *qui ejus*, scil., *catechumeni, qui judaeus fuerat.*

[4] Eleonora de Mascarenhas.

[5] Petri de Mascarenhas.

[6] Professionem emiserat P. Gundisalvus de Silveira die prima Octobris anno proxime praeterito 1553. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 6, annot. 3.

multi auditores. P. Antonius de Quadros [1] idem pensum soluit in oppido vicino, ubi fructus perceptus est, populoque adeo satisfactum vt, postquam inde redierit, aliquoties requisitus fuerit efflagitatusque, missis etiam literis ad R. Prouincialem a Senatu, quibus non licuit per alias occupationes satisfacere.

Utitur haec ciuitas tanta charitate in nos in largiendis eleemosynis, vt nobis praeripiat patiendi occasionem. In templum conferuntur multa ornamenta pretiosa, in quibus sunt frontalia, cortinae, caeteraque templo necessaria. Proximis diebus donati sunt aedituo 5 # [2] ad emendos cereos, interrogatusque est quanta singulis mensibus pecunia in eis expenderetur, ne nostra emeretur. In aedem [3] conferuntur tot eleemosynae, vt sine pera alamur omnes: multa, hominibus delicatioribus aegrotisque apposita, non admittuntur, cum eis caremus [4]. Tanta est rerum abundantia, vt uideatur irrogari iniuria paupertati. Ad aedificationem domus nobis prouisit Dominus liberalissime, siquidem breui tempore constructa sunt domicilia commodissima, in quibus expensi sunt 1250 #, nullo debito relicto. Quidam largitus est 375 #, alii 200 #, alii 50 #, alii pro sua quisque deuotione. Propediem incipiemus exaedificare templum commodum amplumque: speramus non defutura necessaria aedificationi.

Superior pars domus continet 8 cubicula, ante quae contignatio protenditur. Inferior 4 cubicula, praeterea refectorium, culinam, cellam penariam: habemus horologium, quod a Regina propter Deum donatum est. Haec omnia tam breui sunt constructa, vt mirum uideri possit. Videtur quidem Dominus id fecisse ut possent excipi profecturi ad Pretiosum Joannem, quibus antea non erat locus; nunc vero et nobis et illis commodissimus est, cum ante ne nobis quidem esset.

Quidam sacerdos se nostrum finxit, petebatque eleemosynas in hac urbe; credebatur esse e nostris; quod cum intellexisset quidam deuotus, curavit in carcerem coniiciendum, unde in exilium missus est, per annum malefacti poenas daturus.

R. P. Miron commotus charitate satisfaciendi omnibus, su-

---

[1] Is suam emiserat professionem eadem die qua Silveira. *Ibid.*

[2] Id est, argentea scutata, seu ducatus. Vide supra, tom. II, pag. 676, annot. 1.

[3] Magis perspicue esset *in domum.*

[4] Haec magis perspicue exposuit POLANCUS: *multa etiam ad victum aut valetudinariis apposita, quando nostri valebant, non admittebantur, quia delicatiora erant quam ut sanis viderentur convenire. Chron.*, t. IV, pag 539, n. 1154.

perioribus diebus inuisit fratres Eborenses, vbi non fuit otiosus; peregit enim Dei munere multa; concionatus est, cum iter faceret, in oppido quodam Societatis studiosissimo, die dominico mane; tunc enim peruenit. Confluxerunt multi: recepit se in xenodochium: audierunt ipse et socius aliquot confessiones: ibidem grauissimas quasdam inimititias extinxit, vnde caedes timebatur, praecesserant namque iniuriae. Diuinitus accidit vt uterque aduersarius et utriusque parentes adessent, cum antea in locis remotis essent, quibuscum locutus est Pater; et quamquam res non facile confecta est, tamen Dei beneficio est confecta. Postero die mane templum adierunt, vbi coram viris nobilibus sese mutuo complexi sunt in signum amicitiae: alterum ex reconciliatis mox audiuit P. Antonius de Quadros, comes patris. Fuit haec reconciliatio causa magnae aedificationis, erant namque notissimae inimicitiae; quod cum D. Cardinali [1] nuntiatum esset, vehementer in Domino gauisus est. Cum peruenisset Pater Eboram, uisis fratribus, cum abesset D. Cardinalis (lustrabat enim prouinciam), ad eum se contulit, cuius aduentu ualde laetatus est: eum comitatus est proficiscentem in oppidum, quod dicitur Mora, vbi aliquoties fuerat concionatus, quem ciues magna charitate prosequebantur. Hic concionatus est die dominica, explicauitque per aliquot dies dogmata, quod auditoribus magnam consolationem attulit. Erat ibi Collegium puerorum instar eorum, quos instituebat P. Dominicus [2], verum non gerebatur res recte ac ordine. Placuit D. Cardinali vt P. M[iron] eis praecepta bene uiuendi daret, totamque rem componeret. Volens D. Cardinalis horum curam suscipere, quos dicebat futuros seminaria et fundamenta caeterorum, rem constituit Pater regulasque constituit illis aptas, id quod Cardinali valde placuit.

Ibidem erat Societas [3] Charitatis, quae proximis annis inchoata fuerat; ea nunc corroborata est beneque constituta, qua valde aedificantur Morenses. Socii nihil soluunt, nisi quod confitentur singulis mensibus, cum minimum; qui Societati nomen dant, ex eorum numero sunt, qui octauo quoque die sacrosan-

---

[1] Henrico, Regis fratre, Cardinale et Archiepiscopo Eborensi.

[2] Petrus Domenech, abbas Villae Beltran, Ulyssiponensis orphanorum domus fundator.

[3] *Confraternitas* etiam appellabatur.

ctum sacramentum excipiunt. Eius Societatis praefecti pueris necessaria suppeditant, quod ad corpus attinet. Quibus regendis praefecit D. Cardinalis quemdam sacerdotem, curaturusque est vt a Visitatore Ordinario quotannis inuisantur. Ita factum est vt et puerorum domus et Societas Charitatis bene constitutae fuerint.

Praecepit D. Cardinalis Fratri Ludouico Granatensi, qui se sequebatur, vt publice commendaret Societatem suprascriptam, prae se ferens eam rem fuisse gratissimam sibi. Quibus rebus vehementer excultum aedificatumque est oppidum. Curauit ibidem etiam P. M[iron] iussu D. Cardinalis, vt redirent quidam in gratiam.

His ita constitutis, subitis angoribus frigoreque correptus, P. M[iron] in febrim incidit, vnde iacuit nonnullis diebus in lecto in xenodochio, vbi diuersatus est quamdiu ibi fuit: quem, cum D. Cardinalis inuiseret xenodochium, inuenit iacentem in lectulo, collocutusque est cum eo, quem credo (quae est eius singularis virtus) vehementer fuisse aedificatum, quod inter pauperes iaceret.

Vbi primum per valetudinem licuit, Eboram profectus est, quem necdum plane confirmatum inuenerunt Patres Roma profecti, ad Pretiosum Joannem profecturi. Inuiserunt D. Cardinalem, qui proxime venerat a uisitando grege, quorum aduentu plurimum in Domino gauisus est. Eo salutato, huc sunt profecti, quos non est comitatus P. Prouincialis, tum propter etiam tunc aegram ualetudinem, tum propter commigrationem fratrum in nouum Collegium [1], cui tunc vltima manus imponebatur. Scripsit ad me ut simul cum illis adirem ad Regem: facta est Regina certior de eorum aduentu: respondit se facturam Regem certiorem missuramque ad eos nuntium, cum per tempus liceret Regem alloqui. Postridie eius diei conuocati sumus: colloquuti sunt Patres cum Rege, quos benignissime excepit, ea certe benouolentia, qua res Societatis solet complecti, tum maxime qua de agitur. Deinde inuiserunt P. Carnerius [2] et Andreas [3] Episcopum Portalegrensem [4], redeuntesque domum

---

[1] Eborense.
[2] P. Melchior Carneiro.
[3] P. Andreas de Oviedo.
[4] Julianum de Alva.

inuenerunt Episcopum Algarbiensem [1], summum Inquisitorem, qui venerat causa ipsos videndi. Vterque est nostri cupidissimus ac amantissimus: cupit uterque in sua prouincia Collegium aedificare petuntque a nobis operarios. Accersitus est statim P. Joannes Nonius, qui Conimbricam abierat, vbi Dominus illum excepit morbo gravi, licet non diuturno: rediit protinus plane confirmatus: comparat se ad faciendam professionem conuenientem constitutionibus [2]. Venit P. Miron non multo post ualentior: conuenit regem, cui dixit vt scriberet res necessarias profecturis ad Pretiosum Joannem: id hoc tempore curat. Speramus propediem affuturos, qui sunt mittendi ex Hispania citeriori. Nostrates iam sunt electi, quemadmodum literae tuae docent. Huius rei causa factum est sacrificium hic et in Collegio. P. Joannes Nonius et Carnerius efflagitabant doctos caeterisque artibus praeditos, qui illi regioni conducunt. Congregatis septem Patribus coram P. M[irone] et Joanne Nonio, electi sunt P. Antonius de Quadros, P. Emmanuel Fernandus, atque Frater Pascualis [3]. Plane videntur diuino consilio electi, vtrique enim parti satisfactum est. Nam quamuis P. Antonius de Quadros omni virtutum genere, singulari eruditione, ingenio, viribus, praeditus sit, non tamen perinde sentitur eius discessus, cum in praesentia vacuus esset ab omnibus negotiis. Videtur Dominus eum huic negotio destinasse, quod P. Joannes vehementer optabat. P. Emmanuel Fernandus versabatur in probationibus Conimbricae; necdum duos annos confecerat. Videtur natus ad res ecclesiasticas et officia solemnia. Antequam esset ingressus, fuerat functus quodam munere in templo maximo Eborae. Au-

---

[1] Joannem de Mello.

[2] Professionem vere emisit P. Joannes Nunes die 8.ª Septembris anni 1554. Quomodo igitur verum est quod hic ait P. Silveira, scilicet, Patrem Nunes, incipiente jam anno 1555, se comparare ad professionem Constitutionibus Societatis convenientem faciendam? Huic difficultati duplex videtur excogitari posse responsum. 1.um scriptam hanc epistolae partem fuisse ante 8.am Septembris; 2.um sermonem hic esse non de professione proprie dicta, sed de votis simplicibus, quae a Professis post illam professionem emittuntur. Nobis hoc secundum omnino probatur, tum quia in more positum quandoque fuit illis temporibus vota haec simplicia quibusdam aut diebus aut mensibus post professionem emissam pronuntiare, ut autographa ipsa legenti patet, tum etiam quia hujus rei indicium satis vehemens praebere illa verba videntur *convenientem Constitutionibus*.—De his plura cum Catalogum, Deo volente, edemus omnium, qui Sancti Ignatii tempore Societatem ingressi fuerunt.

[3] Paschalis Catalaunus, sic dictus a Catalaunia, ubi primam lucem viderat.

dierat praeterea philosophiam quaestionesque confessarias. Laetatus est vehementer P. Joannes Nonius, propterea quod in ea regione opus est hominibus peritis canendi celebrandique diuina officia. Necesse est praeterea Patriarcham sacrum facere solemni pontificioque apparatu; quare nihil poterat ei gratius accidere. Postridie quam electi sunt venit frater Conimbrica, per quem scripserat ad P. Mironem vt sibi potestatem faceret proficiscendi ad Pretiosum Joannem. Frater Pascualis erat Eborae: is diu praefuit pueris orphanis: videtur maxime accommodatus illis gentibus, apud quas etiam pueri sunt instituendi. Quamquam hos eligendos statuisset Dominus, multis tamen largitus est desideria proficiscendi, id quod a P. Mirone contenderunt, quibus Deus pro talibus votis gratiam nihilominus referet. Propediem speramus omnes affuturos. Domicilia nuper aedificata omnibus sufficiunt: item eleemosynae, ita ut non sit opus regiis impensis. Nauigationi necessaria comparantur: praefecti nauium Indicarum vehementer cupiunt eos secum vehere, venientesques ad nos sese offerunt, neque iniuria; habent enim secum, qui et sibi et vectoribus inseruiant. Hoc interim spatio docentur a sacerdote nostri Collegii, qui per hos dies ad nos se contulit, linguam hebraicam, quod illis partibus videatur necessaria, propter affinitatem quam habet cum chaldaica.

Locus, in quo habitamus, est admodum accommodatus et salubris: erat, antequam huc commigraremus, desertus: adiacebant horti, ol, olieta et sterquilinia: nunc construuntur aedes multae: olieta vicis cedunt: curritur denique in odorem suauitatis. Benedictus Deus. Referebant quidam aedituo, agentes gratias Deo, se tum demum fuisse christianos, vbi Patres huic viciniae commigrarunt. Multo plures confluerent, si esset templum amplius, licet non perinde angustum sit. Nunc, Deo volente, iacientur fundamenta alterius maioris, cuius aedificationi missurus est ex India Legatus Regis maximas eleemosynas, praeter eas, quae Dei benignitate hic comparabuntur. Habitabant hic antea foeminae parum honestae, quas iussit Rex per magistratus hinc semigrare, repugnantes carcere et mulctis in ordinem redigere, quod factum est; in quarum locum succedunt honestae familiae.

In Africa (vbi P. Joannes Nonius [fuerat], qui Patriarcha ad

Indiam est iturus) plurimum Deo seruitur. Relictus est ibi Frater Ignatius Vogado, ad quem multi hinc mittunt eleemosynas ad redimendos captiuos. Nuper inde misit tredecim foeminas, in quibus erant puellae, ex quibus una statuerat fieri hebraea: quaedam, grandior natu, aliquot annos turpissimo Mahometi [cultui] se tradiderat, notauerantque stigmatis, vt illi genti mos est [1].

Nunc expectantur multi, propterea quod missi sunt 3000 #. Scripsit ipse frater se habere perpetuo 40, interim 45 aegrotos, quibus curandis grandis pecunia expenditur, quae ex Hispania a piis hominibus mittitur.

Captiui, qui inde veniunt, non cessant eius exemplum virtutis admirari; in omnibus enim se praebet fidelem ministrum. Mauri credunt illum esse sanctum, idque saepe dicunt, videntes animi aequabilitatem perpessionemque in ferendis contumeliis illatis a pueris. Quidam fidem negauerat; postea, ductus poenitentia, scripsit ad P. Joannem secundum Deum non esse alium, per quem posset redimi, deprecans vt id vellet facere: susceptum est negotium: propediem aderit. Quidam, nomine *Misericordiae* [2] huius vrbis, petiuerunt proximis diebus a P. Joanne Nonio, vt vellet eos captiuos, qui in Salae coloniam [3] deducti sunt, redimere, quandoquidem ob eam rem huc ex Africa venisset; quibus cum respondisset se nihil posse facere, nisi qucd superiores iudicassent, alloquuti sunt Regem vt id cum P. Mirone ageret, quod quidem fecit; verum non satis est temporis vt possit eo excurrere, et simul ad Indiam proficisci: tandem respondit illis Rex nullo modo fieri posse.

Ab India non sunt allatae epistolae, quia nondum venerunt naues, in quibus vehuntur. Appulit quaedam, vnde cognouimus discessum fęlicem Patrum [4], pro quibus sacerdotes de more sacrificium fecerunt, quamquam illorum excessus varie nostros animos affecerit, propter operariorum penuriam, maxime in illis locis: tamen omnes, diuinam voluntatem com-

---

[1] Hanc indigitare videtur POLANCUS, dum scribit: *puellam quamdam, quae jam ferro in barba notata fuerat more mulierum saracenorum. Chron.*, t. IV, pag. 571, n. 1525

[2] Scilicet, confraternitatis, *de Misericordia* dictae.

[3] *Sala*, vel *Sale*, urbs est et portus ad Atlantici oram in imperio Marocano, olim mercatoribus et piratis frequens, nunc fere desertus. De hac captivorum colonia, Salam deducta, vide supra, t. II, pag. 677.

[4] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 558, n. 1203.

plexi, egimus Deo gratias, quod e uinculis corporis soluti, ad domum illam aeternam beatorumque foelicissimum coetum conuolarint, suorum laborum praemium sempiternum percepturi. Multi cupiunt eo proficisci, vt elaborent in vinea Domini.

De iis, quae geruntur in Collegio Diui Antonii, non scripsimus, quod Patribus sit curae: percipiuntur maximi fructus, vnde homines mire excitantur aedificanturque. Patres adeo cupiunt liberos eo mittere (nec enim passim omnes admittuntur), vt a nobis id contendant. Versantur ibi filii nobilissimorum hominum, qui plurimum in virtutibus atque literis proficiunt. Calendis Octobris interfuimus orationi atque conclusionibus: vtrumque praeclare actum est. Interfuit D. Eduardus [1], filius fratris Regis, multique nobiles: omnibus beneficio Dei satisfactum est.

Christus Opt. Max. nos augeat, viamque ostendat, suamque sanctissimam voluntatem aperiat, viresque praebeat, vt illi semper adhaereamus.

Data Calendis Januarii, ex aede D. Rochi, 1555.

Olyssiponae [2].

† MAESTRE GONZALO.

Superscriptio in octava pagina: † Reuerendo in Christo Patri Ignatio.

Alia manu: 1555. Olyssipona. Quadrimestres domus S.[ti] Rocchi, p.[i] Januarii. R.[ta] 20 octobris.

---

1 Vide in POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 528, annot. 1.
2 Hoc verbum est alterius manus.

CCCXLIV

Nicolaus Bellefille,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis 2 Januarii 1555 [1].

Jesus

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Juxta sacrosanctae obedientiae praescripta (R.[de] et obseruandissime Pater), eorum, quae in celeberrima parisiorum academia a nobis gesta sunt, R.[dam] Paternitatem tuam certiorem reddere, quanta poterimus breuitate conabimur: quae leuioris interim videntur momenti silentio praetereuntes, ab ipsis domesticis narrationem inchoabimus, quorum, quamuis angustus sit numerus, nec ita accrescat vt aliis in locis, in quibus omnes summo studio Institutum nostrum comprobant et amplexantur, eorum tamen bona indoles, probitas ac modestia, non exiguos pollicentur fructus, vt qui totis viribus dignos et pares suae vocationis fieri contendant, eam namque, quae virtutum omnium, potissimum autem totius religionis, fundamentum est ac basis, obedientiam, tamquam veram matrem colunt et venerantur; quo fit vt in virtutibus et litterarum studio omnem spem expectationemque longe superent, quorum etiam honesta conuersatio aduersariorum compescat ora, a vitiis alios deterret et ad meliora pellicit, et quamuis exteriori cultu a saecularibus non discrepent, eorum tamen interior ornatus ipsos facile a caeteris omnibus discernit. Ita enim in eis diuina relucet gratia, vt neminem latere possit a quo praeceptore instituantur.

---

[1] Autographae, ab ipso Nicolao Bellefille exaratae, duplici folio, n. 319 bis repetito.

Qui litteris humanioribus nauant operam, diligenter memoriam excolunt stilumque exercent. Qui vero in philosophia versantur, disputationibus et colloquiis arti conuenientibus assidue tractant; singuli denique pro facultate et studio nituntur (vt cum Horatio loquar) optatam contingere metam [1].

Caetera etiam instituti officia, quae ad salutem animarum conferunt, continua qua possumus diligentia et omnium vtilitate ac salute, cum priuatis exhortationibus, tum etiam confessionibus audiendis, exercemus: perpetuo Sanctum Germanum [2] diebus festis frequentamus, quo, qui flantibus procellis defecerant [3], iam illis quodammodo sopiri incipientibus, cateruatim recurrunt, alios secum pertrahentes; tantaque est saepe frequentia, vt confessarii omnes audire non sufficiant, quamuis ante auroram incipiant; nonnulli taedio victi abeunt; alios reuocant studia et lectiones, quae tunc temporis in collegiis celebrantur; alios autem, qui nondum suauissimos hos fructus degustarunt, quaevis molestia, aut maligni spiritus falsa persuasio repellit, accedensque extrinsecus frigus igniculos internos nondum satis accensos facile vincit ac superat.

Qui vero jam exercitatos habent sensus propter diuturnum in hac arena certamen, tantos in via Domini fecerunt progressus, vt murum sese pro domo eius obiicere non dubitent, nec aliorum scelera publicosue errores palam priuatimque arguere etiam cum vitae periculo reformident.

Mirum est certe in juuenibus tantam videre animi constantiam, christianae religionis et Dei gloriae zelum: quoscumque aberrare percipiunt, solerti diligentia in viam rectam reducere nituntur. Quosdam etiam videas, qui pinguibus sacerdotiis obruti, praetextu studiorum et quorumdam doctorum consilio freti, sese a persoluendis statis precibus liberos iudicarent. Jam vero cimmeriis huiusmodi tenebris veritatis lumine profligatis, non solum preces quotidianas diligenter persoluunt, sed etiam sacram synaxim summa cum deuotione frequentant, vitae praeteritae miserias deflentes; quare eos quondam veros Christi mi-

---

[1] Epist. ad Pis., v. 412.

[2] Sancti Germani templum.

[3] Sermo est non de iis solum, qui a Societate defecerant (Vide supra, t. II, pag. 662), sed de iis etiam qui a nostrorum consortio frequentando, exortis turbationibus perterrefacti, destiterant. (Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 318, n. 681.)

nistros futuros fidosque pastores (non qui se ipsos, sed qui gregem sibi commissum pascant) speramus.

His accedit vt praepotens quaedam domina, animo certe non minus generosa quam sanguine, cuius annui redditus octo millia librarum facile vincunt, quae propter lites quasdam in senatu parisiensi sibi intentas huc accessit, diuinam vero opem in tantis perplexitatibus potius quam humanam requirens, Sanctum Germanum frequentare coepit, et singulis hebdomadibus semel atque iterum sacram sumere synaxim, quodque mirum magis in his plagis videri posset, sola sui sexus inter tot iuuenes scholasticos aliosque viros accedere non erubesceret; eius autem coniux, regiae maiestatis consanguineus, nuperrime mortem obiit. Quapropter cum annum quinquagesimum excesserit, nec vllos habeat liberos, quos tantarum opum haeredes relinquat, maximam harum partem pauperibus erogare, et in pios vsus applicare statuit. Caeterum autem, cum inter caetera Institutum nostrum maxime probet, aedes amplissimas octingentis libris dotatas cum hortis pulcherrimis, quas a Tolosa octo milliaribus dissitas habet, Societati dicaturam, ibique collegium se excitaturam R.do Patri nostro Domino Pascasio (cuius opera et consilio potissimum vtitur et nititur) pollicita est. Deus Optimus Max. pios eius affectus fouere et augere dignetur [1].

Adde praeterea quod frequentissime variis in templis totius vrbis, etiam in monasteriis virginum, in audiendis confessionibus occupamur; nec iam, quamuis omnibus fere noti, tantas vt prius contradictiones patimur aut repellimur, imo plerique, quibus antea eramus inuisi, iam, elucescente veritate, nos admirari incipiunt, quod non nostram sed solum Dei gloriam et animarum salutem quaerere videant; quare qui prius male censebant, obmutescere coguntur. Caeteri vero pectoris sui arcana liberius nobis depromunt, et consilia accepta sequuntur.

Hinc proximis his diebus factum est vt Jurisconsultus quidam nobilis, naturae bonis ac fortunae celeberrimus, et in sua praestantissimus arte, qui, dudum vexatus certis quibusdam tentationibus, eo redactus erat, vt vitam cum morte (prae nimia tristitia) saepissime commutare cuperet, peneque exosam

---

[1] An hujus piae Dominae voluntas effectum sortita sit necne affirmare non valemus nondum enim ejus memoriam apud historicos reperimus.

haberet lucem, in quo verissimum esse comprobatur Sapientis dictum, cum asserit spiritum tristem ossa desiccare [1], nam ita exesus est, vt pellis ossibus adhaerere omnino videatur, cum vndequaque harum molestiarum leuamen quaereret, nec satis a confessario iuuaretur, R.dum Patrem nostrum, quamuis maledicta pleraque, vt fassus est, de Instituto nostro audiuisset, ad se accersiuit, cui suas aperuit molestias animique perturbationes, a quibus mox, ope diuina et Patris ministerio liberatus, coepit plurimum laetari, et immensas Deo gratias agere, quod talem paracletum nactus fuisset, dicens Patri: "scio quia omne donum optimum desursum est [2], et hoc a Deo factum est secundum quem tibi vitam meam acceptam refero; et proinde, si quae sunt vobis, aut aliqua occurrant negotia apud senatum, ea omnia in me recipio„. Cum vero die sequenti non satis caute ea, quae sibi a Patre praescripta fuerant, obseruasset, in easdem relapsus est molestias; iterum medicum reuocat, a quo saluberrima recepit antidota. Itaque iam sibi regeneratus et renouatus omnino videtur. Diuina clementia ei bonam hanc mentem perpetuo conseruare dignetur.

Cum igitur diuinum sit opus in huiuscemodi afflictionibus constitutos consolari, eo quod grauissime nonnunquam periclitentur, ne in desperationem aut certe in blasphemias aliaque id genus vitia prolabantur, nullis parcendum laboribus existimamus vt eis subueniatur. Quapropter, posthabitis propriis negotiis, in his (si opus sit) frequenter insistimus cum magna omnium aedificatione ac multorum salute.

Unde a faucibus serpentis antiqui multi per Dei gratiam saepe liberantur, potissimum autem illorum, qui propter patrata facinora in carcere vinciuntur, eos ad patientiam ac scelerum poenitentiam exhortando, vtque vitam in melius commutent, quo praeteritorum veniam adipisci valeant; quibus exhortationibus plerique commouentur, qui, postquam in vincula coniecti fuerant, nec dudum etiam antea poenitentiae receperant sacramenta, quae iam oblata vltro amplectuntur, vitam praeteritam detestantes, et miseriam ac tenebras, quibus olim, quasi omni iudicio ac ratione priuati, effundebantur, agnoscen-

[1] *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Proverb., XVII. v. 22.

[2] *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est.* Epist. B. Jacobi Ap., I. v. 17.

tes. Felix vexatio, quae eis confert intellectum ac salutis remedia. Nouit certe diuina clementia qua arte curandi sint qui, dum sua libertate fruuntur, authorem vitae agnoscere recusant.

Hos autem animaduertens pietatis fructus R.mus Claramontensis Episcopus [1], extruendorum collegiorum moras diutius protrahere se non posse fatetur; sed ineunte vere Billomium saltem se exorsurum asserit, adeoque illi grata est nostra conuersatio, vt eam vbique locorum praedicare non cesset, et Benedictinos, quorum ipse est Abbas, more nostro a nobis instituendos committere omnes cuperet, vt monasterium illud, ab omni religione alienum, tandem aliquando suae integritati restitueretur, quod nulla methodo nec per se nec per alios, quamuis id infinitis pene modis attentarit, efficere adhuc potuit: si quem nactus esset, qui ad felicem exitum posset opus istud perducere, tanto onere sese libenter exoneraret: tali restaurationi Deus aspirare velit [2].

Itaque, R.de et obseruandissime Pater, vt magis ac magis auspicata succedant, etiam hic in gloriam Jesu Christi, cui nos comprobari tota est nostra contentio, et quo citius amputentur morae, quae nimiam dilationem parere videntur, rem iuuare sacrificiis et precibus Paternitatis tuae ac R.dorum Patrum charissimorumque Fratrum non grauaberis, vt tandem omni sublato discrimine, integrum sit vndecumque in vinea Domini operari, quo in dies fructus vberiores percipiantur.

Haec sunt, R.de Pater, de quibus censuimus Paternitatem tuam esse monendam, quae perpetuo in Christo benedicto valeat.

Lutetiae Parisiorum, secundo die Januarii 1555.

De mandato R. P. D. Pascasii.

R. P. T.

Seruus indignissimus,

NICOLAUS BELLEFILLE [3].

---

[1] Gulielmus du Prat.

[2] His congruunt quae scripsit Robertus Clayssonius 18 Maji 1552. Vide supra, t. I, pag. 652 et seq.

[3] "Nos historiens ne s'accordent pas sur ce nom: ceux qui ont écrit en latin disent *Belfillaeus, Belfilaeus;* ce qui a donné lieu au P. de Saligny, et à d'autres écrivains, de l'appeller *Beaufils,* sans doute par horreur du solécisme: mais dans nos vieux cata-

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Xpo. Patri D.no Ignatio de Loyola Praeposito Generali Societatis nominis Jesu in aedibus Beatae Mariae della Strada.=Romae.

Alia manu. 1555. Q. Parisiis.

Vestigium sigilli et cerae.

CCCXLV

Joannes Gnatius, olim Neto,
***Ex commissione* Patris Philippi Fabri, olim Leerni,**
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 11 Januarii 1555 [1].

†

La gratia et pace de Christo ci dia vna perfetta et summa libertà. Amen.

R.mo in Christo Padre.

Per le lettere del quadrimeste passato [2], habbiamo dato auiso a V. P.tà del felice successo di questo collegio, et del' frutto che s' è fatto per la gratia del Signore, aggiutandosi molte anime, mediante il ministerio de suoi minimi serui. Hora per non hauer' il fratello M. Joanni Valerio dil tutto recuperato le forze perse nella sua infirmità, m' ha commesso il nostro Padre [3] che io (quantunque insufficiente) nonciassi per questa la sostantia de quello che in questi quatro mesi è stato operato nella uigna del Signore.

---

logues, même dans ceus qui sont rédigés en latin, et dans des correspondances que nous possédons, on trouve *Bellefille* et non *Beaufils.„* P. J. M. PRAT, *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France,* part. III, lib. III, pag. 357, annot. 2.

[1] Autographae duplici folio, nn. 162 et 163.

[2] Vide supra, pag. 69 et seq.

[3] Philippus Leernus, qui, cognomine mutato, appellatus est deinceps Faber. Vide POLANCI *Chronicon,* t. IV, pag. 85, n. 154.

Comincio adonche de vn' fatto tal che meritamente se potrebbe cantar con la santa chiessa: *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris* [1]. Essendo vno in questa terra, huomo de buona casata, ne andò vno di nostri Padri a uisitarlo, et con esso lui raggionare sopra la grande et inuisibile infirmità del anima, sopra il che commoso l' infermo promesse che subito guarito, uerrebbe a truouare esso Padre et confessarse. Ma lo inimico della humana natura li cauò de memoria il buon' proposito, et liberato dell' infirmità tornò al uomito. Ma trouandolo vn giorno esso Padre cominciò a manifestarle il suo errore dicendoli: "M. tale, Voi pensate hauer ingannato Dio; anzi uoi medemo ui sete ingannato; per il che guardateui che certamente hauendo io pregato il Signore Dio ui rendesse la sanità, acciò uoi attendesti alla vestra promessa, adesso non la hauendo uoi messo in essequutione, me uiene vn grande desiderio de ritornar' a pregare il Signore che ui mandi vna infirmità più graue che prima." Grandi sono i secreti del Signore. Dila a puochi giorni recascando in graue febre continua, et hauendo esso molto bene presso a petto le parole del Padre, ecco che il rimorso della conscientia fa che esso lui ratifichi la promessa, et auante che dal tutto si fusse riauuto uenete a truouare il Padre per confessarsi et communicarsi con grande edificatione, et ha etiamdio fatto vna gran mutatione de uita si che (per finir' in vna parola) le cuose che prima li pareuano dure et aspre ad esseguire, le son hormai diuentate dolci et amoreuoli. Laudato sia il Signore nostro.

Vn' altro cittadino staua uexato d' vna malatia, la cui confessione sentita che fu da vno de nostri Padri restò l' amalato molto consolato, et rehauendosi dalla sua malatia, subito uenne a trouare esso Padre per confessarsi et communicarsi, vdendo poi ordinariamente ogni dì la messa di P.i, et reputa vn grande beneficio, quandoche gli è detto vna parola da nostri P.i, et non solamente fa in se frutto, ma anchora nella moglie, figlioli, et famiglia, li quali tutti perseuerano nelle confessioni et communioni di nostri Padri.

Non meno se debbe laudare il Signore in questo: che vn soldato, da cinco o sei anni non confessato, egli è uenuto a ri-

[1] Psalm. cxvii, 23.

trouare li Padri gia 2 o 3 uolte confessandosi et è totalmente redutto al grege de Christo.

Vna nobile madona afflitta e tribulata in suppremo grado, imo non so sę ardirò a dire, quasi mezzo desperata, per la morte d' vn suo vnico figliolo, che il Signore Dio con molti preguieri hauea a lei concesso; questa dico frequentando spesso la sancta confessione et communione da nostri Padri è hor' mai redotta in molto meglior uia, essendo dalli Padri et fratelli spesse fiate consolata.

Publiche peccatrici si sono rauedute et confessate delli nostri Padri; queste si sono collocate, parte nelle conuertite, parte con altre persone da bene. Io saria troppo longo a narrare in particulare la moltitudine de confessioni generali che hanno vdito essi Padri. La visitatione et aggiuto delli infermi et altri esercitii secondo l' institutione della Compagnia nostra. Laudato sia Christo nostro Signore che non manca doue possiamo esercitare la charità, quantunche gran incommodo sia il non hauere chiesia presso. Il che uedendo Monsignor Reuerendissimo [1] et altri amici, mostrandosi afficionati alla Compagnia hanno scrito alla Illma. Signoria del Cardinale Morone [2] sopra d' vna chiesia, la quale sta in sito commodissimo collocata; accio procurasse farci dare l' vso d' essa chiesia. Dio nostro Signore disponga de tutto cio, quello che sia più a sua gloria et vtilità delle sue anime.

Il luogho di S.[to] Bernardino è al nostro commando come prima, portandoci grande affettione quelli d' essa Compagnia. Potendo però trouare luoco altro meglio al proposito, lo torremo; sin minus, haueremo pacientia con tutto cio che uorrà il Signore.

Questo Santo Remigio nella renouatione degli studii [3], si

---

[1] Aegidius Foscarari, O. P., Mutinensis Episcopus ab anno 1550 ad 1564. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, n. 192.

[2] Vide *Cartas de S. Ignacio*, t. V, c. DLXXXVIII, annot. 3 et alibi passim.—Dum anno 1550 Episcopatu se abdicavit, "Si riservava però il Morone il diritto di regresso alla chiesa di Modena quando accadesse che il Foscherari (quem sibi successorem postulaverat) a lui premorisse, o rinunciasse alla sede; e ritenevasi una pensione annua di scudi settecento e la collazione dei Benefizii.„ BERNABEI, *Vita del Cardinale Giovanni Morone...*, pag. 54.

[3] In ferrariensi Collegio, a cujus Superiore, P. Pelletario, aliquo modo et mutinense pendebat, studia renovabantur, non in festo D. Lucae, sed, parisiensi more, S. Remigii. Vide POLANCI *Chronicon.*, t. III, pag. 138, n. 278.

sono fatte cuose d' edificatione grande et de molta marauiglia appresso gli huomini di questa terra, per non hauere mai uisto simile exercitio: uedere puttarelli con tanta animosità montare in pulpito, et con tanta gagliardezza et libertà far il suo fatto: furno recitate da 13 o 14 orationi, et drieto a ciascheduna vna quantità de uersi de più sorte con grande iubilo. Siamo stati anchora participi della festa il fratello Mtro. Joanni Valerio et io, facendo il Padre che recitassimo vna oratione per huomo, dil che penso ne fu seruito il nostro Signore. Questa renouatione durò due domeniche; et tanto fu l' auditorio che n' era piena la chiesia di Sto. Bernardino, doue si faceua. Vi furno presenti Monsignor Reuerendissimo, accompagniato col' Arciprete et molti canonici, dilche pressero grandissima consolatione, come essi mostrauano. Vi erano anchora di maggiori cittadini della terra, et preti, frati, dottori, maestri, ui erano anchor' vna grande multitudine de donne intelligenti. Era grande gloria sentire laudar' il Signore alla gente. Diceuano alcuni se star' de mala uoglia, per non hauer' potuto impetrare dal Signore vno figliolo, il quale vna uolta fusse posto in simile essercitio. Basta che per questa festa fu cerrata la boca a molti maleuoli detrattori, i qualli uedettero in questo spettacolo cuose repugnanti a quelle che ne haueanno essi loro seminati per la terra di noi et di nostri scholari. Vero è che credeuamo douersi essere mossi più gli cittadini ad agrandire il numero de gli scholari, più dico che non hanno fatto. Forsa che de ciò questa sarà vna cagione: Perche dicono alcuni che quelli che mandano da noi li suoi figlioli, sono notati per persone auare et uile che non hanno 10 bolognini [1] per dar' ogni mese a gli maestri de questa terra; senza mandar' i figlioli suoi da forastieri per tenacità. Et così con questo superbo rispetto, si retirano di agiutar' a se, et a suoi figlioli. Vn' altra ragione dicono esser' questa: perche non uogliono che li suoi figlioli siano battuti d' altri figlioli, saluo che dal suo Maestro. Altra percioche li figlioli medemi non hanno inclinatione de venir da noi, amando in estremo la libertà. Parte anchora perche sono d' altri sbeffati, et chiamati santi, si come noi siamo chiamati.

Ma perche in questo parlare sono pur al presente incorso,

---

[1] *Bolognino* dicebatur argentea quaedam moneta valorem aequans franci 1,15.

non lassarò, per più gloria diuina et conforto d' i mei fratelli, di tocar vn pochitin' in questi insulti et uilanie, che per amor' de Christo habbiamo recebuto, essortando noi anchora loro, che supportino in pacientia et allegrezza de spirito li suoi, desiderando insieme con il suo Monarcha Christo Jesù portare allegra et animosamente la sua benedetta et sacrosanta croce.

Habbiamo adonch' hauuto molte persecutioni de putti et gioueni insino a romperci la porta et fenestre del collegio, tagliar le fune et straciare le catene della campanella etc., radunati a vintinara o trentanara auanti la porta del nostro collegio, cosa certo de gran marauiglia, faciendo gridi incomportabili (maggiori forsa che non fanno Mori in suo Alcorano), et tuto ciò per sbeffarsi di noi et di nostri scholari. Il che hanno uoluto sopportare gli nostri Padri, dicentes, *Dominus prouidebit,* come ha fatto in effetto; perche durando la cosa per 5 o 6 mesi, questo finalmente è peruenuto a gli orechii de sua Excell.a [1] con la cui gratia il Rmo. Mons.or D. Alouisio, figiolo suo, scrisse a vno gentil' huomo di questa terra, domandato il Conte Hercole Rangone (già Imbasciatore de sua Excell.a alla Cesarea Maiestà) accioche pigliasse la protettione de questo nostro collegio, et ci deffendesse da questi insulti, accio il seruitio diuino non fusse per essi impedito. Questo accettò uolontieri esso Conte, offerendoci ogni aggiuto et fauore. Et subito che ne hebbe intessi gli vltraggii, fece impregionare quello che hauea roto la porta, facendo col Signor Gouernatore che fusse castigato. Ma per essere gli Padri estrettamente pregati d' alcuni cittadini, accio non permetessimo che fusse fatto dishonore a li parenti del putto: risposero non hauere a charo che fusse fatto dishonore a nullo; ma che bastaua che per l' aduenire restassimo in pace per seruicio diuino; et che andassero pur dallo protettore, che noi erauamo contenti da tutto ciò che sua Signoria farebbe. Onde con vna gridda che sotto tal pena nullo hauesse ardire de darci impacio, fu liberato esso putto, et noi per la gratia de Dio restammo in pace.

Gli studii erano assai accommodati: ma l' infirmità de M. Valerio ha causato alquanto de disturbo; et è stato necessario che il nostro Padre reducesse le due classi in vna sola, le-

---

[1] Hercules d'Este, Ferrariae, Mutinae et Regii Dux.

gendo esso M. Valerio vna lettione sola al giorno, et io il residuo.

Le cuose de casa (per la diuina gratia) vanno bene, seruandosi la pace interiore et exteriore, e gli fratelli aggiutandosi non solamente nelle lettere, ma etiamdio nelle virtù et spiritu. Ma accio questo più perfettamente possiamo mettere in effetto, humilmente Padri et fratelli de questo collegio supplichiamo la P. V. ci aggiutti con i suoi sacrificii et orationi; raccomandandoci anchora a tutti li nostri diletti in Jesu Christo fratelli.

Da Modena alli 11 di Genaio 1555.

Per comissione del nostro Padre Mtro. Philippo Fabro.

Figliolo d' obedienza,

JOANNI GNATIO [1].

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo P.e il P.e M.o Don Ignatio Loyola Preposito generale della Compagia de Jesu, P.e osseruandissimo, in Roma.

Alia manu. 1555. Q. Modena, 11 Janu.

---

[1] Huic cognomen erat *Neto* vel *Nieto*, quod mutavit in *Ignatius, Ignasio, Gnatio*. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 97, annot. 4.

CCCXLVI

Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 14 Januarii 1555 [1].

IHS

Gratia et pax Christi Domini nobiscum. Amen.

Cum mei muneris sit, R.de in Christo Pater, scribere ea ad P. V., quae Dominus optimus maximus quatuor mensibus istis elapsis operari dignatus est ad gloriam Christi, conabor breuibus complecti ea, quae scribenda sese offerunt, *vt fratrum charissimorum precibus adiuti, plus fructus in Domini vinea adferre valeamus*. In primis ergo de Colonia pauca dicemus: deinde de Nouiomagensibus aliqua.

Colonienses magna nos charitate prosequuntur, sicut iam saepius scripsimus. Senatus ac superiores in spiritualibus ac ciues bene erga Societatem affecti sunt. Qui vero aliquando nobis contrarii fuerunt, omnes e vita migrarunt. Quidam Coloniensis, cuius reditum breui expectamus, ante profectionem suam ostenderat nobis domum amplissimam, in medio ciuitatis collocatam, quam Societati dare omnino intendebat. Superiores Colonienses omnes infestos concionatores reiecerunt, ac prohibuerunt ne amplius concionarentur, eorumque loco catholicos concionatores constituerunt non sine magno populi tu-

[1] Bina extant hujus epistolae exempla. Primum quidem autographum ab ipso Leonardo Kessel exaratum, unico constans folio, n. 310, et a Polanco variis lituris et emendationibus castigatum. Alterum vero, n. 309, ex autographo sic emendato, transcriptum. Hic porro autographum exhibere sufficiat, notando, ut alias, characteribus italicis ea, quae Polancus cancellavit; caeteras emendationes ad calcem uniuscujusque paginae subjiciendo.

multu, qui vnum catholicum concionatorem e templo fugarunt lapidibus; sed omnis tempestas modo sedata est et meliora speramus in dies.

Ciues Nouiomagenses summa cum charitate nos receperunt, quorum confessiones per dies multos audiuimus, ita vt dicerent a centum annis tale aliquid Nouiomagi non fuisse visum. Sed aduersarius veritatis non cessauit excitare tragoedias per homines, noua hac secta lutherana infectos, et per religiosos, qui omnem mouerunt lapidem, male informando superiores ciuitatis, *mentientes, et* nescio quae adferentes, *ita* ut contra omnem iustitiam superiores aliqui ciuitatis *fecerunt me exire, quare* gaudebam [1] quidem quia in vita mea non contigisset mihi tanta gratia, sed condolebam amicis omnibus, quibus lachrymae altaque suspiria ad Dominum non deerant. Condolui miseriae ac caecitati aduersariorum. Quidam Noviomagensium, vt iam experientia didici, sunt homines mirabiliter [2] furiosi, postea tamen redduntur tractabiliores. Quare spero eos mitiores futuros quando ad eos reuertar.

Matertera M. Theodorici Canisii [3] dedit Societati locum amplissimum cum domibus et eis quae in domo necessaria sunt, *cum omnibus necessariis* ad officium missae et ad ornatum altaris pertinent*ibus* [4]. Et haec virgo erat sexagenaria, quae, cum haec omnia Societati fecisset [5], infirmari coepit, et 8 Januarii migrauit ad Dominum, cuius anima requiescat in pace. Plurimae virgines, quarum confessiones audiui, in animo habent mundum relinquere ac in virginitate Deo seruire. Plurimi ciues non mediocris conditionis cupiunt suos filios Societati dare.

Reuerendus Pater Prior Carthusiae [6] misit ad P. V. 500 aureos [7], et adhuc plura mittere intendit, quem cum omnibus amicis ac me cum confratribus meis P. V. ac Reu.dorum Patrum precibus commendo.

---

[1] Ita in autographo; at melius haec concinnavit Polancus hac ratione: *commentitia, nescio quae, adferentes, eo usque ut contra omnem justitiam superiores aliqui civitatis ad me ex urbe excludendum impulerint. Quod ad me attinet, gaudebam...*

[2] *miro modo*. Id.

[3] Theresia [?] van den Bergh.

[4] *et iis, quae* ad officium missae et ad ornatum altaris *pertinent*. Polancus.

[5] *donasset*. Id.

[6] Gerardus Kalckbrenner (Hammont, Hammontanus).

[7] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 278, n. 602.

Bene valeat P. V. in X.°
Raptim.
Coloniae 14 Januarii 1555.
R. V. seruus indignus,

LEONARDUS KESSEL [1].

Superscriptio in secunda pagina: R.do in X.° patri M. Ignatio a Loyola, praeposito generali Societatis Jesu, Romae.
Alia manu. 1555. Quadrimestre di Colonia delli 14 di Genn.°
Et alia. Emen[datae].

CCCXLVII

Bernardus Oliverius
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 17 Januarii 1555 [2].

†
IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sint et continuo augeantur in cordibus nostris. Amen.

Jam tempus nos monet, R.de in Christo Pater, vt eorum, quae proximo hoc quadrimestri a nobis acta sunt, T. R.dae Paternitati rationem reddamus, quae quidem, licet et pauca sunt et vix relatu digna, vt tamen obedientiae faciamus satis, et vt cognita

[1] Multo fusius de iis scripsit Leonardus Ignatio litteris eadem die datis; sed eas, quoniam quadrimestres non sunt, hic praetermittendo, edemus, Deo volente, in Appendice 2.a *Novae Seriei litterarum Sancti Ignatii.*

[2] Duo sunt harum litterarum exempla, utrumque in folio duplici. Primum, autographum, ab ipso Oliverio exaratum, n. 365, in quo nonnulla emendavit Polancus, quae nos ad paginae calcem adnotabimus. Alterum vero apographum, nn. 366 et 367, juxta emendationes in autographo factas.

nostra negligentia corrigi et emendari valeant, lubens manifestabo.

In primis Pater noster M. Quintinus [1] prosequitur suas conciones et lectiones doctrinae christianae in Beghinagio [2] singulis diebus dominicis et festis: auditorum numerus augetur in dies, et eis satisfit plurimum, nec omnino absque fructu. Nam post concionem (quam facit [3] statim a prandio) usque in multam noctem, duo ex nostris, et quando possumus, omnes tres, satisfacere non valemus confitentium multitudini; nec tunc solum, verum etiam et totis frequenter operariis [4] diebus id contingit, praecipue sub solemnitates celebriores.

Fructus autem ex his confessionibus refertur non omnino exiguus, cum fere ad nos accedant, qui in animo habent vitam anteactam in meliorem commutare. Factum itaque est ut nonnulli ex eis ab haeresi resipuerint [5]. Inter caeteros quidam, qui a pluribus annis nunquam interfuerat missae sacrificio, quod omnino irridebat, contemnebat, et etiam [6] vituperiis afficiebat, qui tamen confessus resipuit [7].

Quaedam etiam virgo, a sex annis sacramentaria, scilicet, negans sub speciebus panis et vini contineri corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, peracta confessione generali vni ex patribus, sic resipuit, vt non solum crederet, sed et adoraret et devote sumeret sanctum corpus Dominicum, et deinceps se fidei catholicae adhaesuram promitteret.

Multi quoque, quibus iam pene persuaserant haeretici quod audire missam esset peccatum mortale (nempe idololatriae ob adorationem sacrosanctae Eucharistiae), monitionibus nostris ad mentem redierunt. Plurimi quoque, nutantes in fide, confirmati sunt. Plures quoque, qui a multis annis aut confessionem non fecerant, aut non integram, serio, integre et generaliter nobis sunt confessi. Inter hos quaedam a viginti annis in confessione annuali crimen nefandum, incestum videlicet cum fratre

---

[1] Quintinus Charlart.
[2] Vide tom. I, pag. 550, annot. 1.
[3] Verba *quam facit* cancellavit Polancus.
[4] *profestis*. Polancus.
[5] Deletis verbis *Factum itaque est ut*, ita haec emendavit Polancus: *Nonnulli ex eis ab haeresi resipuerunt.*
[6] Verbum *contemnebat* et particulam *etiam* suppressit Polancus.
[7] Loco verbi *resipuit, ad cor rediit* scripsit Polancus.

germano [1], semper subticuerat, non propterea tamen abstinens a sacra communione; tandem vni nostrum confessionem debitam fecit, et ad vitam spiritualem anhelat.

Omittam restitutiones a poenitentibus factas, ac concordias, et pecuniae non paruam quantitatem in vsus pauperum erogatam. Non defuerunt etiam quae, e coeno libidinis emersae [2], ad monasterium B. Magdalenae, vulgo conuersarum, conuolarunt, duae aut tres: aliae aliquot collocatae apud honestas matronas; vna a quodam iuuene vitiata, eidem, opera cuiusdam Patris nostri, iuncta est matrimonio.

Quidam sacerdos, sermone cuiusdam ex nostris compunctus, statim accessit ad confessionem, et sacrilegium et incestum, cum duabus filiabus spiritualibus diu continuatum, serio, vt apparet, deseruit. Quaedam quoque, quae carnaliter se a daemone cognosci saepius permiserat, modo vitam castam agit, et daemonis tentationes, Patris cuiusdam consilio, strenue vincit.

Inuisimus quoque hospitalia et pene omnium ibi decumbentium confessiones audiuimus. Procurauimus quoque apud Gubernatorem [3] huius ciuitatis vt statueretur, ne deinceps vlli aegroti in dictis hospitalibus reciperentur, nisi prius essent confessi: nonnulli enim ibi decumbebant, qui a multis annis non erant confessi, imo etiam qui (haeresim forsan sapientes) soli Deo se confiteri velle pronuntiarent.

In carcere constrictos aliquos quoque inuisimus, et eorumdem confessiones audiuimus; non tamen licuit nobis communes et praecipuos carceres ingredi, licet id instanter postulauerimus.

Adfuit quoque P. noster Mag. Quintinus haeretico cuidam peruersissimo, extremum supplicium patienti, qui ausus fuerat ipso festo Natiuitatis proxime elapso, in summo templo, in summa missa, praesente toto populo, e manibus sacerdotis, consecratam hostiam populo adorandam eleuantis, vi eripere, et in terram proiicere, ac pedibus conculcare [4]: huic, inquam, adfuit Pater noster aliquoties in carcere, et postmodum cum poenas

---

[1] *crimen nefandum incesti semper subticuerat.* Polancus.

[2] *emergentes.* Id.

[3] Is erat Florentius de Montmorency, comes de Montigny. DELPLACE, *Le Protestantisme et la Compagnie de Jésus à Tournai au XVIe siècle*, pag. 19.

[4] Vide DELPLACE, l. c., pag. 18.

debitas et publicas lueret, nullum non mouens lapidem, vt errantem ad sanam mentem reduceret; et quamuis id non potuerit efficere, omnibus tamen catholicis pergratus fuit et magnae aedificationis tam sedulus eius labor ac pius conatus.

Eiusdem Patris ac etiam omnium nostrum opera et consilio libenter et frequenter vtuntur dictus Dominus Gubernator, magistratus, ac utriusque sexus nobiles plurimi, quorum permulti concionibus eiusdem Patris intersunt frequenter.

Plurimi quotidie nos accedunt consilium et auxilium in rebus conscientiae suae petentes; aliqui vt dissidentes in concordiam redigamus, maritos cum vxoribus suis reconciliemus; alii vt aegrotos aut variis spiritibus vexatos inuisamus et consolemur; alii vt suos amicos aut vicinos moneamus in fide suspectos, aut haesitantes roboremus, aut etiam haeresi infectos ad catholicam fidem reducamus; alii vt a scrupulis eximantur, aut similibus piis operibus iuventur, quibus quandoque pene obruimur.

Dedimus quoque spiritualia exercitia quibusdam, qui magnum fructum fecerunt [1]. Inter ceteros cuidam fratri Franciscano, eximio admodum concionatori, qui fructum singularem fecit, et non dubium quin Societatem, tum in concionibus, tum in priuatis colloquiis, plurimum suo tempore et loco promouebit [2]; eam enim summe diligit et plurimum veneratur.

Haec fere sunt, R.de P.r, quae nunc mihi occurrunt scribenda; et nisi mea negligentia et pusillanimitas obfuisset, non dubito quin Dominus plura dedisset, praecipue in ciuitate tam infecta haeresi et tam plena omni genere vitiorum; sed spero quod P. T. obtinebit nobis a Domino gratiam plura faciendi hoc futuro quadrimestri ad eius gloriam et honorem, maxime si nobis quoque concionari liceat. Interim nos omnes humiliter commendamus precibus et sanctis sacrificiis V. R. P. ac omnium Patrum et fratrum, tam in Collegiis quam in domo [3] degentium. Feliciter vale.

Tornaci, 16 cal. Februarii 1555.

T. R. P. inutilis seruus in Christo,

Bernardus Oliverius.

---

[1] *ceperunt.* Polancus.

[2] Praecedentia hac ratione emendavit Polancus: *eximio admodum concionatori cum fructu singulari, et non dubium quin Societatem... promovere poterit.*

[3] In Collegiis Romano et Germanico et in domo professorum Romana.

Superscriptio in quarta pagina: † R.do in Chro. P. D. M
Ignatio de Loyola praeposito generali Societatis Jesu. Roma
Alia manu. 1555. Tornacen'. Quadrimestre del P.e Bernar
Oliu.° delli 17 de Genn.° Q. S.

CCCXLVIII

Paulus d' Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 18 Januarii 1555 [1].

†
IHS

Molto R.do in Christo Padre.

Pax Christi etc.

Essendo già uenuto il tempo che ce admonisce della obedientia et obligatione che habbiamo di far la lettera delli 4 mesi, con questa procurarò con quella breuità che mi sarà possibile auisare la P. V., tanto delli nostri soliti essercitii in questi 4.° mesi fatti, come de alcune particolare opere ch' el S. Iddio s' ha dignato operar per questo collegio et suoi infimi instrumenti a honore et gloria di sua Diuina Magestà, come operator dil tutto, et consolatione delle anime.

Il essercitio delle lettere per gratia del Signore, se continua et ua sempre inanzi, procurando li mastri con sua solita diligentia che in lettere et buoni costumi siano instituti et ogni dì più frutto facciano li scholari. Si ha fatto il principio delli studii in questo Ottobre passato, et s' hanno recitato con molta gratia duoi orationi, vna greca et altra latina et epigramme hebrei, greci, et latini, trouandosi presente il Cardinale di Paler-

[1] Autographae duplici folio, nn. 231 et 232.

o [1] et Monsignore di Saragoza [2] et Magistrato et molti gen-
l' homini: tutto si fece con molto applauso et satisfattione: rin-
ratiato sia il Signore.

S' hanno continuato ancora le prediche tutte le domeniche
feste nella chiesa nostra et il uenerdì la lettione della dottri-
a christiana et in diuersi monasterii; delle quali si uede nota-
il frutto per gratia del Signore: s' hanno dato li essercitii a pa-
echie persone, homini et donne di conditione, et le confessioni
t communioni etiam de persone nobili, quali in altri luoghi so-
liono esser più tardi a questo essercitio, questo Natale si son-
o communicati nella chiesa nostra ben 300 persone et m' ha
itto il Cardinale che per le parrochie si sono communicato
arechie persone, il che non era solito per il passato, et s' attri-
uisce alla uenuta di questo collegio.

S' ha attesso a far qualche pace, et si è andato a confessar a molti infermi et aggiutato a morir alcuni, et alcuni grandi peccatori si sono aggiutati et consolati; fra li altri c' era vno che di 14 o 15 anni (come lui diceua) era incorso in incesto, et vinto della vergogna non haueua animo di confessar, et così era venuto alla età di 50 anni, che, riceuendo il SSmo. Sacramento, mai di tal peccato s' haueua confessato, il qual parechie uolte era tormentato del demonio, massimamente di notte, facendoli terrore et segni di uolerlo suffocar; et alla fine piache al S.re che se determinò di uolersi confessar nel collegio nostro, sperando esser liberato di tal terrore; il che per gratia del Signore ha fatto et si è quietato.

Vna donna, agitata molti anni del spirito della blasfemia, in tanta desperatione era venuta, che non faceua più conto delli peccati mortali, et s'era resolta di non uolersi più communicare perche li pareua che al' hora era più molestata, et venendosi a confessar al collegio, et essendo aduertita che non concedendo ad aquel spirito, ma essendo inuoluntario, che non era peccato, inanzi si meritaua in hauerne dispiacere, se rallegrò grandemente, et se deliberò di frequentar questo SSmo. Sacra-

[1] Petrus Taliavia vel Tagliavia de Aragonia, Episcopus Agrigentinus (1537) Archiepiscopus Panormitanus (1544) usque ad mortem (1558), Presb. Cardinalis tit. S. Calisti (1553).

[2] Hieronymus de Bononia, Syracusanus Archiepiscopus.

mento al qual haueua pigliato in horrore, trouando paura doue non ce n' è, anzi consolatione et benignità.

S' ha dato alcun principio al collegio Arabico [1], trouato vno instrutto bene nella lingua, il quale insegna alli 3 figlioli di Africa, che ce dette il Vicerè [2] per questo effetto, et duoi altri nostri, quali hanno buoni principii in tal lingua, perche il vno nacque in Tripoli, benche di 7 anni fusse transportato in queste bande: l' altro in Malta; studiano con molto desiderio, et spero nel Signore che potranno presto insegnar ad altri. V. P. habbia per raccomandata quest' opera con tutti l' altri Padri et fratelli; che non poco speramo ch' il Signore Iddio se ne seruirà tanto per guadagnar alcune anime di questi mori che sono qua, come per le terre delli infideli, quando il Signore serà seruito che si uada.

Di Valentia sunno uenuti 8 giouani con vno delli nostri [3]: sono giouani habili et uengono con molto desiderio de seruire al Signore; alcuni di loro hanno fatto progresso nelli studii, hora s' essercitano nelli essercitii di casa per dippoi metterli in quello delle lettere; spero ch' il Signore Iddio se ne seruirà di loro: habbiamone mandato duoi a Messina per reparterli con tre altri delli nostri antiqui: li duoi per hauer di andar a Saragoza a legier in quel collegio, che presto, piacendo al Signore, s' ha di principiar.

Il P. M. Hieronymo Domenech è uenuto di Messina con sua Ex.tia [4], et per hauer cessato il P. M. Michael Boteglio, se repartiamo fra noi altri le prediche della chiesa nostra.

Siamo 40 persone nel collegio tutti per gratia del Signore Iddio occupati ogn' uno nel essercitio suo et in *vtroque homine* s' attende di star bene: quelli che studiano, si essercitano in componere, in declamar, et far orationi latine, componer uersi, et sopra quelli se disputa; et si uede che s' animano et fanno molto frutto a gloria del Signore.

---

[1] Collegium, ubi pueri, ex Africa aut ex Africanis parentibus orti, "linguam suam arabicam conservarent, et latinam addiscerent cum doctrina christiana, ut aliquando in vernacula ipsorum lingua concionari possent„. POLANCUS in *Chronico*, t. IV, pag. 218, n. 483.

[2] Siciliae Prorex, Joannes de Vega.

[3] "Inter quos Petrus Belver, Dominicus Andalur et alii erant.„ POLANCUS in *Chronico*, t. V, ubi agit de Collegio Panormitano.

[4] Scilicet, Prorege.

Hauemo riceuuto vno giouane di questa città di buoni parenti, et è di buona habilità; duoi anni ha continuato in far instantia di esser riceuuto, et non lo riceuendo, perche li suoi parenti non ce ueniuano bene, vn giorno se ne venne al collegio, et non fu ordine con molte persuasioni persuaderli che ritornasse a casa; et così mandassimo per il suo padre, il quale ce tempestò più d' una hora, et vedendo la constantia sua, lo lassò, et poi uenne un' altro giorno con vno Ziano *(sic)* suo et con proponerli che la madre sua staua per morir, et il Zio, ch' è persona richa, hauendoli inanzi fatto grande offerte, uolendolo pigliar per figliolo, per che non ha figliolo maschio, non li poteno persuader che andasse a ueder la madre sua, dicendo che non si curaua, etiam si morisse la madre sua, et che assai uolte se l' haueua detto a loro quello che uoleua far; che hauessino pacientia: il giouane è di 15 anni.

Molti altri sono che uogliono intrare che tengono molto buona habilità, li quali col tempo si riceueranno.

Non altro per questa. Tutti ci raccomandamo nelle sante orationi di V. P. et la pregamo ci raccomande al Signore, acciochè sua santa uoluntà facciamo et in tutte le cose lo seruiamo.

Di Palermo alli 18 di Gennaro 1555.

D. V. R. P. indignissimo seruo in Jesu Christo,

Paolo di Achilli.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo P.e il P. M. Ignatio de Loyola Preposito generale della Compagnia de Jesu. A Roma.

Alia manu. 1555. Palermo. Quadrimestre de 18 di Genn.

Fragmentum cerae rubrae et sigilli.

CCCXLIX

Leo Lilius
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 19 Januarii 1555 [1].

†

La gratia et pace di Christo Signore nostro sia sempre co tutti. Amen.

Molto R.do in Christo Padre.

Hauendomi imposto la santa obedientia ch' io racogli mandi alla R. P. V. tutto quel che quì per la gratia del Signor si è fatto nel diuin' seruicio, mi sforzarò esseguir' il precett con ogni breuità.

Delle confessioni adunque et essercitii spirituali altre uol n' ho scritto assai copiosamente; doppo ueggo ch' il numero c confitenti è molto cresciuto, et ch' a più et più persone sor stati proposti detti essercitii, et specialmente a gli frati d' u diuoto monastero: et a doi giouani, gli quali si resolsero per Compagnia: et a un licentiato, del quale ho uoluto farne me tione per il singolar frutto che in quelli ha fatto. Alli giouani nouitii del medesimo monastero il R.do P. M. Ludouico [2] ha d chiarato una parte della dottrina christiana con molta mode tia, attentione et frutto loro: perche all' hora si ritrouaua darsi all' oratione et sparger le lagrime della contritione, adesso conseruando tuttauia la diuotione si essercitano og giorno nelle meditationi a loro insegnate da esso nostro P. Ludouico.

La chiesa nostra, deserta et quasi sterile inanzi che da

[1] Autographae duplici folio, nn. 54 et 55.
[2] P. Ludovicus de Coudreto.

fussi habitata, di giorno in giorno è più frequentata, et si racogono uarii frutti spirituali, concorrendo molta gente sì alle confessioni et communioni, sì alle prediche che si fanno in quella le domeniche et feste. Non pocche gentildonne si sono confessate generalmente, et un giouane, il quale, già molto tempo uscito della religione, come pecorella smarrita andaua uagabundo, confessatosi et molto aggiutato da P. M. Ludouico, è ritornato al suo monastero, ouile securissimo contro al lupo infernale.

Nelle preggioni anchora si sono fatte alcune essortationi spirituali a consolatione delli poueri incarcerati, et benchè per la bontà d' Iddio molti si siano raueduti et pentiti della uita passata, nondimeno racconterò alcune particolarità che sono accadute.

Essendo li rinchiusi alcuni gli quali già 7, 10, 15, 17 et 18 anni non s' erano confessati, dal coltello del uerbo diuino percosi si confessorono et communicorono. Vn' altro di malissima uita, col udire la parola del Signore, a lui si è conuertito, confessandosi con fermo proposito di non più peccare. Tre giouani fiorentini, gli quali insieme s' erano feriti, doppo la predica fecero pace lassiando il pristino odio. Qui aggiungo come più de xx soldati sono stati liberati dalle preggioni col fauore del R.do P. Prouinciale [1], et alcuni altri destinati alla galera per mezzo d' esso Padre, et per la diligentia et cura del P. M. Ludouico, hanno hauuto gratia et misericordia da sua Eccellenza [2].

Quanto a quel che più tocca al collegio, con licentia di V. R. P., tre giouani sono stati riceuuti in casa, due de' quali sono spagnuoli, il 3.° italiano et fiorentino: tutti nobili: uno delli spagnuoli era cauagliere molto honorato [3], l' altro è nipote del R.do P. Prouinciale [4], ambidue ben' inclinati et di buona espettatione. L' italiano è Arciprete di Prato, giouane di religiosi costumi, et di uita alla dignità conueniente [5]. Vn' altro giouane fiorentino molto nobile, de 15 anni, nipote del Vescouo di Cor-

---

[1] P. Jacobus Laynez.
[2] Scilicet, Ducis.
[3] Fridericus Manrique. Vide Polanci *Chron.*, t. iv, pag. 36, n. 52.
[4] Aloysius de Mendoza. *Ibid.*
[5] Philippus Guazalotri. Vide Polanci *Chron.*, t. iv, pag. 170, n. 357.

tona, assai prouetto nelle lettere latine et anchora grece, di modestia singolare et fra gri altri nostri scholari di maggior bontà, hauendo ardente desiderio di seruir' al Signore, dimandò d' esser riceuuto nella Compagnia con tanta modestia et humilità, che ueramente si poteua giudicare che da Dio fussi mosso; ma essendo egli auisato che da noi non poteua essere riceuuto senza licentia delli suoi parenti, et desperando poter impetrar tal uenia, secretamente non manifestandosi ad alcuno delli suoi parenti, si parte come soldato de Christo, benchè di natura et corpo delicato, ma di animo forte et gagliardo, pigliando la strada non più fatta ò da lui cognosciuta, ma per la quale sapeua certo esser condotto a Christo, nel quale si confortaua et molto consolaua. Venne dunque a Roma acciò costì (come bramaua) fussi da V. R. riceuuto. Per il che grande rumore fù fatto per tutta questa terra; ma per la gratia del Signore s' è acchetato, essendo buon mezzo la Signora Duchessa, la quale si dimostra molto religiosa et fautrice della Compagnia [1]. Della qual cosa ne sono segni, dicendo lei che gli pare per la conuersatione che ha hauuto con gli Padri di essa Compagnia, hauer fatto molto profitto in quel che s' appartienne alla salute dell' anima. Tienne in gran riuerentia il R.do P. Provinciale, l' onde l' ha eletto per predicator' nella sua chiesa molto magnifica et frequentata, la qual si chiama S.to Lorenzo, benchè un' altro fusse per ciò constituito.

S. Eccellenza ha datto principio alla fabricha della nostra casa seguitando tutta via l' opera cominciata. Lasso di dir' altre simil cose, per le quali facilmente cognosciamo la buona volontà di S. E. uerso noi et tutta la Compagnia.

Resta al fine dire delli nostri studii, quali rinouamo doppo Ogni Santi con uarie essercitationi fra gli scholari, alle quali, oltra assai concorso furono presenti duoi figliuoli del S.or Duca accompagnati da molti altri nobili; et il maggiore, il quale è assai uersato nelle lettere latine et grece, disse alla Signora Duchessa sua madre non hauer in tutto l' anno hauuto maggior contento, che quel dì nella nostra chiesa: gli altri anchora restorono molto consolati uedendo tanta prontezza et gratia delli fanciulli che recitauano uersi greci et latini o disputauano. Et

---

[1] Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 168, n. 350; et pag. 169, n. 351 et annot. 3.

questo è quanto ci è parso scriuere. Del resto tutti molto humilmente ci raccomandamo a V. R. P. preghandola se degni impetrarci gratia dal Signore donator d' ogni bene, acciò più diligenti siamo per l' auenire della nostra et altrui salute. Amen.

De Fiorenza, a 25 [1] di Gennaio, 1555.

De V. R. P. indegnissimo seruo in Jesu X.°

Lione Giglio.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo Padre il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Giesu in Roma.

Alia manu. 1555. Quadrimestre di Fiorenza di 25 di Genn.° R.ta alli 31 del medes.°

Praecedentium litterarum Leonis del Giglio latina versio [2].

Gratia et pax Domini nostri Iesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

Cum sanctissimae obedientiae praecepto iussus sim ea colligere, et ad T. R. P. transmittere, quae mensibus elapsis in diuino ac spiritali negotio hic contigerunt, dabo operam ut commissum munus paucis (Deo adiuuante) absoluatur.

De confessionibus igitur et spiritualibus exercitiis alias satis multa: praeterea uideo confitentium numerum magno auctu creuisse, et pluribus ea ipsa exercitia fuisse proposita, praecipue autem cuiusdam coenobii fratribus; duobus iuuenibus sae-

[1] Prius scripsit Giglius *19*, sed, hoc deleto, scripsit ipse *25*; nos tamen, quoniam latinum exemplum die 19 datum est, hoc etiam italicum hic, quasi eadem die 19 datum, ponimus.

[2] Autographum in folio duplici, nn. 74 et 75.

cularibus, qui deinde se Deo hac in Societate consecrarunt; cuidam etiam (ut uulgo dicitur) licentiato, de quo hic meminisse uolui, quod in Dei amore et sui cognitione plurimum progressus sit.

Ejusdem coenobii iunioribus, ac in Religione nouitiis, R.dus P. Ludouicus semel in hebdomade christianae doctrinae partem, magna eorum modestia, attentione et fructu exposuit nam et tunc temporis orationi sedulo uacare, et contritionis lachrymas fundere reperiebantur: et nunc quoque, deuotionis feruorem retinentes, in meditationibus, quas ab eodem Patre acceperunt, sese quotidie exercent.

Templum nostrum, olim desertum ac pene sterile, fit in dies singulos magis frequens ac frugiferum multitudine conuenientium, tum ad confessiones et uenerabilis perceptionem Sacramenti, tum ad audiendas conciones, quae dominicis et festis diebus in eo haberi solent. Et, quod a me hoc loco scribendum uidetur, multae nobiles matronae generali coram Deo et nostris sacerdotibus confessione, suarum animarum saluti consuluerunt. Quidam iuuenis, cum diu, relicto monasterio, uelut ouis amissa erraret, a P. Ludouico suasus et plurimum adiutus ad Religionem, ouile tutissimum, rediit. In carcere quoque interdum a nostris concionatum est, ex quo, tametsi plerique (Christi gratia) resipuerint, seque ad meliora retulerint, pauca nihilominus fusius explicabo. Nonnulli enim isthic includuntur qui cum a VI, X, XV, XVI et XVII anno confessionis et communionis sacramenta non adiissent, diuini tandem sermonis icti iaculo, a cunctis se peccatorum sordibus expurgarunt, atque ad sacram Eucharistiam rite accesserunt. Alter quidam scelerosus, si quis alius, uerbi Dei motus auditione, confessus est, firmo nunquam peccandi proposito se ad Deum conuertens.

Tres uero iuvenes florentini, qui se mutuis uulneribus petierant, a concione, deposito odio, in pristinam gratiam redierunt. Addam praeterea quod amplius XX milites, in uinculis coniecti, R.di P. Jacobi fauore exitum ac libertatem consequuti sunt; pauci quoque eiusdem conditionis uiri, ad triremes agendas destinati, ipsius Patris opera, tum P. Ludouici cura, constitutam criminis mulctam euaserunt.

Verum ut ad ea, quae sunt huius Collegii propriora ueniamus, tres iuuenes, habita prius a T. R. P. uenia, in numerum

nostrum adscripsimus. Eorum duo sunt hispani, tertius italus et florentinus: omnes autem nobiles: unus enim hispanorum equitis honore decorabatur, alter est P. Jacobi nepos: ambo in pietate et christianis uirtutibus probe instituti. Tertius, quem italum et florentinum dixi, ad Pratensis Archipresbyteratus dignitatem euectus, tanto plane muneri, et religiosis moribus et uitae probitate respondet. Quidam etiam adolescens florentinus, nobili e familia ortus, Cortonensis Episcopi nepos, in latinis literis satis promotus, graecis etiam imbutus, modestiae singularis, ac maioris inter reliquos nostros discipulos probitatis, annum vero XV natus, magno denique seruiendi Deo flagrans desiderio, hanc Societatem ingredi diu multumque optauit; idque tam modeste tamque humiliter rogauit, ut non alio quam diuino instinctu motus iudicari posset. Sed hic, a nobis admitti sine parentum suorum uoluntate non posse admonitus, desperans autem huiusmodi se ueniam a sua matre impetraturum, clam, nulli suorum sancto significato consilio, ne se uidelicet domesticus insequeretur hostis, clam inquam hinc discedit fortissimus Christi miles; licet delicatus, licet tenellus, licet tenui filo consutus, tamen animo fortissimus, uiam solus aggreditur, quam nunquam antea nouerat, sed quam certo ad Christum ducere sciebat, eumque in corde habebat, qui ipsum omnia docebat, in quo omnia ipse poterat, et a quo unice recreabatur. Romam igitur petiit, ut (quod ipse flagranter desiderabat) isthic a T. R. P. reciperetur. Quapropter haud exiguus in hac vrbe rumor ac tumultus inde secutus est: quem tamen Ducissa (ut uocant) magna ex parte sedauit: est enim in primis admodum pia et religiosa, tum huius Societatis studiosa, cuius rei haec sunt argumenta, quod eius Societatis cognitione et consuetudine se multum in pietate fatetur profecisse; quod R.m P. Jacobum, quem maxima reuerentia colit et obseruat, in D. Laurentii aedibus hac quadragesima concionari uoluerit, licet alius iam ad id esset constitutus. Est autem illud templum magnificum, celeberrimum, atque ab ipsa Medicorum [1] familia in D. Laurentii nomen Deo optimo maximo dicatum, quod domum hanc, quam inhabitamus, amplificare coeperit, iactis futuri aedificii

---

[1] Frequentius dicitur *Mediceorum, de Medicis.*

fundamentis. Alia huiusmodi praetermitto, quibus huius Dominae propensam erga nos uoluntatem facile cognoscimus.

Superest ut postremo loco pauca de studiis nostris adiiciamus. Ea itaque post omnium Sanctorum ferias innouauimus, literariis puerorum adolescentulorumque exercitationibus de more exhibitis: quibus, praeter copiosam multitudinem, filii Ducis natu maiores, multis septi nobilibus, adfuerunt: quorum aetate grandior, qui in literis tam graecis quam latinis est mediocriter uersatus, nullum diem aeque iucundum atque illum toto se anno transegisse matri dicebat. Sed nec reliqui auditores minorem ex disputantium ac recitantium celeritate et gratia uoluptatem perceperunt.

Haec sunt quae scribenda duximus. Reliquum est ut T. R. P. nos ex animo commendemus, cuius precibus et sanctissimis sacrificiis adiuti, nostram primum, deinde proximorum salutem diligentissime procuremus.

Florentia, die XIX Januarii MDLV.

T. R. P. indignissimus in Christo seruus,

LEO LILIUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Admodum R.[do] in Christo Patri Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu. 1555. Florentia, 19 Januarii.

Et alia. P. Leone Giglioli.—Huomo santo, sicome pensiamo.

CCCL

Bernardus Oliverius
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 24 Januarii 1555 [1].

IHS

La gratia et pace di Christo nostro Signore sia sempre con V. R. et con noi tutti. Amen.

Molto R.do in X.o Padre: depoi le vltime che io scrissi a V. R. non ho riceputo altre lettere di V. R. ni del P. Polanco, et però non accade rispuosta, ma per non mancar' di scriuer' ogni mese, scriuerò quello ci è occorso.

Primo, questi dì io fu pregato dalcuni del Capitolo di Tornay per consultar' con li dottori di Louayna vn caso che c' è occorso quà il giorno di Natale, molto enorme et abomineuole, cioè d' uno heretico, il quale pigliò la S.ma Hostia consecrata fuora della mano del Sacerdote, et la gettò in terra et col piede la conculcò in presenza del populo, et però si dubitaua si per quella irreuerentia la chiesa era polluta; et hauendo la determinatione sopra ciò delli dottori di Lovayna, ritornando per Brousselles, parlay col Nuncio Apostolico [2], domandando si haueua fatto altro col Vescouo di Cambray [3], o con la Regina [4], mi rispuose che il Secretario della Regina, a chi essa ad instanza del Rmo. Cardinale d' Ingleterra haueua comesso et dato il negotio di essaminar' le cose della Compagnia, era mor-

---

1. Autographae unico folio, sub n. 364.—His litteris usus est P. L. Delplace, dum opus, supra citatum, concinnavit *Le Protestantisme et la Compagnie de Jésus à Tournai au XVI. siècle*, in quo vide pag. 19, annot. 2.
2. Reginaldus Polus, Cardinalis. Vide supra, tom. II, pag. 596, annot. 1.
3. Robertus de Croy.
4. Maria, Hungariae Regina, Belgii Gubernatrix.

to; et così che bisognaua espettar' la commodità di parlar' alla Regina di nouo, ma che era tanto impedita nelle cose della guerra, che con difficultà si potrà far' presto qualche cosa, ma che desidera aggiutarci in ogni modo, et che con il Vescouo di Cambray non si può far' niente, perche si escusa sopra la Regina, come diceua hauer' scritto al Cardinale di Carpo [1].

Altra risposta non ho hauuto da sua S.ia R.ma et quanto a me, io non spero molto da essa. Perche quantunche io li sappi dire, mi pare sempre che resta d' animo che la Regina commandi far' inquisitione sopra la vita nostra, et quantunche li habbia detto che non pare a V. R. di far' tanto conto delle parole del Vescouo di Cambray et d' altri, mi dice che sà molto bene come si debbia proceder' in simili negotii; et acciò V. R. intenda sopra che si puo fondar' il Vescouo di Cambray, qua è costume che quando qualcheduno ha ottenuto alcuna bolla del Papa per hauere alcuno beneficio, deue prima hauer' il placeto del Imperatore che goder' delli frutti et rendite di tale beneficio, et questo sotto pretexto di proueder' a persone idonee, essendo (come dicono) lo Imperatore signore del possessorio et delle rendite. Ma per insino adesso non si è visto ni osseruato di domandar' il placeto del Imperatore per bolle o gratie del Papa, doue non sia anexo beni o intrate temporale; et così non ha raggione alcuna in questo esso Vescouo. Anzi alcune persone di qualità sono molto male contente di quello che fà il detto Vescouo, perche dicono che troppo sottomette la iuridictione ecclesiastica a la temporale. In tanto che il Vescouo non possi admettere vn predicatore senza la licenza del Imperatore. Tutto questo io ho detto al Nuncio apostolico, ma mi pare che ne fa poco conto.

Tutti tre quà stiamo sani, per la gratia del Signore, et io sono tanto forte, quanto alcuno delli altri, però priego humilmente V. R. si degni far' di me tutto quello che li piacerà a maggior' gloria d' Iddio senza rispetto alla debolezza passata.

Noi continuamo li essercitii soliti, cioè il P. Quintino [2] in predicar' e legger' la dottrina christiana ogni domenica et feste: l' uditorio cresce ogni giorni: tutti tre noi confessiamo spezo et

---

[1] Rodulphus Pio di Carpi, Cardinalis Carpensis dictus.
[2] P. Quintinus Charlart.

con particolare platiche aggiutiamo il prossimo per consegli, exhortationi priuate, etc.; ogni dì apresso d' alcuni cresce l' odore della Compagnia, ma in parte così crescono li contradittori. Il Governatore della città [1] ci vuole bene et di pochi giorni in qua io sono stato a mangiar' con sua S.ª tre volte, che ci haueua chiamato per conferire d' alcune cose della sua conscientia.

Questi dì passati mi pregò di cercar' vn maestro per il suo herede, il che ho fatto et trouato vno huomo molto da bene et dotto, del che mi hanno molte uolte ringratiato, et vna volta offerti alcuni scudi, ma io non ho voluto pigliar' niente.

Vno canonico mi stimulò hieri di domandar' dal Capitolo licenza di predicar' doue ha iuridictione, ma perche io so che alcuni ci sono contrarii, et forse ci prohibirrano, come il Vescouo di Cambrai, o al meno differriano la rispuosta, come il Vescouo di Tornai [2], non mi ha bastato l' animo insino adesso di lo dimandar', massime che io non so si la obedienza mi lassarà star' qua molto tempo, et però si non vegghiamo maggior apparenza, aspettaremo la rispuosta di V. R.

In questo mentre preghiamo a Dio che dia a V. R. et a tutti la sua santa gratia. Amen.

Humilmente ci ricommandiamo alli santi sacrificii et orationi de V. R. P. et di tutti li Padri et Fratelli tanto delli collegii quanto della casa.

Di Tornay, alli 24 di Genaro 1555.

Di V. R. P. inutile seruo in X.º,

BERNARDO OLIUERIO.

Superscriptio in secunda pagina: †—Al molto R.do in X.º P. il P. M.º Ignatio de Loyola, Generale preposito della Compagnia di Jesù in Roma.

Alia manu. 1555. Tornay: del P.e Bernardo Oliuerio 24 de Genn.º R.ta alli 8 di marzo.

---

[1] Vide supra, pag. 254, annot. 3.
[2] Carolus de Croy.

CCCLI

Theodorus Peltanus
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 26 Januarii 1555 [1].

IHS

R.de in Christo Pater.

Quod aliis temporibus fusius forsan quam aut opus, aut etiam praeceptum erat, scriptum fuit, idipsum summa iam breuitate perstringemus.

Omnes ualemus, nec quisquam omnium (quod sciam) toto hoc trimestri decubuit. Quidam oriundus Hispania, et quondam Cardinalis Coi *(sic)* famulus, Atriensis [2], fratrum albo accessit. Huic si literae, ut alia omnia bonis optanda, abundarent, insigne diuinae bonitatis instrumentum futurus erat, quamuis et has assequi posse spes est. Hunc sex alii sequuti sunt; uerum hi, qui sint, iuxta nobiscum tenetis; omnes enim incolumes Romam appulisse accepimus [3]: multi, quos necdum recipiendos duximus, nequaquam impigre, quo ii, de quibus iam dicebam, peruenerunt, contendunt. Confitentes pene manent aequabiles, nisi quod proximo iubilaeo frequentissimi fuerint.

R.dus P. Salmeron et domi et foris aliquot uicibus concionatus est; uerum quo fructu, quoue auditorio, ne obtundam, praetereo. Quadragesima proxima, in parochia Virginis Matris se

---

[1] Apographum, unico folio, n. 143.

[2] Hujus non meminit Polancus nec Schinosi. Orlandini autem nihil hoc anno habet dicere de Collegio Neapolitano.

[3] Duorum tantum nomina aperit POLANCUS in *Chronico,* t. v. "Joannes Dominicus Fasciardus et Julius Fatius.„

concionaturum recepit. Idem quosdam aduersos magna foelicitate composuit.

Respublica Salernitana, huiusce nostrae exemplo mota, aliquot iam mensibus pro Collegio instat, promittit domum, promittit reditus mediocres, omnia denique, quibus collegia sustentari consueta sunt [1].

Finem facio, ne breuitatis pollicitae lineam transiliam. Omnes officiosissime R.dae P. tuae sese commendant, quam Dominus Iesus diu nobis seruet incolumem.

Neapoli, XXVI Ianuarii MDLV.

R.dae P.tis V.

Seruus,

THEODORUS PELTANUS.

Desideratur superscriptio: in secunda vero pagina haec tantum leguntur: 1555. Neapoli, Quadrimestres. 26 Januarii.

---

[1] Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 186, n. 394.

CCCLII

Franciscus Stephanus
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, Januario 1555[1].

IHS

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Amen.

Quoniam epistolam in longum protrahere non licet, R.de in Christo Pater, qua praecipis breuitate ea, quae proxime his exactis mensibus apud nos gesta sunt, exponere nitemur.

Nihil fere noui est, de quo R. tuam certiorem reddamus, nisi forte nouum illud uideatur, spiritualem profectum non stare solum, et durare eo feruore, quo aliis literis accepisti, sed etiam in dies nouo quodam ac feruenti spiritu crescere in Domino, latiusque extendi. Concionum et lectionum,quae in templo solitae sunt haberi, idem est ordo, mutata dumtaxat Pauli lectione in Psalmorum Dauidis, non minus utilem quam gratam, expositionem. Conciones uero et sacram Eucharistiam et confessiones frequentantium numerus, quamuis antea non minimus extiterit, tamen ita est adauctus, ut occupato iam templo ab his, qui summo mane primum aduentare solent, necnon ipsius templi ianuis (quem si quis locum consequi possit, non parum se arbitratur adeptum), multi tamen non sine summo dolore domum reuerti cogantur, quod nullus iis, ne in templi quidem uestibulo, locus supersit: fuit autem communicantium numerus his festis Natalitiis circiter 600. Caeterum, quam feruens sit

[1] Exemplum, cujus postrema tantum verba "In Genaro... etc.„ sunt manu ipsius Stephani scripta Constat duplici folio, primo n. 214, altero vero non numerato.

peccatorum ad poenitentiam conuersio, testantur id plane non minimae lachrimae et gemitus, qui in nostro templo in dies exaudiuntur. Qui antea sub mundi erant imperio, nunc sub Christi militant uexillo: qui turpibus antea et obscenis irretiti erant uitiis, his nunc expediti, perfectae honestatis et pietatis sunt omnibus exemplo. Sed haec longiori sermone, cum non vnum aut alterum extet huius rei exemplum, sed prope innumera, prosequi non est animus.

Ad haec nefarii quidam nec inferioris conditionis tantum uiri, sed et huius ciuitatis primarii, quorum infamis uita nulli non erat nota, quod siti inextinguibili inimicorum sanguinem expeterent ac armis onusti semper conspicerentur, nunc, illis depositis, iis animum muniere armis, quibus diutino bello mundum expugnare, carnem subigere, daemonem debellare queant. Sed ne, dum nimium propero, leges praescriptas excedere uidear, vnum hoc inter tam multa audire exemplum non sit, quaeso, graue. Vir erat hac in urbe quidam non obscurae nobilitatis, qui, graui ab inimico accepto uulnere, in uitae pene uersabatur discrimine: confessus tamen cuidam ex nostris, alta exclamans uoce, in multorum praesentia, pansis se brachiis inimicum amplexurum pollicitus est: tantum abest ut uel in ius illum uocare uel iniuriam illatam ulcisci uellet. Erat et alius in hac eadem urbe non ignotus, qui se inimico iniuriam condonaturum promiserat quidem, ea tamen conditione, ut in ciuitatem non ille ueniret (erat enim absens inimicus), ne, eo in urbe uiso, antiquae iniuriae recordatio recrudesceret: mox uero, cuidam ex nostris confessus, non efflagitauit modo obnixissime, sed misit etiam ad illum, qui diceret, ut in urbem reuerteretur, quo illius pedes oscularetur.

Virorum utcumque praelibauimus constantiam; fragilioris nunc, rogo, sexus audi infractum animum, ac in muliebri corpore uirilem contemplare magnanimitatem. Foemina erat quaedam, quae mariti mortem ita tulerat impatienter ac immoderate, ut modum excogitarit, quo et ipsa sibi mortem conscisceret. Quare non manducabat unquam, non dormiebat, humi iacebat semper, ut hac ratione uitam cum morte commutaret. Dicebat enim haud fieri posse ut, eo priuata marito, quem unice diligebat, superstes ipsa uiueret. Dei iustitiam proterua mulier incusabat: in doloris consolationem misera inferni cruciatus sibi ele-

gerat. Quid ergo factum est? Confessa tandem uni e patribus, adeo mentem in melius commutauit, ut quo antea spe esset deiectior, eo nunc in Domino stabilior, et in spem diuinae clementiae magis sit erecta, estque iam in earum numero, quae praecipue confessionis et sacrae Eucharistiae sacramenta frequentant. Quam uero multi fuerint, qui alienas uxores diu domi retentas dimiserunt, silentio praetereo; non enim hic ea dicenda, quibus similia alias iam scripta sunt. Confessiones quoque generales multorum sunt auditae: ex quo fit ut ex religiosis non paucos, et feruore, et pietatis studio, longe post se relinquant. Praeteritis hisce mensibus, quadraginta horarum acta est oratio, ad quam tanta confluxit turba, ut, quamuis in singulas quique distributi essent horas, nonnullis tamen diei partibus (ut hisce ego ipse oculis uidi) multi, referto iam templo, extra fores cogerentur tamdiu manere, donec qui ingressi prius erant oraturi, absoluta hora, egrederentur. Vnde fama est, ex quo haec est acta oratio, notissimae impietatis quosdam uiros Deo ferventer adhaesisse. Hinc etiam arbitror fieri ut tam multi ad nostram aspirent Societatem, virgines quoque nonnullae religioni se deuouerint, et quidam alii spiritualia exercitia deuote acceperint. Atque haec de templi spirituali profectu.

Porro in Collegio nostro et schola nihil est noui omnino. Vnum tamen illud est, quod admoneamus, in studiorum initio habitas esse duas orationes latinas; uersus quoque tum graecos, tum latinos recitatos; non tamen a domesticis (ut solitum erat fieri) sed ab externis studentibus, quod Proregi, qui praesens aderat, et parentibus, qui filios audituri accesserant, gratum admodum fuisse intelleximus, quod uiderint illi quantum in studiis liberi promouissent.

Sed quoniam uerbum Dei in monasteria quoque longe lateque extenditur (ut et antea fieri solitum erat), si quid in his nouissime acciderit, omissis his, quae alias Rev.[a] tua audiuit, breui relatione aperiemus. Quodam nuperrime ex nostris concionante, in uno e monasteriis, cum monialium virginum, nec paucarum quidem, hic esset communis et deprauatus mos, ut bona singulae priuata possiderent, sui immemores instituti, nunc, diuina gratia ad antiquam religionis institutionem conuersae, vno animo communem statuerunt uitam degere; quod eo maius fuisse existimandum est, quo difficilius imbutum pra-

uitatis errorem e corruptis mentibus expellere: earum multae, quamuis idem non fecerint, parentibus pro more recusantibus, animo tamen in hanc omnes accesserunt sententiam: quinque vero, nulla parentum hac in parte habita ratione, quicquid bonorum possiderent, concione perfecta, diuino (ut credendum est) afflatae spiritu, ad Abbatissae pedes humili resignatione prouolutae, exposuerunt.

R.dus autem P. Praepositus [1] subleuandae multorum inopiae, praeter solita exercitia, potissimum fuit intentus, qua non solum haec, sed etiam aliae huius insulae ciuitates urgentur et premuntur usque adeo, ut fame multi oppressi ultimum claudere diem cogantur. Occurrit itaque huic necessitati non sane segniter; breuissimo enim dierum numero non minus quam 7500 scuta Messanae ex eleemosinis collegit, ut domum (quam uulgo montem pietatis appellant) constitueret [2]. Duo peregit hinc itinera, Bibonam alterum, alterum Panormum, quorum priore, cum Catana transiret, allocutus ibi est Ferdinandum, Proregis maiorem natu filium, qui dixerat nostro R.do Patri uelle se uniuersitatem illam Catanae (quae sola in hoc regno habetur) Societati demandare. Vbi etiam orphanorum domum restituit [3] eleemosinarum subuentione.

In oppido etiam Itala Domini uinea diligenter excolitur; nam praeter confessiones et communiones, quae in dies frequentiores ibi sunt, nuper (ita iubente Prorege) missus hinc professor unus est, qui, audientibus monachis et oppidanis iuuenibus, graecas et latinas literas profiteretur.

Syracusanum Collegium (de quo iam alias Paternitas tua

---

[1] P. Hieronymus Domenech, Siciliae Provincialis.

[2] "Domenechius vero, quem Prorex dum Messanae esset, adventantis Turcicae classis fama eo revocatus, prope calendas sextiles Bisbonam miserat, ut filiae Isabellae crebris nunciis flagitanti, quod primum immineret puerperium, paterna cura satisfaceret, Messanam ut rediit, Proregi persuasit, ne pateretur, Montem Pietatis, quem anno superiore Natalis tanto labore, atque impensa inchoaverat, eo absente obsolescere, quod publica nondum auctoritate, neque ullis legibus constitutus, propediem interiturus videbatur. Prorex boni publici asserendi per se cupidus, et pauperum vindex acerrimus, negotium strenue suscipit, Magistratum creat, qui codicem accepti et expensi apud se habeat, pecuniam curet, pignora in fidem recipiat, et distrahat; leges condit, quibus mutuatio dato pignore instituatur, et servetur, et remittatur depositum; poenam constituit conturbatoribus, et decoctoribus, si forte dolo malo pecunia publica averteretur. Domenechius quingentos aureos vicatim corrogatos contrahit; locupletiores partim repraesentant pecuniam, partim pollicentur. His artibus Mons Pietatis pene dilapsus, magna pauperum acclamatione, amandatis usuris restituitur." AGUILERA, *Provinciae Siculae S. J. ortus et res gestae*... P. I, c. IV, n. XXIII.

[3] Ipse P. Domenech.

audiuit [1]) perfectum dotatumque, prout hoc tempore potui cum iam esset, multis R. P. Praepositus sollicitabatur liter et precibus, ut qui mittendi erant, quam citissime proficisc rentur. Quod cum prae inopia operariorum praestare ille nc posset, obtulit diuina prouidentia occasionem ut ciuitati tame honestissime satisfieret. Hisce enim festis natalitiis missus eam urbem unus ex R. P. huius Collegii ad Assueri [2], qui alt est Proregis filius, eiusque in ea vrbe uicarius, confessione audiendam, etiam magistratibus, a quibus humanissime est a ceptus, professus est eo se uenisse, ut Societatis causa nihil e rum, quae promissa fuerant, defuturum polliceretur: deesse t men adhuc quaedam in Collegio, quae preparari ante nostroru illuc aduentum oporteret. Quare commodissimum utrisque fo uisum est, ut (tametsi iam inde a Septembri reditus in usu Collegii colligantur) patrum tamen aduentus in quartum a hinc mensem differretur. Quam in sententiam libentissime ip quoque descenderunt.

Haec sunt, R. P., quae mihi sese obtulere scribenda. Pate nitatis tuae interim erit apud Deum rogare, ut ii simus posth operarii, ut non modo parta messis non amittatur, sed etia conseruetur et augescat in Domino.

In Genaro 1555.—Mense Januarii 1555.

FRANCISCUS STEPHANUS.

In quarta pagina haec tantum leguntur: † Mess.[a] Janu rio 1555.

---

[1] Vide supra, pag. 45.
[2] Hispanice *Suero*.

CCCLIII

P. Alphonsus de Zárate
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 2 Februarii 1555 [1].

IHS

Pax Christi etc.

En la quadrimestre última que el P. Nauarro [2] escriuió, creo se dió entera cuenta de quan muchos frequentan la confession y comunion, los quales por la misericordia del Señor cada dia crecen con perseuerantia y mucho aprouechamiento. Ahora auiendo el número de los confesores crecido, y dilatádose á mas dias los que de ocho á ocho solian comulgar, por parecer ser assí conueniente, aun no se puede satisfacer á los muchos que estas fiestas acuden. Procúrase quanto es de nuestra parte, que ninguno vaya sin este sancto beneficio de la confession. Por lo qual acostumbramos á que los confessores se repartan en esta forma: que tres se empleen en las confessiones de los que son ordinarios, los demas están destinados para los que de nueuo vienen. Confessiones generales son frequentes, á las quales damos no vno ó dos dias, mas algunas vezes se gastan seys, ocho, diez, haziéndoles escreuir sus culpas, dándoles forma para que con poca difficultad traygan á la memoria lo que han cometido, tambien auisándoles de las maneras en que pueden yncurrir en la transgresion de los mandamientos, para que en adelante biuan con recato, y no ygnoren de lo que se han de accusar. Ansí cada dia por experiencia vemos hombres muy

---

[1] Apographum unico folio, n. 32.

[2] P. Petrus Navarro. Vide SANTIVAÑEZ, op. c., P. I, Lib. I, cap. 12.—Ejus litteras, quarum hic fit mentio, habes supra, pag. 52, et seq.

corruptos disponerse á biuir muy de otra suerte e yr en la via del diuino seruicio siempre mejorándose.

Abundantemente la misericordia del Señor hinche esta cibdad de su bendicion, porque muchos peccados, no confessados por vergüenza, se han confessado [1]: parece que entrando vna vez en este Collegio, cobran ánimo que ya casi tenian perdido. Restitutiones se hazen muchas, en lo qual pareció ser bien dar relacion, que pocos dias há vno restituyó treynta mill maravedises sin pleyto alguno, los quales auia mas de diez años que los deuia; este no fue absuelto hasta que los pagó, y ahora (para gloria de Dios) él con dos hijos suyos se confiessan de quinze á quinze dias. A la confession los hijos á los padres, y padres á hijos se ynducen: y destos ay algunos que á sus hijos antes de acostar hazen que oren ante la cama de rodillas. Algunos casados dan tambien algun tiempo á la oracion. Estudiantes, que biuen iuntos, mañana y tarde la tienen dos horas y dellos tres vezes disciplina en la semana, de manera que no offendan la salud y puedan satisfacer á los trabajos del studio. Dízese tambien que si los otros confesores siguiesen la forma de la Compañia, no se enuejecerian los amancebados en su hediondo vicio. Pues los que desean emendarse de los juramentos y quitar esta tan enuejeçida costumbre y que tan sembrada está, son ynducidos á que vengan á la Compañia, y ansí (por la gracia del Señor) acontece, que en breue se acostumbren al *es, no es,* del Evangelio [2]. Y ansi quien los oye, luego dize: estos con la Compañia tratan.

Tambien es cosa de ver, quanto mas aprouechen en la grammática los que de principios en nuestro collegio estudian, que los que por otras partes (sin iniuria de alguno) auian estudiado, porque se procura fundarlos fielmente, de á do vendrá que en breue pasan de la grammática á rhetórica.

Muchos desean entrar en la Compañia, cuio deseo no es de vn dia ó dos, mas de vn año, dos, y tres. Aurá veinte dias pocos mas, que entraron dos mancebos virtuosos, de los quales el vno estudiaua theologia y aprouechaua bien, el otro en nuestra escuela grammática: partiéronse luego para Seuilla por mandado

---

[1] Verbum *confesado* induxit alia manus.
[2] Matth. V, 37.

de N. P. Doctor [1]. Ay otros muchos que si se les diese la puerta, lo ternian por buena dicha. Entre estos ay un cauallero de hasta deciseys ó decisiete años á lo mas, que postponiendo el mayorazco, ynsta mucho y creemos no cesará hasta alcanzar sea admitido. Ale dado el Señor de tal manera ordenar su vida, que parece auer en la Compañia biuido: ha hecho voto de castidad sin ser de alguno ynducido, mas de su propria voluntad.

Ofrécese tambien auisar, que quando ay algun sentenciado, somos llamados para confesarlo de la Justicia, y para ayudarlo á bien morir. Esto mesmo se acostumbra tambien con otros, procurándose que los presentes al que está ya para morir lo fauorezcan con lymosna spiritual, lo qual se les persuade facilmente, declarándoles ser tanto mejor la lymosna hecha al alma que al cuerpo, quanto el alma es mas excelente que el cuerpo: ansí vnos proponen de comulgar, otros de hazer dezir tres, quatro y seys misas, otro de ayunar los viernes del año, otro todo el bien que hiziere en el Señor aquel mes. A estos se les auisa (porque no se entre algun spíritu de vanidad) quánto más grande merced reciben del Señor en ofrecer aquello en paciencia.

La doctrina se haze viernes por la mañana, y los domingos por la tarde, á la qual viene mucha gente. Destas pláticas es cosa de admirar la deuocion que se ha tomado de rezar el rosario á Nuestra Señora, porque el que predica la encomienda mucho.

Llévelo el Señor siempre de bien en mejor por su piísima misericordia, para que con las letras vayan siempre en aumento los exercitios de la verdadera piedad. Amen.

De Córdoba y de Hebrero 2 de 1555 años.

del P.e ÇARATE.

Superscriptio in secunda pagina: Al P.e M.ro Ignatio.

Alia manu: 1555. Cordoua. Quadrimestre di 2 di Febraio.

---

[1] P. Michaël de Torres, Baeticae Provincialis.

Praecedentium Patris Alphonsi de Zarate literarum latina versio a Patre Petro de Acebedo confecta [1].

IHS

Pax Christi, etc.

Quadrimestri proxime a P. Nauarro scripta existimo redditam exacte rationem, quantus sit quamque frequens ad confessionem et sacram communionem multorum concursus, qui in dies, gratuita Jesu Christi beneficentia, incrementum capit, non sine perseuerantia et maximo profectu. At modo cum auditores poenitentiarii numero creuerint, et qui octauo quoque die soliti erant communicare, in dies plures (re ita exigente) dilati sint, poenitentium tamen numero (qui feriatis diebus huc ad nos confluunt) nequimus satisfacere. Sed ne quis sine confessionis aut communionis ope discedat, quantum in nobis est, contendimus. Quapropter auditores poenitentiarios in hunc modum assuescimus distribuere, vt tres dent suam operam iis, qui de more habent nobis confiteri: reliqui aliis, qui nunc denuo veniunt, sunt destinati. Generales confessiones frequentes sunt, quibus non vnum aut alterum diem damus, sed nonnunquam sex, octo, decem insumuntur. Scriptis vt mandent peccata admonemus, formam praescribentes, quam sequuti, minimo nogotio, quae contraxere crimina, possint meminisse. Tunc etiam, qua ratione singula diuinae legis mandata transgredi possint, vt semel admoniti, sibi caueant in posterum, aut de quibus confiteri debeant non ignorent. Ita experimento quotidie discimus nonnullos (quorum erant corruptissimi mores) multo aliam vitam destinasse, et non leuiter in uia Domini profecisse.

Abunde satis diuina misericordia vniuersam hanc ciuitatem implet benedictione sua. Nam multi, qui (nescio qua) praepediti verecundia, aliquot peccata nunquam fuerant confessi, tandem reuelarunt, videnturque, collegium hoc semel ingressi, animum

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 513, altero non numerato.

et mentem colligere, quam ferme iam desponderant. Restitutiones fiunt non parum multae. Qua in re id vnum visum fuit relatu dignum, quod paucis abhinc diebus, quidam nummorum triginta millia creditori persoluit citra controuersiam, quo debito annis amplius decem nunquam se redemerat: nec absoluimus hominem donec apud creditorem fidem suam liberauit. Is modo vna cum duobus liberis (quod in gloriam Dei cedat) decimo quinto quoque die ad confessionem accedunt. Ad hanc parentes filios adhortantur, quod cum bona gratia impetrant, tum etiam filii parentes ipsos. Ex his sunt nonnulli, qui, antequam cubitum eant, vt filii genibus flexis ante lectum orationi vacent, efficiunt. Coniugati aliquot nonnihil temporis impertiunt orationi. Scholastici etiam, vna cum aliis, quos in eisdem aedibus habitare contingit, et mane et vesperi singulas horas dant orationi, e quibus nonnulli flagris aliquot ter per hebdomadam corpus castigant, ita tamen vt valetudini consulant et studiorum laboribus possint satisfacere. Rumor item increbuit futurum vt concubinarii non tam inueterascerent in sordidissimo vitio, si poenitentiarii auditores alii in huiusmodi resecandis vitiis Societatis normam sequerentur. Jam si qui iuramentis assueti (quod vitium patet latissime) cupiunt abolere tam inueteratam consuetudinem, vt Societatem adeant admonentur, fitque, Jesuchristi gratia, vt breui assuescant illud euangelicum addiscere in veritatis confirmationem: *Est, non*. Quos cum alii audiunt, statim haec secum: Hi Societate valde familiariter vtuntur.

Illud etiam non praetereundum est, quantos faciant in grammatica quantoque maiores progressus pueri, qui huc denuo grammaticae rudimenta discunt, quam qui alibi (quod sine aliorum iniuria dictum sit) literas perdidicerunt; curatur enim vt fideliter fundamenta jaciantur, quo fiet vt breui temporis spatio a grammaticis ad rhetoricos transferantur.

Ad Societatem aspirant multi, quos non unius aut alterius diei inuitat et mouet desiderium, sed unius anni, duorum etiam et trium. Viginti pene aut eo amplius exacti sunt dies, quibus adolescentes duo bonae indolis admissi sunt, quorum alter theologiae nauabat operam et promouerat non parum, alter in schola nostra grammaticae incumbebat. Hi statim profecti sunt Hispalim jussu P. Doctoris. Sunt et alii complures, qui non in postremae felicitatis loco ducerent si aditus pateret. Inter hos

adolescens quidam generosus qui, primogenitura posthab summopere instat, nec cessabit, credo, donec impetret vt mittatur. Annos natus sexdecim, aut ad summum septemdec eum vitae suae modum statuit, vt in Societate vixisse videat vouit castitatem, nullius ad eam rem suasu commotus.

Est et aliud, quod, cum publice de aliquo sumendum est s plicium, accersimur vt illum confiteamur, et morituro, in mino feramus opem. Hanc eamdem operam aliis etiam so sumus impendere, curamusque vt qui adsunt spiritali qua lent eleemosina grauiter in lecto decumbentem et iam mo proximum adiuuent, quod eis facile persuadetur cum intelligu tanto eleemosinam, exhibitam animae, corpori eleemosina praestare, quanto animus ipse corpore excellentior est. Sic alius proponit se ad communionem accessurum, alius tria, quatuor, interdum sex et amplius sacrificia ut fiant curaturum dicitur; alius sibi sumit dies veneris totius anni ieiunandos, alius quidquid boni eo mense fecerit (auxiliante Domino) libenter offert. Hos admonemus (ne quis inanis gloriae flatus subrepat eorum animis) se a Domino beneficium accipere non contemnendum, cum id offerunt, quantoque maius quam cui offertur.

De doctrina christiana sic se res habet: dies veneris, tum etiam dominici, dicti sunt explicandae doctrinae, quam plurimi audituri conueniunt. Ex huiusmodi concionibus, praeter alia mirum quam se multi animarint ad Beatissimae Virginis rosarium (quod dicunt) recitandum, quod studiosissime commenda is, qui solitus est facere doctrinam.

Prouehat Christus Jesus in melius semper haec omnia piissima sua misericordia, vt una cum literis uerae pietatis studia coalescant.

Cordubae, 4.º Nonas Februar. Anno 1555.

Del M.º ACEUEDO.

Superscriptio in quarta pagina: †IHS. Admodum R.do in Chro. P. Magistro Ignatio, Praeposito Generali Societatis Jhs., Romae.

Alia manu. 1555. Corduba. Quadrimestre 2 Februarii.

CCCLIV

Edmundus Augerius,
Ex commissione Patris Everardi Mercuriani,
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 4 Februarii 1555 [1].

IHS

Pax Christi etc.

Quoniam, Pater in Christo obseruande, *huius* narrationis *tale institutum esse uoluisti, ut multa paucis complectamur, uideo me non tam copia, quam modo indigere: quo tametsi sim prorsum destitutus, inde tamen ordiar* vnde finem postremo sumpseramus [2]. *Nam* omnium fratrum animi magis ac magis uirtutum studio roborari uidentur: neque uero ad hoc modus et compendiaria quaedam uia deest. Praeter enim solitam laborum magnitudinem, accedunt et noua quotidie certamina, fortasse inexpectata, nihilominus tamen gratissima. Studiorum ratio sic propemodum se habet, vt praeceptores reliquum a scholis tempus, graecis ferme literis impendant. Caeteri inferiora et pro sua quisque uirili tractat.

Numero solito accessit nuperrime adolescens quidam perusinus, et uitae probitate, et naturae opibus non mediocriter spectabilis [3]. Hunc ut Deus pelliceret, nulla magis alia re quam

---

[1] Autographae, totae manu Edmundi Augerii, in folio duplici, nn. 56 et 57.—In eis nonnulla delevit Polancus, quae in textu italicis characteribus distincta reperies; alia vero emendavit, quae ad paginae calcem pro more nostro adnotabimus. Harum porro litterarum ita emendatarum duo apographa extant, prius sc. in fol. 62 et 63, alterum in fol. 65

[2] Haec ita composuit Polancus: *Ut inde, Pater in Christo obseruande, narrationis principium sumam, unde finem postremo sumpseramus, omnium fratrum animi.* .

[3] *dotibus* non mediocriter *praeditus*. POLANCUS.

atrum [1] consuetudine usus esse uidetur, quae et virtutes et doctrinam pulcherrime spirat.

Profecti sum Romam hinc superioribus mensibus quatuor germani fratres, ut se Societatis instituto alligarent. Faxit Dominus, ut si admittantur, tam sint pertinaces, quam ut admitterentur fuerunt solliciti [2]. Sunt qui se diuinitus moueri ad Societatis nomen sentiant, de quibus suo tempore plenius intelliges, *et* in scholis *quoque certissimum de se fratres praebent testimonium, siquidem* et morum pietate, et doctrina iuuentus tota, quae *domi nostrae agit* [3] elucet, et omnium, qui in aduersam sententiam iuerant, oculos perstringit, ac simul [4] qui filios subduxerant, facti coepit poenitere, et paulatim reducunt ac conciliari nituntur [5]. *Et sane visum est Deo optimo maximo hac nos procella eripere, ut nulla de docendi methodo in alteram partem mentio omnino fiat.*

Dialogus a discipulis in studiorum laudem, coram Rmo. *et Illmo.* Prolegato [6], senatu et frequentissima ciuium corona, calendis Nouembris exhibitus est. Habita est oratio eiusdem propemodum argumenti. Quod ad diuini nominis gloriam fuisse, successus sane foelicissimus testatus est. Atque deinde hunc morem ferme obseruauimus, ut discipulorum aliquis identidem in templo nostro declamaret, non absque professorum huius Academiae admiratione. Est autem inter praecipuos quidam uir grauissimae apud omnes fidei, qui, cum de Societate coram multa dixisset, fassus est se gratulari Patriae, quod tam strenua Societatis opera excolatur.

Verum ne quae maxime desideras, importune differam, de patrum [7] exercitio ac palaestra paucis agam. Qui etsi omnes quouis fere tempore diuinis rebus plurimum insudent, concione nimirum, idque pluribus in locis, lectionibus, consiliis dandis, aegrotis inuisendis: auxit tamen et labores et meritum sa-

---

[1] fratrum *nostrorum*. POLANCUS.

[2] Polancus, qui haec in autographo cancellavit, nullam horum fratrum mentionem injecit in suo *Chronico*, t. v, dum de Perusini Collegii rebus hoc anno gestis ageret.

[3] *instituitur*. POLANCUS.

[4] simul *eos*. Id.

[5] paulatim *eos* reducunt, ac *nobis* conciliari nituntur. Id.

[6] Prolegatus Perusii erat primis hujus anni mensibus Episcopus Cenetensis, Michaël de la Torre; postremis autem Marcus Antonius Oradinus, qui ab initio Colleg fautor fuerat. Vide POLANCI *Chron.*, t. v.

[7] *Iam de sacerdotum* exercitio. POLANCUS.

lutifera iubilaei pro*pa*gatio [1], eoque magis, quod in hunc usum Rmus. *et Illmus.* Prolegatus templum nostrum destinarat. Itaque per quindecim totos dies impransi interdum ad multam noctem *poenitentiae sacramento* [2] ipsis fuit insistendum, non sine praesentissima animarum salute, quarum conditio eiusmodi fere erat, ut cum Christianis nihil omnino praeterquam nomen commune habere uiderentur. Atque dum omnis fere conditionis homines templum nostrum uisitarent, conspexit ibidem Pater quidam quamdam parum honestae uitae mulierem, quam non prius e loco poenitentium accersitam [3] dimisit, quam et tam flagitiosam uitae rationem detestaretur, et uiciniora saluti se praestare uelle promitteret. Negotium uero Pater ille, qua coeperat diligentia, urget, et, quaesitis hinc inde eleemosynis, matrimonio copulauit. Hinc sibi Pater ille facilem caeteris sapiendi *ansam* [4] praebitam esse pollicetur. *Faxit Deus optimus maximus ut tantum successus Patris laboribus addatur, quantum uoluntatis accessit, ut ii non tantum merita, si quae sint, sed et proximi salutem possint reportare.*

Jam vero quod ad fidem, quae ab omnibus Societati praestatur, attinet, incredibile est quanta opinio omnium animis insederit. Vtinam tales simus quales habemur. Et tametsi omnes compertum habeant Societatis progressum e diuinae potentiae ope dependere, accessit tamen rumor quidam, qui omnium animos satis iam persuasos, ueluti miraculo quodam, perculit: quatuor nimirum huius vrbis ciues, non occultos Societatis oppugnatores, admissae, ut ipsi aiunt, culpae grauissimas poenas persoluisse. Horum enim primus repentina morte interiit. Alter, propter vxoris obitum, hoc etiam passus est, ut in extremas calamitates et rerum omnium deploratissimum statum sit dilapsus. Tertius tamdiu cum ophthalmia colluctatus est, donec ipsis oculis priuaretur. Quartus autem, impurissimi flagitii reus, ac demum in uincula coniectus, ad remiges propediem ablegandus est. Quae quum in multorum ciuium animis rata habentur, uisum est fortasse Deum Opt. Max. demonstrare alieno malo quam iniquo animo ferat detractores. Nos certe in ea sumus

[1] *promulgatio.* POLANCUS.
[2] *confessionibus audiendis.* Id.
[3] quam *accersitam* non prius a loco poenitentium dimisit. Id.
[4] *occasionem.* Id.

sententia, ut existimemus diuinam bonitatem nil intermittere, quo omnes instituti nostri faciat certiores.

Iam Rmi. *et Illmi.* Prolegati et R.di Proëpiscopi animum et beneuolentiam magis ac magis experimur, qui maximi beneficii loco habent, si quando eam apud ciues testatam possint relinquere. Quae omnia nulli hominum, sed soli Deo, unde manant, debentur, qui et de uictu nostro ac rebus etiam externis abunde *sollicitat* [1]. Superioribus enim diebus quidam ciuis re non mediocri obtulit apud Patrem nostrum Euerardum amplam satis possessionem Collegio, quae praeter magnam uini copiam, frumenti etiam quotannis mediocrem quantitatem consueuit producere. Qui, etsi nullam unquam antea nobiscum familiaritatem contraxisset, dicebat se tamen non ante conquieturum, quam nobis illam penitus reliquisset.

Deus optimus maximus, cuius numine haec omnia eveniunt, sic omnium animos expiet, ut nulla terrestrium curarum labe tangamur, sed tanto animorum ardore ad diuina aspiremus, quantum a terra coelum diremptum est, vbi conuersatio nostra esse debet. Haec sunt fere, quae postremis quatuor mensibus gratia Dei per Societatem operata est. *Reliquum est P. obseruande, ut nobis, et divinae uoluntatis cognitionem, et inuictum, ut cognitam exequamur, animum uelis impetrare, ut coram Deo et hominibus bona prouideamus. Vale.*

Perusiae, pridie nonas Februarii, 1555.

T. R. P.

Jussu R.di Patris nostri Euerardi Marcuriani,

Seruus inutilis in Christo,

EMUNDUS AUGERIUS.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo P. Mtro. Ignatio a Loyola, Praeposito Generali Societatis nominis Jesu Romae.

Alia manu: 1555. Perusia. Quadrimestris 4 februarii.

Et alia: Emend.

[1] *nobis prospicit.* POLANCUS.

CCCLV

P. Petrus Navarro
Patri Ignatio de Loyola.
Granata, 5 Februarii 1555 [1].

IHS

Reuerende admodum in Christo Pater.

Gratia et pax Jesu Christi seruatoris nostri sit semper in cordibus nostris. Amen.

Quum haec epistola, quae ad te, perquam colende Pater, mittitur ex huius ciuitatis Collegio, diuina miseratione recens erecto, exordium tibi scribendi sumat, operae pretium duxi ab initio, quae hactenus gesta sunt, ordine tibi narrare.

In hanc appuli ciuitatem vt in ea agerem id, quo Collegium hoc Societati donaretur, factumque ita est vt desiderabamus, atque pridie ortus Deiparae Virginis Mariae illud occupauimus. Ipso autem die primum sacrum in eo fecimus. Situm vero est hoc Collegium in optimo ciuitatis loco, iuxta ecclesiam nempe matricem, iuxta vniuersitatem, iuxta forum iudiciale regium. Domus ipsa est salubris, quam sol ab ortu ad occasum usque hiemem semper ferit. Tempore vero verno habet quidem domicilia aestui satis commoda. Cubicula autem possunt ad viginti usque dilatari; est quod me non mediocriter consoletur, id scilicet, quod praeterquam quod in medio ciuitatis et domorum situm sit, nactum est profecto magnam libertatem. Potest enim in duobus deambulatoriis, quae habet, ultro citroque citra vllum impedimentum deambulari. Concessum prae-

[1] Autographae duplici folio, primo n. 563, altero vero non numerato.

terea est a Regibus, religionibus quibusuis, vt quascumque circa domos, ab aedificatoribus tamen taxatas, possint pretio ab eis taxato emere. Reditus annui huius Collegii sunt sexaginta mille terunciorum.

At si de Archiepiscopo [1] loquamur, delectatus quidem est mirum in modum aduentu Societatis in hanc vrbem, quo tempore parochos omnes et beneficiatos ad se accersiuit. Inter caetera autem, quae illis significauit, hoc etiam in medium adduxit, nempe, hanc Societatem suscitatam a Deo optimo maximo eo tempore potissimum fuisse, quo charitatis feruor apud christianos valde multumque tepesceret. Atque proinde magnae sibi confusioni futurum ut aliunde exteri huc commeent facturi quae ipsi alioqui facere tenerentur. At uero quandoquidem piissimus Deus Societatem huc attulisset, Patrum eius exemplo vitam suam morum integritate atque uirtutum splendore instituerent. Idem ipse praeterea Dominus Archiepiscopus elargitus nobis est tritici eleemosinam, mihi etiam nihil petenti, immo aliud agenti, suos concessit casus [2]. Gaudet a nobis inuisi atque salutari. Haec ciuitas est omnium huius nostrae Hispaniae maxima. Habet vniuersitatem, in qua artes, theologia, sacri etiam canones interpretantur. Conatur etiam alias instituere cathedras, vtpote iuris Caesarei, medicinae, simul et linguarum. Habet ad haec Collegia tria [3], continentia quidem octoginta collegas: est etiam Sacellum Regium, quo Hispaniae Reges conduntur; cuius sacrificorum bona pars morum honestate et sanctimonia pollent: sunt item bene erga nos affecti: est etiam hic forum iudiciale Regium, quod Audientia Regia vocant; cuius Praeses, Episcopus Auulensis [4], nobis amicitia conjunctus est, qui quidem mihi nudius tertius serio narrauit decreuisse se mille aureos ducatos Collegio Auulensi instruendo dare.

Huius ciuitatis homines sunt nimirum apti doctrinae christianae recipiendae et eam mire sitiunt: sunt etiam quamplurimi, qui vitam virtutibus exornent, vtpote reliquiae illae, quae

---

[1] Petro Guerrero

[2] Scilicet, facultatem absolvendi in casibus ipsi Archiepiscopo reservatis.

[3] Sancti Caecilii seminarium et Collegia Sancti Jacobi et Sanctae Catherinae.

[4] Didacus de Alaba et Esquivel.

adhuc ex illis Archiepiscopis Sanctis [1] et Magistro Auila [2], olim diu hic versato et concionato, remansere. Sunt nihilominus non pauci clerici studiosi, adeo vt feratur vulgo non alios in tota Hispania extare, qui eorum bonitatem et honestatem attingant. Quod si vniuersi huius ciuitatis Societatem vnice diligunt, hi potissimum charam habent, venerantur, et Patres multos desiderant, concionatores solicite expectant, percontantur eorum aduentum. Solicitant Archiepiscopum vt porrigat eleemosinas aut prouentus aliquos vt accersi iubeat Patres. Professores vniuersitatis videntur etiam praecipuam erga nos prae se ferre beneuolentiam, et Prior huius almae ecclesiae et canonicus, Franciscus Turris, filius cuiusdam mercatoris omnium huius ciuitatis ditissimi, nos vnice diligit, qui quidem huic Collegio quotannis donauit duodecim ducatos aureos totidemque modios tritici, daturus alioqui multo plura. Miro praeterea tenetur desiderio exercitia faciendi; caeterum ego, quantum indiciis coniicere potui, non possum mihi non persuadere quin Dominus eum in suam Societatem adducere velit, praesertim cum videam illum in dies magis ac magis moueri, allici ad ea, quae ad Societatem expectant. Dominus enim Archiepiscopus illi vaticinatus est se Societatis futurum. Adierat enim semel canonicus Dominum Archiepiscopum eo animo, vt persuaderet illi decerneret aliquid in singulos annos, quo aliquot fratres in hoc collegio alerentur; quod dum totis viribus atque rationibus ab eo impetrare conaretur, ipse Dominus Archiepiscopus, verborum eius perspicaciam cernens, velut aliud agens: visne, inquit, tu Societatis esse? Cui ille: Vtinam me Dominus efficeret illa dignum. Natus est canonicus annos plus minus triginta; est egregia facie, hilari, sanguineus, rubeus aliquantum, scribit recte, callet etiam sermonem latinum; audiuit, puto, Pontificium ius. Vellet se a Patre expedire quo posset exercitia facere. Insinuauit quoque mihi se cupere applicare huic collegio quae possit omnia [3].

P. Balthasar Loarte, Patris Doctoris Loarte [4] frater, fecit

---

[1] Archiepiscopi Granatenses ad hoc usque tempus fuere: Ferdinandus Mendoza de Talavera, 1492-1507; Antonius de Rojas, 1507-1524; Petrus Portocarrero, 1525-1526; Petrus de Alva, 1526-1528; Gaspar de Avalos, 1529-1545.

[2] B. Joanne de Avila.

[3] Ingressus tandem is fuit Societatem. Santivañez, l. c., lib. I, cap. 23.

[4] Gasparis de Loarte.

exercitia hic et se Societati dedicauit. Quidam adolescens decem et octo annorum, cantaber, sartor, egregius animae puritate et simplicitate, recipietur mox. Quatuor alii volunt exercitia facere, quorum vnus est fratèr Patris Sanctae Crucis, ille, qui huic Collegio donavit alteram huius domus partem, qui quidem sacerdos est et puritatis magnae. Solent mihi soli hic confessario confiteri quinquaginta, quorum magna pars octauo quoque die sacramenta recipiunt. Confiteretur mihi praeterea Collegium quadraginta scholasticorum, si eos mihi liceret per tempus et occupationes alias audire; quos autem possum eos audio, conaturus caeteros etiam audire. Audio ad haec collegas alterius Collegii item scholasticos, qui etiam frequentant collegium quo spiritualia tractent; ex qua quidem re non mediocrem vtilitatem ferunt. Existimo aduentu Patris nostri Francisci [1] multo feruentius commouendam esse hanc ciuitatem quam Hispalim, quam etiam Corduuam.

Orationes autem atque sacrificia tuae Paternitatis et Patrum simul atque fratrum isthic commorantium, quibus nos ipsos obnixe commendamus, fore putamus satis magnam partem eius, quod ad laudem et gloriam Dei optimi maximi speramus, qui nobis suam sanctissimam gratiam largiri dignetur, qua semper suam voluntatem perspiciamus eamdemque ad vnguem exequamur.

Granatae, Nonis Februarii anno Christi nati 1555.

Tuae Paternitatis indignissimus filius,

† NAVARRO. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Reuerendo admodum in Chro. P. nro. magistro Ignatio Loyolae Praeposito Generali Societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: 1555. Granata. Quadrimestres 5 Februarii. Q. S.

Manet vestigium cerae rubrae et sigilli.

---

1 Patris Francisci de Borja.

CCCLVI

Alphonsus Hernandez,
Ex commissione P. Rectoris Antonii Soldevilla,
Patri Ignatio de Loyola.
Genua, 7 Februarii 1555 [1].

IHS

R.de in Christo Pater.
Pax Christi.

Elapso quadrimestri spatio, nos recepto Societatis nostrae mori sanctissimaeque obedientiae satisfacturos existimamus, si R. P. Tuam eorum, quae in hoc collegio genuensi, Deo Opt. Max. duce, acta sunt, certiorem redderemus: quod onus ego, etsi meae imbecillitatis optime conscius, subire tamen non recusaui, sanctissimae obedientiae iussu impulsus, *quem sine maxima culpa nullo modo praeterire posse uidebar;* in eo [2] tuendo hanc potissimum causam habeo, quod in eo diuina uoluntas tanquam in purissimo quodam speculo elucescit [3]. Praesidio igitur Dei fretus, a nostri itineris successu auspicabor, in quo Deus suae sanctissimae uoluntatis apertissima signa protulit.

Fratres enim omnes ita ad iter faciendum erant accensi, ut nullum periculum, nullum laborem subterfugerent aut formidarent: flagrabant eorum corda eximia charitate, quam in quoscumque obuios effundebant. Nam si forte aliquis in uia illis comes

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 176 et 177. In his nonnulla delevit, plura emendavit Polancus. Nos autem italicis characteribus, ut alias, quae deleta sunt in autographo distinguemus; emendationes vero ad calcem adnotabimus. Extat et aliud exemplar apographum duplici folio, nn 175 et 178.

[2] *in quo.* POLANCUS.

[3] speculo *mihi* elucescit. Id.

adiunctus esset, medicinam consilii *sui* adferebant, atque ad uirtutem facem praeferebant, eumque ad confessionem, et *ad* sacram Eucharistiam frequentandam excitabant. In hospitio ea loquebantur, quae documentum praestabant intimae cuiusdam *innataeque* probitatis; nam mentis habitum sermonis cultus solet indicare. Peregrinos (si qui erant) a uoluptate mundique illecebris auocantes, ut Christi inhaererent *atque insisterent* uestigiis, *grauiter simul ac saluberrime docebant,* atque *ut* illius amore nullas, non modo intolerabiles aerumnas, sed ne mortem quidem detrectarent, persuadebant, *sic enim fore, ut ex hominibus et mortalibus, immortales ac Deo similes fierent.* quibus colloquiis factum est, ut aliquando Patres, etsi de uia languebant, audiendis tamen confessionibus in multam noctem uigilarent. Quidam, post confessionem, dari sibi literas a R. P. Tuam efflagitauit, in animum inducens suum [1], cum pri-mum Romam peruenisset, eas dare, atque, ut in nostra Soci-tate cooptaretur, summis precibus obsecrare.

Venimus omnes, qui Roma una egressi sumus, Florentiam usque, unde quisque iter sibi destinatum arripuit. Nos Pisas de-uenimus, ubi biduo manere coacti sumus, uentum expectantes cumque tempus summopere saeuiret, ad oppidum, cui nomen est Lergi [2], profecti sumus; ex quo duodecim horis prospero uento Genuam deuecti, inuenimus R. P. Natalem, cum caeter- Patribus, qui tunc recentes ex Hispania uenerant [3]: quorum aspectus nobis iucundissimus atque gratissimus, cum animum tum etiam corpus, nauis iactatione fluctibusque commotum mirum in modum refecit ac restaurauit [4].

Exposui iam itineris *nostri foelicem prosperumque* succes-sum, *quem Deo Opt. Max. acceptum referre debemus, cui huius beneficii gratia nostraque foelicitas iure optimo debetur. Nunc* [5] breuiter perstringam quae eodem auctore hîc facta sunt. Atque ut ab eis, quae ad spiritualem profectum animarumque salutem pertinent, initium sumam, sciat R. P. Tua omnes n

---

[1] *in animo habens.* POLANCUS.

[2] Sic tum in autographo, tum etiam in apographo; est tamen *Lerici,* oppidum portus in sinu, qui dicitur *de Spezia,* non procul ab urbe *Sarzana.*

[3] Vide POLANCI *Chronicon,* t. IV, pag. 41, n. 61.

[4] *instaurauit.* POLANCUS.

[5] *iam.* Id.

biles ac principes ciuitatis maximo nos amore prosequi, cuius rei eorum frequens ad collegium nostrum aduentus nobis argumento esse potest. Gaudent mutuis Patrum fratrumque colloquiis, quibus ita ad uirtutem ac Dei amorem accenduntur, ut multi usuram (quod execrabile uitium multorum corda in hac praesertim ciuitate occupat, et tanquam immanissima bestia saeuit ac debacchatur) *aequo paratoque animo* relinquant atque repudient; quorum nonnulli totius uitae crimina R. P. Jacobo Lainez detexere, inter quos quemdam silentio praeterire non possum, cuius tanta erat uirtus uitaeque integritas, ut hoc anno, communi omnium consensu atque clamore, huius urbis dux fuerit creatus. Multos praetermitto, qui se ad frugem meliorem recepere, *quos si recensere uellem,* modum epistolae excederem [1].

Hoc tamen *silere nequeo* [2], militem quemdam hispanum, qui cum R. Patre nostro Jacobo Lainez Florentia egressus est ea mente eoque consilio, ut in militiam proficisceretur, cuius rei gratia equum sibi Genuae emerat, ita Patrum fratrumque exemplo commotum esse, ut mentem sententiamque mutarit, atque sub Christo deinceps in Societate nostra militare se uelle pollicitus fuerit, cuius sanctissimi uoti compos factus, Romam profectus est cum alio fratre, qui tunc temporis hic in Societatem fuerat admissus.

Nec multo *uero* post sacerdos quidam Mediolano Genuam uenit Societatem ingressurus, quod cum impetrasset, iussu Patris Lainez Romam petiit. Tres sunt modo, qui maximo desiderio tenentur ut sibi aditus ad nos pateat, inter quos est quidam doctor utriusque iuris, qui in hac ciuitate iudicis officio ac munere fungitur, quique inter *homines* nobiles primos ordines ducit. Spectabat [3] R. P. Lainez profectionem, quam propediem futuram credebat, cum quo Florentiam, deinde uero Romam iturum se sperabat. *Laus Deo Opt. Max., qui illis hanc mentem donat, ut, conculcatis huius mundi honoribus ac dignitatibus, illis tantum inhient, quae ad coelestem illam patriam perducunt.*

R.dus P. Lainez concionatus est hoc aduentu in templo *ma-*

---

[1] *ne* modum epistolae *excedam.* Polancus.
[2] *dicam.* Id.
[3] *Expectabat.* Id.

iori[1] huius urbis, maximo omnium applausu et (quod maius es maxima cum utilitate; ad cuius concionem omnes fere princ pes ciuitatis ac honestissimi uiri[2] confluebant, qui, aegre ferei tes eius profectionem Florentiam uersus, eam impedire cona sunt literis ad R. P. Tuam missis, ut per eam liceret Patrem ha quadragesima hic commorari. Sed longe aliter atque ipsi sp rabant euenit: receptis enim literis, in Germaniam profectu est[3], quae res minorem illis attulit dolorem, quam si Florei tiam iuisset, cum publicae utilitatis causa ducti, quam ad ge manos redundaturam sperant, tum etiam quod malebant Patrei Genuae manere, quam Florentiam[4] *proficisci, propter m gnam utilitatis spem, quam ex eius mansione conceperan* Antequam Pater decessisset, habuit concionem in templo n stro ad scholasticos, cui Episcopus[5] interfuit multique nobil ciues, qua finita, Episcopus cum Patre in collegium uenit atqu nobiscum pransus est. Pater collegium illi commendauit, atqu ut ipsum frequenter inuiseret *obsecravit*[6]. *Tunc* ille pollicitu est[7] se commodis nostris nunquam defuturum, si ipsius oper uti uoluerimus.

Quidam senex *princeps ciuitatis*[8], grauis simul et pius, it *tenerrime*[9] Patrem diligebat, ut *etsi cupiebat*[10] dissimulare s Patris discessum moleste ferre, atque animi dolorem uultu t gere, et taciturnitate celare, *ecce tamen tanquam* puer[11] in lacr mas *prorumpit*[12] et amorem, quo ipsum amplexabatur, fletu a que singultibus indicare *cogitur*[13]. *Benedictus sit Deus, qu haec omnia in omnibus operatur*.

Est *etiam* frequens ad nos confitentium concursus, quos, ets loci, in quo collegium nostrum situm est, commoditas minim

---

1 *summo*. POLANCUS.
2 honestissimi *quique* viri. Id.
3 In Germaniam profectus est cum P. Hieronymo Natali in comitatu Cardinal Morone, qui a Julio III ad Diaetam Augustanam deputatus est. Vide RAYNALDI, *Ann les ecclesiastici*, anni 1555, n. III.
4 *Florentiae*. POLANCUS.
5 Vide *Chronicon*, t. IV, pag. 33, annot. ;
6 *rogauit*. POLANCUS.
7 ille *vero* pollicitus est. Id.
8 *vir primarius in ciuitate*. Id.
9 *tenere*. Id.
10 *cum vellet*. Id.
11 *ut puer tamen*. Id.
12 *prorumperet* Id.
13 *cogeretur*. Id

inuitat, tamen ita sunt nobis affecti, ut quod loco deest, id amor nostri sarciat. Nec tamen desunt detractores, qui ea, quae alii probant, despiciunt atque contemnunt. Quibus rebus laetandum merito nobis est: sinit siquidem Deus eos aduersis rebus urgeri, quos habet chariores, cum *quo* [1] experiatur hominum fidem atque constantiam, tum uero *quo* iis detur *ueluti promerendi* [2] materia cumulatior et illustrior. Haec de spiritali profectu animarumque salute dicta sufficiant. Nunc ea, quae ad literaria studia pertinent, paucis absoluam.

Antequam lectiones inciperentur, habita fuit oratio in laudem studiorum eo in loco, in quo R.dus P. Lainez concionabatur: ad eam audiendam frequens multitudo conuenit, qua absoluta, fratres, qui illi intererant, tanta iuuenum caterua, qui in disciplinam nostram tradere se uolebant, constipati domum rediere, ut uix eos collegium capere posset. Primo die quo legere incoepimus, unusquisque magistrorum lectionem auctoris, quem exponendum hoc anno susceperat, in templo nostro interpretatus est, additis praefatiunculis, ad materiam accommodatis, quibus interfuere Episcopi duo, multique nobiles ciues praeter scholasticos; quorum numerus in dies singulos ita crescit atque augetur, ut *ni*si R. P. Tua aliquos fratres mittat [3], satisfacturos nos tantae multitudini plane diffidamus. Nam, ut omittam eos ducentesimum et trigesimum numerum excedere, confluunt tamen tot quotidie ad nos, ut non tantum magistros, sed etiam locum defuturum credamus, quod iam experiri incoepimus. R.dus enim P. Rector [4], ob angustias loci, in cubiculo suo legere coactus est.

Sunt diuisi omnes in quinque classes, quarum primae Alfonsus [5], secundae *frater* Jacobus, tertiae *frater* Hieronimus, quartae *frater* Aluaradus, ultimae Valerianus et Bernardus praesunt, *qui et nostras lectiones audiunt*. Pueri magnos progressus faciunt, cum in doctrina, tum in uirtute: confitentur libenter, nec regulis nostris obstricti spectant dum mensis elabatur, sed frequentius multi peccata sua detegunt, tantoque de-

---

[1] *ut*. Polancus.

[2] *ut* iis detur *meritorum*. Id.

[3] *si* R. P. tua aliquos fratres *non* mittat. Id.

[4] P. Antonius Soldevilla. Vide *Chronicon*, t. iv, pag. 43, n. 66.

[5] Alphonsus Fernandez, harum litterarum auctor. Vide *Chronicon*, loc. cit. n. 65.—Caeterorum, praeter nomina, nihil novimus.

siderio confessionis ardent, ut saepenumero in classe certent, quis primus ad confessionem mitti debeat. Denique illis ob animi candorem ac puritatem maxima laus debetur, atque eo magis nostras uires conatusque nos exerere debemus, quo uidemus eorum animos ad uirtutem propensiores.

Faxit Deus, ut nos munere atque officio nobis iniuncto debite fungamur, et illi ad meliora et uiris christianis digna semper aspirent: quae omnia a Deo Opt. Max. obtenturos nos esse confidimus, si R. P. Tuae precibus et sacrificiis, caeterorumque Patrum et fratrum ibi commorantium, adiuuemur, quibus commendatos in Christo nos esse cupimus.

Genua, 7 idus Februarii anno 1555.

Jussu R.di P. Rectoris,

R. P. Tuae indignissimus in Christo seruus,

ALPHONSUS HERNANDEZ.

Alia manu in tertia pagina: spagna, Louanio, Vienna, Parigi [1].

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do Padre in Christo, Micer Ignatio de Layola *(sic),* Preposito generale della Compagnia de JESV en Roma.

Alia manu: 1555. Genoua. Quadrimestres 7 di Februarii. Q. et A. V.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

---

[1] His indicantur loca, ad quae harum litterarum emendatarum exempla mitti debebant.

CCCLVII

P. Bartholomaeus Bustamante
Patri Ignatio de Loyola.
Septimancis, 8 Februarii 1555 [1].

IHS

Muy R.[do] Padre nuestro en Christo.

Pax Christi. En las passadas de Nobiembre y Diziembre, que screuí á V. P. por commission del P. Francisco [2], se dió auiso de la casa de probacion, que con la gracia de Dios nuestro Señor Su R. determinó de poner en Simancas, para lo qual me embió á mi á esta casa con quatro hermanos de los que estauan en Plasencia, y con orden de tomar de Salamanca otros tres, demas de dos sacerdotes y dos hermanos, que aquí estauan antes, y con vn sacerdote portugues, que el P. D. Antonio nos embió de Salamanca, y auia poco que era entrado en la Compañia; somos doze por todos, los nombres de los cuales se embian con esta en vna memoria [3]. El orden que tenemos es el que se manda en las constituciones y reglas y otros apuntamientos del P. M.[tro] Nadal; y como todo se trabaja guardar exactamente, porque no se suffria poner casa de probacion donde no huuiesse aparejo para guardarse por entero las obseruancias della conforme á nuestro instituto, es para alabar al Señor ver lo que se muestra en esta casa la perfection que se ha dignado poner en las constituciones y reglas, que V. P. con la diuina gracia ha ordenado; porque de mí puedo dezir que me

[1] *Epistolae Mixtae, 1555-1556.*—Autographae duplici in folio, nn. 406 et 407.
[2] P. Franciscus de Borja.
[3] Memoriale hoc periisse videtur.

es vn espejo para conocer quán no he sido de la Compañia hasta aora. Esperamos presto mas gente hasta cumplir el número de 30 ó 40; que aunque no tiene esta casa dotacion, ni al presente más socorro y cierta prouision de para quatro, que mantiene el Comendador Mosquera [1], nos va mostrando nuestro Señor lo que deuemos confiar en su liberalíssima mano, porque no faltan deuotos que nos sustenten, de manera que se descubre esperança grande para lo de adelante; y sabiendo que no está abreuiada la mano del Señor, tenemos por muy cierto que, mientras la tuuiere sobre los que aquí estamos, como confio la terná siempre, no nos faltará lo necessario, aunque fuéssemos en mucho mas número que de los 30.

El P. Baptista [2], que estaua aquí por Superior antes que se pusiese la casa de probacion, es ydo á Seuilla por orden del P. Francisco para quedar allí por predicador. Tenemos nueua que las cosas de la Compañia en aquella ciudad tienen muy buen successo; y dígolo así porque este se suele medir siempre por los buenos prinçipios, quales el P. Francisco ha escrito aver dado nuestro Señor á su obra. Esperamos en la diuina Magestad la llegará á toda perfection para mayor gloria y honrra suya.

El Comendador Mosquera, con quien se tomó assiento (quando hizo la donacion de la casa y huerta) que auia de mantener á quatro de los nuestros, sacando él por condicion que le admitiessen en refectorio con su porcion y estuuiesse dentro de casa con differente clausura de la nuestra, no ha querido alçar la mano deste assiento, que para casa de probacion tiene mas inconueniente que para auer de estar los quatro que él se obligó á sustentar. Mandome el P. Francisco que me huuiese en esto templadamente, porque es hombre delicado de entendimiento, y con pequeña demostracion que de nuestra parte se le hiziesse de algun descontento, le receberia él grande. A este intento, por cumplir con la obediencia, he contemporizado con él, reseruando el remedio para la venida del P. Francisco aquí, que dize su R.ª será por todo el mes de Mayo venidero. Lo que puedo afirmar con verdad y con gran consolacion de mi ánima es, que no sé si compañía de persona religiosa alguna, por

[1] Joannes de Mosquera, de quo saepius in his *Litteris* et in POLANCI *Chronico*.
[2] P. Joannes Baptista Sanchez.

exemplar que fuesse, sería más prouechosa á nuestros hermanos que la suya, porque es cosa para alabar mucho al Señor, ver quan subiecto y humilde está y quan aduertido en no hablar palabra con ninguno de los hermanos, ni entrar jamas en nuestra clausura sino solamente á comer y cenar en refectorio, donde está con la modestia y templança que qualquiera de los nuestros; y sin hablar á ninguno palabra se sale en dando las gracias, y guarda tanto recogimiento y religion en su casa, que tiene edificada á toda esta villa y la corte. Esnos tan aficionado que hay necessidad de yrle muchas vezes á la mano, segun se estiende en tomar apasionadamente las cosas de la Compañia. Yo no hallo que sea estoruo alguno para el aprouechamiento de los de casa, antes en gran manera se edifican todos con su humildad y mortificacion, porque algunas vezes haze la cozina y sirue en el refectorio, con su hábito de Santiago y seycientos mill marauedís de renta, y sirue tan como hombre de la Compañia que, aunque está en diuerso hábito, nos parece realmente que es della. Dize á sus proprios hermanos que los tiene por bastardos, y á los hermanos de la Compañia de Jesus por muy legítimos, y no puede callar lo que tiene en el coraçon, diziendo que estos son sus herederos, y que deudo ninguno no le ha de lleuar vn marauedí, saluo que le pesa no tener tanto como el Emperador para darlo todo á la Compañia. Está tan edificado de la manera de proceder della, que llora muchas vezes el tiempo que fué contrario desta opinion. Esto es lo que dél siento quanto á lo que toca á los nuestros.

Bien se me representa que los de fuera podrán echar sus juizios, viendo la poca entrada que se da á personas principales para tratar en casa con los hermanos, y sabiendo que tenemos dentro della seglar, que come con nosotros en refectorio, por lo qual (aunque siendo fundador ay specialidad en él para differenciarse en esto de los otros) todavia si en mi mano fuera, no le admitiera á tan particular comunicacion, porque siento en el Señor nuestro que en esto siguiera la voluntad de V. P., que es la mesma que conozco en el P. Francisco, aunque por auerse capitulado ansí en tiempo que esta no se sospechaua auer de ser casa de probacion, se passará por este inconueniente, no mandando V. P. otra cosa, porque así me lo tiene mandado el P. Francisco.

Y para algun relieuo deste trabajo quiero dezir á V. P. que, con ser Mosquera vn cauallero tan conocido en el Reyno, por auer sido tantos años capitan en Italia y fauorecido cortesano, como deudo de Cobos [1] y de Juan Bazquez [2], todos están admirados de su gran recogimiento y religion, y dizen que, despues del P. Francisco, no ha entrado hombre en la Compañia que mas prouecho aya hecho en estas partes con su exemplo en auerse dado todo á ella, como es notorio. Cada dia nos va haziendo mas buenas obras y ayudando, assí con parte del aposento que reseruó para sí, como en otras cosas, para la sustentacion de los hermanos, los quales, visto lo que él haze, assí de semejantes beneffícios, como de submissiones y mortificaciones, se animan mucho á hazerlas tambien delante dél en refectorio; porque dado que al principio, para escusarle de que él no las entendiesse, le dí á escoger si queria comer en la primera ó segunda mesa, por poder hazer las penitencias y mortificaciones en la donde él no comiesse, se offrecieron cosas que al juizio de buena consideracion no admitian aquel medio, y juzgué en el Señor nuestro, despues de encomendarlo á su Magestad y comunicado con algunos destos Padres y hermanos, que V. P., sabidas las circunstancias, nos mandara en esta sazon lo mesmo que hazemos. Y presupuesto que las dichas circunstancias son de attencion á la gran voluntad que nos tiene y desseo de acreçentar esta obra con toda su hazienda, que son dos cosas que nos obligan á mucha gratitud y á la demonstracion della, siendo esta la substancia de todo nuestro motiuo, podrá V. P. sobre ello juzgar y embiarnos á mandar lo que más conuenga al seruicio de Dios nuestro Señor y aprouechamiento spiritual destos sus hijos, ó remitir este negocio á la determinacion del P. Francisco, que hasta aora es la que he dicho. Yo no pongo aquí más que el obedecer á lo que se me ha mandado, y en lo demás vso con Mosquera de la libertad que conviene, para que por su ocasion no se dexe de cumplir enteramente con las constituciones y reglas de nuestro instituto.

El Señor nuestro nos dé su gracia para que sintamos y perfectamente cumplamos su santa voluntad, para lo qual pedimos

---

[1] Dnus. Franciscus de los Cobos. Vide *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, t. I, pag. 60, annot. 4.

[2] Alius ex Caroli V Imperatoris secretariis.

humilmente el fauor de los sanctos sacrificios de V. P. y de las oraciones de nuestros charíssimos Padres y hermanos.

De Symancas, 8 de Hebrero 1555.

De V. P.

indigno hijo y sieruo en el Señor nuestro,

Bustamante.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M.tro Ignacio de Loyola Prepósito general de la Compañia de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Simancas. Del Padre Bustamante. Scrita 8 di Febraro. R.ta alli 25 di Maggio.

Vestigium cerae rubrae sigilli.

CCCLVIII

Gerardus Lapidius,
Ex commissione Patris Pauli d'Achillis,
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 14 Februarii 1555 [1].

IHS

Gratia et pax, etc.

Admonuit nos, R.de Pater, tempus consuetudoque scribendi, ut paucis tuae P. significaremus ea, quae diuina gratia 4.or mensium spatio in nobis, [et] quasi per manus nostras in multis aliis

[1] Autographae duplici folio, nn. 230 et 233. — Vere aliud non sunt quam latina versio earum quas supra, pag. 256 sub n. CCCXLVIII transcripsimus. Eas tamen hic inserimus quoniam et die, quo datae sunt, et aliis, licet paucis, ab illis differunt et ab alio subscriptae sunt.

effecit: sic enim et tuae uoluntati et nostrae obedientiae respondebimus.

Literarum studia, et omnia exercitationis genera in disciplinis ac scientiis, praeterquam quod in eodem quo solent cursu sint, quotidie fere aliquod incrementum sumunt, nec quicque ex iis, nisi quod maiorem intentionem aut vtilitatem adferat, remittitur. Itaque et domestici et alieni in cognitione doctrinarum multum proficiunt, cum auditione assidua, tum scriptione frequenti. Sed quum haec quasi praesidia quaedam ad maiora conficienda comparantur, in eo, cuius causa haec attinguntur, omnes cogitationes, omnem laborem et industriam nostri fratres collocant; ita ut tam domi quam foris uirtutis specimen edant. Alii, qui domestica curant negotia, id quoque student, ut in hac sancta religione finem propositum consequantur, et hoc pro se sedulo quisque faciens, omnes, per Dei benignitatem, uita ac exemplo prosunt proximo.

Pridie quam studiorum curriculum ingrederemur, epigrammata hebraea et graeca ad omnes auditores, latina in singulorum uirorum laudem, qui dignitate praestabant, pronunciari curauimus, et postea orationes duae habitae sunt, una graeca, altera latina, quae omnia Dei fauore tam foeliciter confecta sunt, ut omnium laudem et plausum promouerint, quod optimi quique et nobilissimi cum uultu tum uerbis indicabant. Auditorum frequentia tanta erat, quantam locus capere poterat: homines ex omni genere ac conditione conuenerant: inter reliquos, qui authoritate ac nobilitate clarissimi erant, aderat Rmus. Cardinalis [1] vna cum praetore frequentissimoque senatu, Rmus. Episcopus Syracusanus [2], quibus omnibus nostra instituta ita placuere, ut precarentur nobis omnium rerum nostrarum talem successum.

Concionum, quae dominicis diebus in nostro templo haberi solent, nulla fit remissio. Doctrina christiana, quae diebus veneris docetur, magno fructu continuatur, quemadmodum et conciones in monasteriis sacrarum uirginum: qui labores, quam vberrimos fructus adferant, non facile dixerim.

Multi certe, et maxime ex nobilium genere, postquam ad nos

---

[1] Petrus Tagliavia de Aragon, Panormitanus Episcopus et Cardinalis.
[2] Hieronymus de Bononia.

accessere, ardentiore amore Christi flagrare coeperunt, quum antea in pietate ac omni honesta actione languerent: iam uero non [solum] ad sacra et sermones diuinos assidue adsunt, uerum etiam ad communionem corporis dominici frequenter veniunt. In festo Natalis Domini 300 homines Christi corpus participauerunt, ac aliis in locis multo plures iam quam solebant id ipsum fecerunt, quod Rmus. Cardinalis nostro Collegio totum tribuebat.

Multi, qui ante summo odio dissidebant, in amicitiam rediere: nec paucos, misere animo et corpore affectos, recreauimus ac omni auxilio refecimus: quos omnes enumerare magnum est; sed non inutile tamen quorumdam meminisse. Inter illos autem fuit quidam qui, anno 14 aut 15 aetatis suae, incestus peccatum admiserat, nec id prae uerecundia confiteri audebat; quo accidit ut ad 90 annum illud peccatum occultum seruaret, ac eo inquinatus sacramentum Eucharistiae sumeret: sed ne tale facinus impune tot annos tegeret, incidit in grauissima diaboli tormenta, ita ut die noctuque ab illo uexaretur, modo horrendas imagines proponendo, modo mortem minitando, quibus rebus grauiter deterritus homo, praesertim tanti flagitii conscius, venit ad nostrum Collegium, benignitate Dei potius quam sua uoluntate ductus, grauissimumque crimen confessus est: quo facto terroribus liberatus, iam tranquille uiuit.

Foemina, diu multumque spiritu blasphemiae exagitata, ad tantam omnium rerum desperationem uenerat, ut a nullo peccato abhorreret, ac salutare remedium Christi corporis relinquere decreuerat, nam eo accepto grauiora se pati dicebat. Haec cum cuidam Patri aperiret eiusdemque consiliis in ea re pareret, non modo non peccatum esse intellexit, sed etiam uirtutis exercitationem esse a Deo datam manifesto uidit.

Coepimus iacere fundamenta collegii Arabici ope Illmi. Proregis [1], qui nobis hominem arabicae linguae peritum ac bene literatum dedit: is tres pueros Afros, qui nobiscum sunt, et duos fratres docet: alter fratrum, Tripoli natus, qui septimo anno aetatis suae ad has terras aduectus est, alter Meleti [2];

---

[1] Joannis de Vega.
[2] *Sic;* Melitae.

uterque magnum adiumentum habet ad arabicum sermonem addiscendum: exercent se diligenter quotidie, cum loquendo tum scribendo, in ea lingua: speramus hinc magnum fructum animarum. Quapropter haec instituta sanctissimis precibus P. T. commendamus.

Venerunt huc octo adolescentes Valentia vna cum fratre nostro, quem illuc miseramus: omnes magnam ingenuitatem prae se ferunt, et amorem magnum Christo seruiendi ostendunt. Nonnulli eorum magnum progressum in studiis fecerunt, iam officiis domesticis funguntur, post ad scholas mittendi. Duos ex illo numero Messanam misimus, ac simul cum illis tres fratres amandauimus, quorum duo inter eos, qui literis operam dabant, antiquissimi doctissimique erant, ea de causa, ut Messana Syracusas proficiscantur et ibi scholam aperiant.

P. Hieronymus Domenech huc cum Prorege Messana venit, et, postquam P. Michaël [1] cessauit a concionando, P. Hieronymus et P. Paulus [2] vicissim sermones ad populum habent.

Sumus in hoc collegio per Dei gratiam collecti 41, omnesque bene occupati, et pro uirili laboramus ad gloriam Dei et proximi utilitatem.

Admisimus in nostram Societatem iuuenem admodum bonae indolis, qui duos annos continuos gnauiter studuit, summisque precibus recipi contendit; et cum per parentes non liceret (nam cum intelligerent ipsum eius animi esse, non siuerunt illum ad scholas uenire), captauit tempus opportunum et ad nos clam confugit, ac in domum illum admisimus: cumque nulla ratione posset adduci ut domum paternam ad aliquot dies reuerteretur, patri suo rem indicauimus; qui, cum uenisset, multis conabatur efficere ut propositum mutaret, nunc magnificis promissis, nunc lachrymis: sed cum amplius horam in dissuadendo consumpsisset, nec filium commouere posset, discessit domum, postquam reuertens adduxit secum affinem suum, qui conquerebatur matrem iuuenis adeo moerore confici, ut minimum abesset quin moreretur. Cognatus autem, qui diues admodum erat, dicebat illum loco filii uelle habere quod ipse non haberet filium masculum; uerum adolescens, haec omnia forti spreuit

---

[1] P. Michaël Botellus.
[2] P. Paulus d'Achillis, Rector Collegii.

animo dicens se nec diuitias cupere nec de morte matris magnopere curare.

Sunt et multi alii, qui iam diu se nostrae religioni dare cupiunt, et quod ambiunt consequentur propter multas animi dotes, constantiam et Dei amorem; sed adhuc paululum differtur. Te, R.de P., rogamus ut nos precibus tuis iuues ad ea conficienda, quae ad nostram salutem et Dei gloriam pertinent: sic et tui filii et Dei serui erimus in perpetuum.

Vale, obseruandissime Pater.

Panormi, 16 calendas Martii 1555.

Ex commissione R.di P. de Pauli.

P.tis T.ae R.dae seruus indignissimus in Christo,

GERARDUS LAPIDIUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo Padre il P. M. Ignatio de Loyola, Praeposito Generale della Compagnia de Jesu, A Roma.

Alia manu: 1555. Panormo. Quadrimestres 14 Februarii.

CCCLIX

Antonius de Corduba
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 17 Februarii 1555 [1].

†

Muy R.do Padre nuestro en Christo.
Pax Christi.

Deniae, quod oppidum est Gandiae proximum, duo Patres ncionati sunt, quorum alter pueros doctrinam christianam cuit, et ut hoc efficeretur deinde exercitium quod, perstaret r multos dies, suaserunt populo et patribus, quos iuratos nonant, ut hominem ad hoc munus obeundum commodum elirent, quod ipsi libentissime fecerunt, cum intelligerent mani-

feste fructum uberrimum, quem ex eo opere pueri ac alii gra
daeui collegissent. Oppidum hoc effectum est nobis his ope
bus charissimum; et cum antea non bene Societas apud e
audiret, sed essemus eis infesti, propterea quod multa eis dixe
rant, nescio qui, quae uera non fuisse, ex vita et conuersation
fratrum et ex aliis operibus cognouerunt. Ostiatim Patres ui
ctum quaerebant, nec aliter suae necessitati et ciborum indigen
tiae succurrere uoluerunt; sed neque ea, quae populus multa a
xenodochium afferebat, accipiebant; tam suave eis erat ita ui
ctum sibi comparare.

De exercitationibus, tam literariis quam spiritualibus, i
unum habeo dicere: eodem feruore, quo antea, in eis fratr
perseuerare.

Obsecramus, Pater, quotquot Gandiae degimus, ut nostri
tuis orationibus et sacrificiis memor sis, nosque multum habe
commendatos.

Gandiae, Calendis Maii 1555.

Tuae Paternitatis seruus indignissimus in Christo,

ANTONIUS CORDESSES.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do
X.° R.do P.e el Padre Maestro Ignatio de Loyola, Prepósito G
neral de la Compañía de IHS, en Roma.

Alia manu: 1555. Gandia. Quadrimestres. Maii.

CCCLXXXIII

P. Leo Enriquez
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 1 Maji 1555 [1].

IHS

Mui R.do en Christo Padre.

Pax Christi.

Lo que nuestro Señor en estos 4 meses a querido communicarse con sus sieruos desta Compañía, y por medio dellos con otros, diré en esta.

Primeramente quanto al collegio, por bondad de Dios va todo muy bien; procédese muy de ueras en las cosas del diuino seruicio con mucha edificacion, dándose todos á la entera obediencia y á las demás virtudes, procurando señalarse en toda perficion. Cada uno en su ministerio trabaia por se aprouechar y hazer lo meior que pueden, y ansi salen de sus officios aprouechados, dexando á todos muy edificados. Tienen su tiempo de oracion y licion, vnos más que otros, segun me parece serles necessario.

Por dia de Pascua hizieron todos los uotos, tiniendo algunos dias más oracion para meior se apareiar; y por misericordia del Señor no fué en balde, porque todos fueron muy visitados del Señor con nueuos propósitos de los guardar enteramente, y ansí lo ponen por obra, animándose á uencer todas las dificultades, que el demonio suele traer en la via de la perficion; y estoy muy satishecho dellos: espero en nuestro Señor que an de

[1] Autographae in vol. *Epistolae Mixtae, 1555-1556*, folio unico, n. 623. Subscriptio tantum, a verbo *Indigno*, et superscriptio sunt manu Patris Leonis Enriquez.

sallir desta casa buenos operarios. El, por quien es, los hag
tales como V. P. dessea.

Los de la casa de probacion no hazen sino crecer, tanto qu
no caben en las casas, y por esto los embian á los collegios d
Lixbona y Euora á estudiar y á seruir. Todos á una mar
aprouechan mucho en spíritu, y se dan á la mortificacion, an
particular como pública, tomando disciplinas en el refitorio
otras mortificaciones. Hizieron los uotos por su deuocion qua
do los hermanos del collegio: vuo entre ellos grandes feruor
y deseos de se aprouechar y vnir con Dios, perseuerando e
estos buenos desseos, y nunca los vi tan adelante. Nuestro S
ñor, que les da esta uoluntad, les dé lleuarla al cabo para ma
gloria suya.

Estos dias atrás vuo tantos exercitantes, que fué necessar
ponerlos en cubículos del collegio por no caberem en los qu
suelen seruir desto; y fueron de 4 meses á esta parte 16. Sali
ron muy buenas cosas; aún están seis dellos en los exercicio
de gran abilidad: con esta va la lixta de todos, y espero qu
uendrán muchos de Lixbona y Euora, afuera 11 ó 12 que anda
aquí con desseos que los resciba: yo me doy poca prissa par
uer la perseuerancia dellos, y porque el P. M.tro Miron los ve
que esperamos vendrá de Lixbona presto.

Los predicadores hazen mucho fructo con sus sermones,
mueuen muchos á mudar sus uidas y confessarse y commun
carse. En las escuelas predicaron esta quaresma algunas veze
á los studiantes, y fueron y son muy acceptos. El P. Sa
cta ✱ [1] predicó la quaresma en una iglesia desta ciudad á lo
domingos á las tardes, y el P. Melchior Cotta en nuestra cap
lla á las mañianas. El P. Miguel de Sosa fué con hun herman
de la probation á predicar á la ciudad da Guarda [2], 25 legua
daquí; hizo allá mucho fructo, specialmente con los canónigo
reprehendiéndolos muy reziamente, que fué cosa nueua e
aquella tierra por no ser costumbre, ni los predicadores lo aue
vsado con ellos hasta allí, por ser hombres muy luzientes y po
derosos, y recelaron que fuesse mal tratado allí; mas el Padr
no tuuo cuenta con nadie, y por derradero [3] quedaron tod

---

[1] P. Jacobus de Santacruz. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 557, n. 1198.
[2] Guarda, episcopalis urbs.
[3] Vide supra, t. II, pag. 50, annot. 1.

muy edificados y amigos del Padre, con propósitos de se aprouechar de sus prédicas, y despues de la Pascua vino, y bien. Loado Dios.

Otro Padre fué á San Fins; aún no vino: creo que le tienen en mucho aquella gente, y que hará fructo con la ayuda del Señor.

Los confessores hazen fructo en los penitentes, y siempre viene gente de nueuo á confessarse y á communicar, y perseueran en ello. Cosas auia que escreuir, que nuestro Señor haze por medio dellos; pero por ser de confission las dexo. Vna sola diré que passó fuera de confission. Auia en esta tierra entre dos mugeres, de las más nobles della, discordia, y la vna queria despedir la otra de su casa, la qual no era casada, porque le parecia que tenia alguna cosa mal hecha [1], lo que era falso, y por ninguna manera la queria tener en su casa, sino echarla fuera, de lo que (segun es probauel) vuiera de causarse mucho escándalo, y vltra desto muchos pecados y offensas de nuestro Señor: y viendo otra persona noble la cosa como iua, mandó dezir á casa que acudiesse [á] aquello. Quiso nuestro Señor que por medio de vn Padre nuestro se tornaron [á] hazer amigas, haziendo todo quanto el Padre les dixo; y las confessó á ambas y se confiessan agora en nuestra iglesia. Bendito sea Dios por todo.

El P. Correa [2] ya tornó á su cargo: no pensamos que viuiesse porque estuuo desconfiado de los médicos, y muchas uezes muerto, y dezian que era thísico: ya anda de todo sano. El hermano Roque Sans tornó á hallarse mal y aún está en cama: los demás están buenos, bendito sea Dios.

Los studiantes oyen sus liciones y tienen conferentias, repetitiones y conclusiones conforme á sus reglas: todos aprouechan bien. Los philósophos por Pascua acabaron el curso, y agora oyen theología más de 20. Los que este año començaron á oir artes tienen lo mismo exercitio y son los que meior entienden: á las conclusiones vienen muchos condiscípulos suyos y argumentan y se aprouechan en todo. En casa se lee vna li-

---

[1] *que tenia alguna cosa mal hecha*. Rectius hispanice diceretur *que habia hecho alguna cosa mala*, quod rem quamdam malam fecerat.
[2] P. Antonius Correa, novitiorum magister.

cion de casos y otra de theología ordinariamente: en esto y [illegible] todo lo demás proceden bien para gloria del Señor. El por [illegible] summa misericordia nos dé siempre conocer su sancta volu[illegible]tad y cumplirla enteramente.

Todos sus hijos nos encomendamos en los sanctos sacrifici[illegible] y oraciones de V. P.

De Coymbra, primero de Mayo.

Indigno hijo de V. P. en el Señor,

† Don Lião. †

Superscriptio in secunda pagina: † Al muy R.do en Chris[illegible] Padre el P. M. Ignatio, Prepósito general de la Compañía [illegible] Jesus, en Roma.

Alia manu: Coimbra. Del P.e Don Leone, p.o di Magg.o R. [illegible] alli 6 di Nouembre. Quadrimestre volgare.

CCCLXXXIV

Franciscus Scipio seu Bordon
Patri Ignatio de Loyola.
Bononia, 1 Maji 1555 [1].

†
Jhus

Franciscus Scipio Ignatio de Loyola Praeposito Societatis Jesu ac Patri in Domino charissimo S. P.

Instar villicorum de perceptis frugibus ac reconditis fructibus in Domini horreum rationem, quam breuissime potero, reddam tibi, Pater. Quod si copia et abundantia messis minor fuerit quam pro spe, quam de nobis conceperas, id ascribas velimus tum ignauiae, tum charitatis nostrae hyemi cuidam, qua admodum nostra premuntur pectora. Non enim uel pro viribus exiguis, quae nobis a clementissimo Jesu sunt suppeditatae ad augendam fratrum vtilitatem et salutem tutandam exercuimus tum animos nostros, tum in caeterorum institutione et salute elaborauimus. Quamuis igitur paruae disciplinae sint nostrae actiones, eas tamen literis mandabo, ut sacrosanctae obedientiae in primis morem geramus. Ac principio accipe de Patrum ac fratrum uiuendi ratione, deinde de iuuentutis institutione, tum uero de officiis, quae pertinent ad christianorum vtilitatem, qua nihil debet esse nobis antiquius.

Omnes aeque sacerdotes ac fratres Rectori [2] obediunt, illum timent uti dominum, diligunt ut parentem, non corporis, sed, quod praestantius est, animae. Credunt sibi salutiferum quicquid ille praescribit. Praebent corpora sua quotidie hostiam

---

[1] Autographae quadruplici folio, nn. 140-142, quarto non numerato.
[2] P. Francisco Palmio.

uiuentem, sanctam, acceptam Deo, rationalem cultum suum, neque se accommodant ad huius mundi figuram, quae cito transit: verum quotidie probant quae sit voluntas Dei bona, accepta, perfecta, eamque semper perficere conantur. Hac igitur ratione non modo sibi consulunt, sed et omnibus, qui cum ipsis habent consuetudinem, sunt disciplinae et exemplo et sermone et factis, cultu docent luxuriosas uestes reiiciendas, opes negligendas, Christum amandum. Exercent praeterea animos suos virtutibus, excolunt ingenia literis, ut eas ad communem afferant utilitatem. Hi enim disciplinis humanis, tum graecis tum latinis, vacant, easque ad juuentutis rectam institutionem proferunt. Illi sacris literis incumbunt ut obtineant eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possint exhortari in doctrina sana et contradicentes reuincere.

Fratres, quibus instituendae iuuentutis cura delegata est, omni ope nituntur, ut illam tum a libidine (ad quam haec aetas potissimum est propensa) reuocent, ad pudicitiam vocent, in pectore Dei timorem insculpant, Jesv amorem inscribant, tum castis instruant literis, tum uero ad veterem, quantumcumque possunt, disciplinam et christianos mores informent. Proinde diligentissime ac vigilantissime lectioni student, libros et maxime castos, et ad illorum aetatem et eruditionem accommodatos ac aptos, exquirunt et praelegunt, qui et ad linguae cultum, et ad vitae christianae rationes formandas, ualent. Quo consilio moderator collegii, Pater Franciscus Palmius, omnibus feriis a prandio uoluit praelegi discipulis prouectioribus testamentum nouum graecum; rudioribus vero alterum libellum ad modum pium, id est, disticha Michaëlis Verrini[1], ut hac quoque via iuuentus facilius a vitiis reuocetur et acrius ad honesti studium inflammetur. Quas certe lectiones summa diligentia praeceptores persequuntur, et hoc consilium multi viri boni, et potissimum parentes, salutis liberorum cupidi, valde commendant, mirificeque probant. Quum interpretantur aliquem antiquitatis authorem, et locus incidit, qui conducit ad puerorum disciplinam, pleniore explicatur ore, acresque stimuli adduntur ad virtutem. "Habete, inquiunt, fidem gentium tenebris, si luci Evan[illegible]

[1] Verbum *Verrini* addidit alia manus intra lineas a Scipione scriptas. Eritne sermo de Catonis *Distichis* ab aliquo Verrini illustratis? Vide supra, pag. 164, annot.

gelii inseruire non vultis. Pudeat vos, sole iustitiae illustratos, quique nomen Imperatori Christo dedistis, non seruare isthaec naturae praecepta, non praestare id, quod praestiterunt hi ethnici, gloriae amantes et turpissima mundi mancipia." Contra, si incidit locus lubricus, in quem delusa antiquitas pedem impingebat, declaratur ac illustratur doctrina euangelica, ne simplices mentes erroribus et opinionibus gentium imbuantur. Si vero obscoenus occurrat locus, aut omnino deletur et praetermittitur, aut, occlusis auribus, quasi sirenum cantus illum transeundum monemus, et tunc latissimus patet campus in huiusmodi vitii reprehensionem. Praeceptores confecerunt breues quasdam precatiunculas, edideruntque hymnos quosdam ad Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Virginem, quas tanquam amentata iacula, antequam aut lectiones incipiantur, aut dimittantur discipuli, solent ad Deum transmittere, mentis sanitatem et sapientiam postulando ad illius gloriam et mortalium salutem. Quod quidem hoc consilio effectum est, quo pueri diuini numinis auspicio foelicius informentur ad veterem Ecclesiae disciplinam, consuescantque a teneris annis sese prosternere, parentem Deum alloqui et animos ad coelum et originem suum attollere. Praeleguntur diebus sabbati praecepta Domini, et symbolum Apostolorum, et illa vniuersa, quae pertinent ad veram et christianam liberorum institutionem; omnibus porro diebus quidam ex praeceptoribus eadem inculcat breuius, et praelegit parvulis et rudioribus integrum libellum de doctrina christiana, cui lectioni intersunt fere omnes; etenim si semel in hebdomada ille libellus praelegeretur, non satis commode pueritia institueretur, cum et breuiter et frequenter illa praecepta illi sint tradenda inculcandaque.

Disciputi studiorum instauratione habuerunt orationes, egerunt recitaruntque quamdam eclogam. In Domini Jesu natalibus habita fuit oratio de puero Jesv: acta et fuit ecloga de eiusdem natiuitate. Haec omnia adeo placuerunt, ut grauissimis et optimis viris excusserint lachrymas, ac nobis gratularentur quod essemus christiani et poëtae et oratores, quique humanas artes et disciplinas conuerteremus ad liberorum ingenuorum virtutem et conseruatoris Christi gloriam ac laudem. Etenim Rector uult ac iubet iuuentutem his studiis et actionibus diuinis exerceri, impedirique ut puerorum animi, musarum muneribus

allecti, ac his honestissimis literarum studiis distenti, tum faci lius a praesentium uoluptatum blanditiis reuocentur, tum foeli cius ad castitatem et omnem virtutem amplectandam stimulen tur, tum demum alacrius ad nostrae religionis sacramenta co gnoscenda, exsuscitentur et inflammentur. Frater Sebastianus insignis Christi poëta, simul cum caeteris Christi poëtis, con spirauit ut musas lasciuas vagantes ac exules ex Amonii montibus et Heliconis verticibus reuocet, et in Syon et Itab rium et Syna excelsa reducat; ac incunabula, praesepia Chris condat, horrentiaque eiusdem arma laboresque sapientius fo tiusque gentium poëtis canat. Discipulis igitur artem poëticar mirifico tradidit artificio exercetque illos carminibus faciendis Discipuli diligenter huic arti operam dant ac studiose carmin condunt, suntque plerisque admirationi in hac vrbe, in qu pauci reperiuntur huic arti dediti.

Quemadmodum nos domi gesserimus atque in iuuentuti institutionem elaborauerimus hoc anno, satis explicatum arbi tror. Sequitur ut haec officia persequar, quae pertinent ad ani morum cultum et ad vitae communis institutionem et discipli nam. Patres igitur more et instituto Societatis intenderunt ani mum frequenti confessionum actioni atque mysteriorum largi tioni. Pater Franciscus Brunellus concionatus est in templo Di uae Luciae omnibus feriis, instruens potissimum fideles doctri na christiana.

Praefectus fuit P. Franciscus Palmius ab Episcopo Bono niensi [3] lustrationi et censurae iurisdictionis [4], in qua censend et instituenda nescio an plus doloris conceperit an laboris sus ceperit. Tanta nimirum est animarum iactura, tanta discipli nae veteris perturbatio, tanta morum peruersitas, tanta sacer dotum Christi ignorantia et error, tanta denique vniuersorun turpitudo et malitia. Proinde in hac tam ampla messe copiosa et magnas percipit fruges, dum impios et facinorosos Ecclesia muneribus orbat, hos notat, illorum mores regit, alios monet

---

[1] Polanci librarius scripserat in *Chronico*, cum de Bononiensi Collegio fit sermo haec verba: *opera..., ad magistri Joannis Sebastiani;* sed linea super verbum *Joan nis* ducta est.

[2] Sic; Ammonis?

[3] Joanne Campeggi.

[4] Haud facile, putamus, quis capiet sermonem hic agi de *visitanda dioecesi B noniensi.*

et rationem et formam recte uiuendi docet, et leges et instituta stabilit, dum vniuersos a vitiis et erroribus concionando reuocat, et ad vitae christianae decus cohortatur, sacrosancta Eucharistiae sacraria, cultum et usum curat et imperat; dum denique templa diruta, vitiosa et immunda instauranda, aedificanda et illustranda curat et iubet.

Vbi rediit e dioecesis lustratione, comitatus est et Episcopum, qui et ipse pagos et castella, vrbi proxima et in planitie constituta, circumire et explorare uoluit: in hac etiam gregis Domini censura sese illi comitem haud ingratum et adiutorem non ignarum praestitit, in rebus diuinis agendis, et rebus, quae spectarent et valerent ad animarum quaestum, gerendis. Etenim, inter alia officia, habebat conciones in Pastoris conspectu ad populum, hortans vniuersos ad poenitentiae portum, id est, ad sacramentorum frequentem perceptionem, admonens illos de Pastoris obedientia, de fide, de spe et regno Dei. Hae conciones tam doctae et gratae fuerunt auditoribus, ut non modo sustinuerit, sed et superauerit spem, quam de illo Episcopus et domestici conceperant, et efflagitatus fuerit ut in quibusdam castellis populum erudiret in lege Domini.

Episcopus porro magna Patrem nostrum benevolentia complectitur et valde utitur familiariter, tum propter ingenium, studia moresque illius, tum ob doctrinam et foelicitatem in rebus gerendis. Etenim illi imprimis rerum arduarum et diuinarum gubernacula credit mandatque, illumque in consilium de rebus secretis adhibet.

Idem Pater concionatus est feriis solemnioribus in Diuae Luciae aede, quas conciones magnus quoque consecutus est fructus. In quadragesima instituit concionem in commemorato templo, et quotidie virginum Christi tria aut quatuor coenobia adire, illasque (imperio Episcopi) instruere, ad obedientiae, paupertatis et humilitatis gloriam erudire, viam denique uerae et integrae religionis, a qua plurimum aberrant, docere. Verum enimuero in ipso conatu frangitur, incidens in valetudinem infirmam; et hac ratione a concionum munere, sacramentorum functione, et caeteris piis et frugiferis officiis cessauit, per duos fere menses grauiter laborans. Quanta in coenobiis gesserit, concionum et exhortationum auxilio, testimonio sunt virginum Christi pastores ac moderatores, qui, Patri gratulantes de la-

boribus susceptis, aiebant se nunquam aeque vidisse pie deditas ac nunc, et hunc fructum maxime in confessioni commonstrasse. In vsu ac frequentia mysteriorum (Christo J auspice) semper palmam in hac vrbe tenuit et tenet Divae ciae templum; magnus enim concursus poenitentium, cum bus dominicis, tum solemnioribus feriis, templum ipsum imp qui sane vniuersis Bononiensibus sunt exemplo disciplinae in Domini Iesu lege et religione.

Haec sunt, perquam obseruande Pater, quae a Patribus fratribus his proximis mensibus (Christo Domino suffraga gesta sunt. Nunc reliquum est, ut tuis nos totos precationi commendemus, ac a Jesu optimo maximo preceris nobis c stantiae rationem, charitatis thesaurum, et nostri ipsorum al rationis arcem; quo nostram crucem quotidie tollentes, t nobis in uero et syncero illius cultu constemus, tum nos to ad eiusdem studium et uoluntatem conferamus, tum omn nostram curam, cogitationem, operam, in mortalium di plina ponentes, illos e faucibus antiqui serpentis extorqueam integros ac sanos mundi Seruatori ac custodi Christo red mus. Vale.

Bononiae, e Collegio Societatis Jesu, Calendis Maii 1555 [1]

Superscriptio in octava pagina (septima omnino nitida e eadem manu, quae verba Calendis Maii 1555 *scripsit:* † R.d X.o Pri. M.tro Ignatio de Loyola, Praep.to gnali. Societatis Je Romam.

Alia manu: 1555. Bononia. Quadrimestres P.i maii.

Vestigium sigilli.

---

[1] Haec non Scipio, sed alius scripsit.

CCCLXXXV

Fructuosus Andre,
Ex commissione **Patris Marci Georgii,**
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 2 Maji 1555 [1].

†
Jhus.

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et amor Domini nostri Jesu Christi sit semper in animis nostris. Amen.

Quod primum ad te scribam, R.de P., illud erit, quos in spiritu patresque ac fratres fecerint progressus. Utinam scirem quoquomodo exprimere ardorem, charitatem, propriae uoluntatis abnegationem, quae in omnibus cernuntur, una cum studio quodam atque animo seruiendi, ac multos labores, Dei Creatoris nostri causa, tolerandi, atque adeo obedientiam et submissionem animi, qua, propter eumdem Dominum, nos superiores colunt et obseruant, omnia, Deo gratia, augescunt in dies magis atque magis, nouaque subinde promouendi desideria accenduntur; quoniam Deus omnium auctor est, is unus laudetur.

De spiritali fructu, quem Dominus superioribus 4 mensibus proximis per huius Collegii operarios praestare uoluit, ut particulatim ad te, R.de P., perscriberem, necessarium ess[et] plane pluribus solito agere. Tot beneficia Deus Dominus noster dat multis, ut scribi a me aut dici uix ullo modo possint. Deus bone! quam multi aliam vitae rationem instituunt ab illa negligentissima ac solutissima, quam antea sequentes sic daemon suis

[1] Autographae duplici folio, nn. 626 et 627.

praestigiis deceptos turpissima quadam quasi ebrietate se[illegible]pe-liuerat, ut in eis diuina uoluntas quam rarissime fine potiret[illegible]. Haec a me dicuntur propter illam hominum multitudine[illegible]m, quae a Domino Deo nostro per christianae doctrinae expo[illegible]si-tionem, quam Pater Emmanuel Ferdinandus (ut iam ad te scr[illegible]i-psi) fuerat in hac urbe aggressus, ad sacram peccatorum confe[illegible]s-sionem pertracta fuit, atque etiam propter magnos fructus, quo[illegible]s scholastici tulerunt, de quibus infra perscribam.

Exponitur hic doctrina christiana in aula quadam satis am[illegible]-pla, quia non est templo extrema manus imposita: confluit a[illegible] d eam audiendam numerosa multitudo, tantumque ex illa fru[illegible]-ctus capiunt, atque ita commouentur animis, ut multi uita[illegible], sancte admodum, rationes mutare cogantur; alii a iureiurand[illegible]o abstinent; alii alienam famam depeculari cessant; alii a pe[illegible]-catis aliis abstrahuntur; quibus rebus mirum quantum De[illegible]o seruiatur. Confitetur de peccatis bona pars huius multitudinis[illegible], amplius, ut videtur, ducenti homines, mensibus singulis de qui[illegible]i-bus multi id faciunt octauo quoque die. Atque in his omnibu[illegible]s proficiunt, ut me saepe mei pudeat cum uideam quo ardor[illegible]e animi sacra frequententent sacramenta, aliosque ad confessione[illegible]m pertrahant, nosque haud raro sollicitent, ut extra Collegium[illegible], eorum, qui morbis affictantur, confessiones audiamus, ac dis[illegible]-cordes inter gratiam componamus. Dignam plane rem, de qu[illegible]a Deo gratias agamus. Nam, ut apud Patres nostros fassi sunt[illegible], in omnibus subito amor quidam erga Deum accenditur, ac simu[illegible]l studium profectus animorum suorum proximorumque cum pro-[illegible]-priae uoluntatis abnegatione, ut et honoris despicientia, cuiu[illegible]s antea studio flagrabant. Itaque in omnibus rebus sese non sub[illegible]-mittunt modo quam modestissime, verum etiam abiiciunt; qua[illegible]e res paruo atque imbecillo animo quosuis homines, quales no[illegible]s sumus, uehementer animare potest, ut in hac Domini uinea ex-colenda nunquam aut defatigentur aut diffidant.

Eo res procedit ut, praeterquam quod multa charitatis opera[illegible] hominibus oppressis egestate atque morbis faciunt, quibus alii[illegible] magnopere ad honestatis studium incitantur, publicam custo-[illegible]diam adeant, ac nonnulli, non contenti multis beneficiis, quae[illegible] illis conferunt, qui retinentur in uinculis, ad fontem publicum[illegible] aquae baiulandi causa, se conferunt, quod ipsi nunquam se fa-[illegible]cturos dum uiuerent sperarunt. Christus Dominus noster, cuius[illegible]

id causa facerent, eos promoueat, et in uniuerso hoc suo obsequio augeat. Amen.

A Misericordiae fratribus [1] huius ciuitatis publice supplicatum est, in qua pompa cum 110 sese flagris afficerent, 100 de his nostris numerati sunt.

Quidam ab alio laesus, iniuria malisque modis acceptus, utpote quem ille globo plumbeo humi deiecisset, statim ut primus dominicus dies mensis adfuit, quo erat confessurus, de more, bene mane, eius rei gratia collegium adiit, se libenti bonoque animo uelle ei ignoscere [asserens].

Alius cum a patribus postulasset ut ad quosdam pacificandos irent, eaque res in diem proximum dilata esset, ubi rediit, ipsemet iam cuncta confecerat. Multa hujusmodi de his nostris scribi possent, et quidem ad aedificationem magna, quae ego praedicta de causa praetermitto.

Benigne quoque admodum et prolixe Deus Opt. Max. cum multis egit, quos odiis atque inimicitiis, quibus non sine animarum suarum uitaeque discrimine inflammati erant, per patres atque hos uirtutis amantissimos homines, qui patres accersebant, magnoque ardore propter Deum adiuuabant, liberauit. Illud saepe nobis molestum est et graue non posse nos eorum petitionibus satisfacere, ideo quod patres plerumque sunt in scholasticorum confessionibus occupati. Inter alias reconciliationes concordiae, quae factae sunt, placuit Deo, ut cum duo homines mutuis odiis incensi essent, quod alter alteri in ipso iudicis conspectu contumeliam fecisset, auctor eius iniuriae sic suam uerborumque suorum acerbitatem agnosceret, quae dixerat, ut responderet uelle se coram eodem iudice, palinodia instituta, ueniam ab eo, quem offenderat, postulare. Alii duo, cum armati incederent digladiandi auidi, atque alter alteri insidiaretur, effecit Deus ut, mutata sententia, in gratiam redirent, cum primum illis quantum in errore uersarentur expositum est. Alii quoque, neque obscuri uiri, reconciliati sunt in gratiam, fuitque ea res perutilis. Fuit aliquando dies cum Pater quidam, in ciuitatem ingressus, undecim aut duodecim homines reduxit in gratiam.

---

[1] Scilicet a Confraternitatis *de Misericordia* dictae sociis.

Efficit etiam in scholasticis per magistros multa Domin idque propter doctrinae christianae expositionem, quam singulis diebus dominicis, in sua quisque aula, habent ead hora, qua publice populo exponitur. Totius uero probit exemplo, quod illi praebent, commoti scholastici, tanta vene tione atque obseruantia Patres ac Fratres Societatis colunt uix dici possit; de quibus multi sunt adeo studiosi virtutis, praeter menstruas confessiones, scholarum regulis imperat octauo quoque die fateantur sacramque Eucharistiam su piant, nec dubito eos saepius id fuisse facturos si permitteret Scirem utinam exprimere tibi, R.de Pater, interioris exte risque hominis compositionem, submissionem animi, ardor divinarum rerum, sollicitudinem exercitiorum spiritualium, examinandi unoquoque die facta omnia, comprecandi Deum, ut animi iudicio uerba singula factaque ponderandi, diuinae repugnent uoluntati, in quibus multi de scholasticis s diligenter exercent. Ego uero cum nonnullorum in mentem nit, partim accendor uehementius, partim iacentem meum mum atque in illis ipsis rebus desidiam perspiciens, erubes

Solebat quidam, superiore quadragesima, dies aliquot sp te sua ieiunare: cum in morbum incidisset, imperassetque dicus ut carnibus uesceretur, nec parentum quidem iussu facere ausus est, suoque more ieiunare uolebat; sed tand quod praeceptor suus imperasset facere decreuit: necesse e fuit ut alius ad praeceptorem a quo docebatur, petitum copi ueniret, qua data, tum demum bono animo mandata me executus est.

Quidam alius primarius, aliquantulum prouecta iam aet ad praeceptorem suum die quodam flens accessit priuatim de certa re mentitum fuisse superioribus diebus: uoluisse id quod erat fateri: erat autem periculum ne supplicio aff retur, quam rem vehementer magister eius admiratus est.

Alius tam obseruantem se uoluit aequitatis exhibere, ut ad lectiones audiendas serius ueniret, ad correctorem se re contulerit uapulatum; sed praeceptor eius, quod accidisset, ig rus, ubi puerum ingredientem sero uidit, uerberari iubet; ill iam dedisse eius delicti poenas respondit.

Sunt tam fideles, ut pecuniam aliasque res a se in aulis pertas confestim ad suos deferant magistros. Dominus D

noster ad maiorem gloriam suam efficiet ut magis in dies progrediantur.

Alia his beneficia Deus dat Opt. Max., quibus se magis eis impertit, eorum animos ad instituta Societatis capessenda permouens. Admissi sunt hoc quadrimestri spatio in hoc Collegio ex his, qui se magis Deo dediderant, erantque ingenio priores, 3 primae classis, unusque Pater ex auditoribus casuum conscientiae, duo quoque iuvenes ad seruiendum. Multo plures ingrederentur si portae paterent. Expectamus modo Patrem Magistrum Mironem, ad hunc mensem Maii, qui aliquot primarum partium, a Deo ad Societatis uitae rationem suscipiendam impulsos, accipiat. Laudetur Dominus, qui omnia sua bonitate efficit.

De lectionibus nunc ad te scribam, R.de Pater, ac imprimis de ea, quae sacerdotibus exponitur, de casibus conscientiae; hic enim fructus est unus ex omnibus, qui decerpi possunt, longe maximus, neque alia re maius Deo praestatur obsequium. Legit P. Marcus Georgius, qui nunc est huius Collegii Prorector. Probatur omnibus auditoribus maxime, estque eis utilissimus. Sunt plerumque plus minus quinquaginta, uirtutibus multis adornati, ex quibus aliquot magnos in casuum scientia fecerunt progressus. Ubique plane multarum rerum, sed nullius maior penuria est, quam doctorum parochorum, quae turpissimam gignit in populo caecitatem affertque mortalibus exitiosas calamitates. Nunc magnam spem [in] Deo habemus fore breui, ut ecclesiae huius Archiepiscopatus parochos habeant satis idoneos.

Princeps Cardinalis [1], hunc tantum fructum subodoratus, 30 [2] sui Archiepiscopatus pendit stipendia. Ludouicus autem Princeps 10 sui prioratus ordinis S. Joannis. Nunc considera, R.de Pater, his 40 distributis in paroecias, quartoque hinc anno totidem, quam breui lucrum ingens in hac animarum, cui praepositi sunt, negotiatione fiet. Dominus naturae suae bonitate hoc quoque suum opus promoueat. Amen.

In caeteris quatuor classibus grammaticorum et humaniorum literarum proficiunt bene scholastici; sunt autem plerum-

[1] Henricus, de quo jam saepissime est facta mentio.

[2] Scilicet, sacerdotibus sui Episcopatus, quo valeant Eborae residere et casuum conscientiae studiis vacare. Vide Polanci *Chronicon*, t. III, pag. 423, n. 937.

que amplius 300. Ineunte unoquoque mense conueniunt tres
periores classes, de propositis axiomatis disputandi gratia;
bus uero sabbatis in sua quique classi id faciunt, nec minus
diligenter in aliis rebus solitis exercent. Venerunt huc
quando ad nos Cardinalis ac Ludouicus Principes, ac, prae
ptoribus legentibus, omnes classes audierunt, in singulis pau
per commorantes audiendi causa. Delectantur illi su
modum hoc opere, omnia ad maiorem Dei laudem dirigent
quem unum in rebus omnibus quaerunt.

In hoc Collegio Patres Fratresque 21 in praesentia commor
tur, quatuor sacerdotes, caeteri, partim Magistri, partim sc
lastici, partim administri, omnes bona ualetudine, Deo gra

Sed, ut ad ipsum Collegii aedificium veniamus, id tibi, R.de
ter, dicere habeo, esse loco peropportuno situm, tum fratr
quieti spiritus, quod haec urbis pars omnibus externis imp
mentis caret, tum commodis spiritualibus proximorum, q
huc facile ciues adire possunt.

Opus ipsum procedit egregie, quia Princeps Cardinalis p
perari iussit; percipit enim ex eo magnam uoluptatem, cupit
absoluta omnia uidere atque perfecta, ut fratres sint, qu
admodum optant, quietiore animo (etsi satis quieto sunt), ita
lectiones ex magistrorum scholasticorumque sententia ex
nantur.

Templum parum admodum abest quin sit perfectum;
aestate, Deo fauente, cum scholarum aulis aliisque incho
aedificiis absoluetur. Mitto quod coenaculum, cubicula, dorm
ria, nosocomium, cella penaria, culina, sacrarium, aliae it
cellae necessariae sunt iam perfectissime absolutae. Deus
minus noster, qui haec omnia facit et molitur quo diligentius
omnibus colaturque ac laudetur, nobis suam gratiam largiat
ut in rebus omnibus id pro uirili parte praestemus, quod illi g
tum sit ac probatum. Amen.

Tanquam filii tui iique indignissimi, R.de Pater, abs te p
mus, ut nos tuis precibus Deo commendes, quo beneficium no
tantopere necessarium adipiscamur, indeque nobis benedic

Ex hoc Eborensi Collegio Societatis Jesu, sexto no
Maias, anno a Christi ortu 1555.

Ex commissione Patris Marci Georgii,

FRUCTUOSO ANDRE.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Chro. Padre, el P. Mtro. Ignatio Prepósito General de la Compañía de Jesus en Roma.

Alia manu: 1555. Ebora. Quadrimestres. 2 Maii. R.te 20 Octobris.

CCCLXXXVI

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 3 Maji 1555 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

R.de in Christo Pater: humilis salutationis perquam officioso praemisso obsequio, ea quae, his quatuor mensibus elapsis hic gesta, P.ti tuae scribenda occurrunt, perpaucis perstringemus.

Imprimis gratias agentes diuinae prouidentiae, quod non modo coelestis vocationis, atque adeo professionis euangelicae munere, nos dignata sit, verum hilaris patientiae in aduersis (quae tandem serenissimam tranquillitatem nobis, Christo aspirante, allatura speramus), dono nos etiam remunerare beareque dignetur, quemadmodum ex superioribus literis satis abundeque Paternitas tua compertum habet.

Certe R.dus Praepositus noster [2] nullis tempestatibus, quamtumuis procellosis, ab ipso Episcopo Parisiensi [3], Theologorum synodo ac magistratu aduersus Societatem excitatis, a sacra spei ancora figenda deterritus, Praefecturae officio inuicta con-

---

1 Autographae duplici folio, nn. 320 et 321.
2 P. Paschasius Broët.
3 Eustachio du Bellay.

stantia strenue fungitur, studiosa industria suo muneri intent[us] ad promouenda Societatis negotia, atque Collegii iacienda fu[n]damenta, Sacramentorum, tum confessionis, tum communioni[s] sacro, et sacris et profestis diebus, operam dans ministeri[o], excubiis in aedibus infirmorum inuigilans, vtramque custodiam publicam, vinctorum consolationis studio, frequentans, et[c.] id genus piis operibus animi corporisque vires totas impendens.

Vniuersum quoque fratrum collegium, paternae tuae expectationi respondens, studio literario suaeque vocationis sedulae functioni deditum est, prospera valetudine indefessis singulorum laboribus fauente. Frater noster Jacobus Morellus, philosophicae periodi peracto prope curriculo, ad sacra theologiae studia accingitur. Duo philosophiae, logicae atque ethicae operam nauant: reliqui eloquentiae latinae ingenium omne impendunt.

Duorum accessione noster creuit numerus, quorum et probitas et iusta pro aetate eruditio vberrimam de se spem suggerit. Alter horum, natione picardus, vix annum attigit vigesimum, humanioribus literis adhuc imbuitur, natura, morum grauitate, et corporis haud exigua praestantia, modestam prae se fert indolem. Alter vero, patria ebroicensis, vndeuigesimum annum vix attigit, nepos ex sorore Doctori theologo Benedicto, dominicano [1], singulari ingenii acumine, ac non vulgari in scholasticae disputationis exercitio profectu, insignis euasurus philosophus.

Religiosus quidam, professione benedictinus, sacris exercitiis eruditus, in verum Diui Benedicti discipulum euasit, quem spiritalis lucri foeneratorem fore speramus.

Duo animum ad institutum Societatis propensissimum appulerunt, quorum vnus, secundae licentiae Baccalaureus, decreuit, ante Societatis ingressum, periodum theologicam percurrere; qui, nisi animum mutet, sua eruditione ac modestia, Christi gloriam illustrabit, Societatem decorabit, ac verbo et exemplo multis prodesse poterit. Alter proximo Septembri Romam commigrare proposuit.

Sub finem Martii, sacrae obedientiae auctoritate, ad pagum

---

[1] Joannis Benedicti, *Jean Benoit*. Vide infra litteras Jacobi Morelli, datas die 27 Julii.

Boysirianum [1] missus sum vt, paroeci suffragio fretus, ipsis feriis dominicae Incarnationis ibidem concionarer, atque hoc iusto titulo nota illa, praetextu aetatis nomini meo a Doctore carmelita inusta, prorsus aboleretur. Itaque, Christo auctore, omnis infamiae periculum, bina concione ibi habita, sublatum est, ipso Vicario manibus pedibusque in mei patrocinium properante, demirante interim a me ne mentionem quidem factam obiectae calumniae. Ut enim acta tragoedia, me personam mutam gerente, laetam ac pacatam sortiretur catastrophen, hoc caui ne querelam aut lamentationem vllam excitarem, sed in exordio primae concionis, me a curione solemni ritu missum, ad ecclesiastici muneris functionem obeundam, professus sum, hac sola apologia contentus; hacque ratione res omnis bona pace composita est. Precor diuinam bonitatem, vt omnem offensam auctoribus tantae molestiae benigne ignoscat.

Dominica quarta quadragesimae, a meridie, in pago Nandino [2], Senonensis dioecesis, concionem habui, humanissime a Vicario ac loci incolis exceptus. In reditu, altero post dominicae Conceptionis solennitatem die, in pagum celebrem, Champcueille [3] nuncupatum, profectus, Dominum loci, mihi familiariter notum, salutaturus accessi; quod superiori anno in hoc pago, vt et in aliis nouem locis circumuicinis, concionatus fuissem; qui quum domo abfuisset aliquot hebdomadas, mirifico affectu ab vtroque Vicario ac nobilis illius vxore exceptus fui. Inter prandendum, pio affectu expiscantur, quod ecclesiaste destituti essent, num animus esset populo verbum Dei ministrare. Operam meam postero die praestandam illis addico. Hac fida promissione lactati, certiorem sui voti concipiunt fiduciam. Indagant num liberum mihi esset, saltem ipsa sacra hebdomada et Paschae solemnibus feriis, Euangelium Dei ipsis incolis proponere. Respondeo Praepositi mei auctoritate, atque adeo curionis ipsius arbitrio suffragatorio fretum, me spiritus atque corporis neruos salutari indigenarum obsequio intensurum, vt auditorum pio affectui per me satisfiat. Animi mei promptam voluntatem, ipsis ea lege oblatam, paulo post R. Patris

[1] Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 326, annot. 3.
[2] Nandy [?], Seine-et-Marne.
[3] Champcueil [?], Seine-et-Oise.

nostri consensus ac Curionis supplicatio confirmant. Qua[illegible]i effectum est vt reliquum quadragesimae in hoc pago transegerim, verbo Dei inuigilans, quod efficaci quadam energia multorum animos euicit, affectumque omnium mihi conciliauit.

Diebus sacris, tribus in pagis plerumque concionabar, [illegible] duobus locis contentus. Multi multa mirifico affectu obtulerunt quae, pro Societatis instituto, recusans, in maximam admirationem tum nobiles tum populares rapui. Quam honorifice apud hos Societas hac sola occasione audiat, mirum est. Vtinam frequentior in hoc nostro Collegio concionatorum copia has coelestes animorum opes locupletaret!

Alter Vicariorum, vir probus, cum ipso Ludimagistro, optimae indolis ac dextri ingenii adolescente vicenario, sacra exercitia subire propediem decreuit, propenso animo erga Societatis institutum affectus. Deo honor et gloria.

Reuerendissimus Cardinalis Lotharingus [1] a Domino du Mont, libellorum regiorum praefecto, monitus, omne Societatis patrocinium apud Regiam Maiestatem pollicitus nobis est.

Reuerendissimus Pontifex Clarmontanus [2] Collegium Societati in Academia Billomensi, mox vbi fratres Romam appulerint, polliceri perseuerat, hisque diebus proximis, iter in suam dioecesim adornans, me sibi comitem a Patre postulauit, vt ab ipso sacerdotali dignitate insignitus, professorem theologum simulque Ecclesiasten ibi agam euangelicum; cuius precibus Pater suffragatus est, ex P. T. arbitrio.

Ab aduersariis haud leues patimur interim insultus, quibus a Deo optimo omnem noxam ignosci efflagitamus, certa etiam spe freti tandem faustum tot laborum finem affore. Non mediocriter vero literis Paternitatis tuae, nuperrime acceptis, recreati, macte uirtute negotia, quantumuis ardua, aggredimur, quibus iam R.dus Pater noster insudat, hodie Rmo. Cardinali, huiusce negotii, quod a R.tia tua imperatum est, nomine, litteris paternitatis tuae traditis [3], qui Patrem nostrum humanissime exce-

---

[1] Carolus de Guise.
[2] Gulielmus du Prat.
[3] Eritne hic sermo de Ignatii litteris, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. pag. 124, 363? Sed 1.° in illis litteris de nullo *negotio* fit mentio, quod ab Ignatio *imperatum sit;* et 2.° longum nimis videtur elapsum tempus a die 13 Martii, quo datae Romae sunt, ad 3 Maji (*hodie*) quo Cardinali sunt traditae. Verum de iis plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.*

pit. Ultro citroque familiari producto ad iustum temporis spatium colloquio, tandemque, ipsa rei veritate probe intellecta, Patrem studiose monuit vt, quamprimum commode fieri poterit, Principum ac Praelatorum testimonia in nostrae Congregationis patrocinium nobis impetremus.

Qua pollicitatione Pater noster se illi obstrinxit, tua opera praestanda. Quumque R.tiae tuae literas, simulque Patri traditam negotii apud ipsum tractandi methodum, atque adeo censuram theologicam perlegisset, benigne pollicitus est se Doctores theologos conuenturum super causae nostrae controuersia, vt editam censuram corrigant, veritatis compertae studio. Optime erga nos affectum se praebet, seque Reuerentiae tuae officiose commendari efflagitauit.

Itidem facit R.mus Dominus Clarmontanus Antistes, ac Illustris vir Dominus du Mont, cum vniuerso fratrum collegio, promptissimam obedientiam P.tis tuae imperio humiliter offerente.

Dominus Jesus te nostrae saluti diu seruet incolumem, apud quem sacrificiis et orationibus tuis pusillum hunc gregem tuum, Parisiis latitantem, commendari digneris.

Vale, in Christo Jesu Pater obseruandissime, cum numerosissimo gregis romani coetu, cuius ope crescere propediem in Gallia nobis licebit, tum Auinione [1], tum Billomii. Amen.

Tertio Maii 1555, Parisiis, ex aedibus Clarmontanis.

Commissione R.di P. nostri Domini Paschasii Broëtii.

R.dae Paternitatis tuae indignus filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri Domino Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis nominis Jesu, in aedibus S. Mariae de Strada.

Romae.

di porto vno carlino.

Alia manu: 1555. Parisiis, Quadrimestres iij Maii.

Manet vestigium cerae rubrae sigilli.

---

[1] Agebatur jam tum ab autumno praecedenti de Collegio in urbe Avenionensi instituendo.

CCCLXXXVII

P. Hieronymus del Portillo
Patri Antonio de Araoz.
Septimancis, 5 Maji 1555.

(Edita jam est in *Cartas de San Ignacio,* t. v, pag. 432.)

CCCLXXXVIII

Petrus Sylvius,
Ex commissione P. Joannis Laurentii Cavallerii,
Patri Ignatio de Loyola.
[Tybure, 9 Maji 1555 [1].

IHS

Gratia et pax Domini Jesu Christi sit semper augeaturque in cordibus nostris. Amen.

Elapsi quadrimestris iam reddenda ratio potius ad anteriora rectius obeunda nos excitat, R.de in Jesu Christo Pater, quam posteriorum recordatione consoletur. Verum si minus hactenus laborando partibus nostris satisfecimus, saltem, ignauiam Patrifamilias manifestando, officium nostrum ex parte hac explebimus, et quod nostrum est exequi.

Profesto Matthaei Apostoli, 1554, Tybur isthinc venimus [2].

[1] Apographum in folio unico, n. 44, manu illa flandrica aut germanica, de qua supra, pag. 397, annot. 1, mentio facta est.

[2] Petrus Sylvius valetudinis causa Roma Tybur missus est. Vide POLANCI *Chronicon,* t. III, pag. 20, n. 28. Plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.*

Doctrinae christianae lectionem die veneris (quo etiam priuatum ad nos sermonem habet) fieri solitam, nuper autem multis de causis in dominicam translatam, cum occurrentis Evangelii perutili enuntiatione iam coepit P. Rector [1] coniungere. Quadragesimis Dominicis concionatus est, singulis autem mensibus pueros confitentes audit, sacroque ieiunii tempore compluribus hominibus, quorum aliqui a decem et quindecim annis non erant confessi, confessarius extitit; praetereo temporibus aliis auditas confessiones plurimas, cum aegrorum priuatim, tum dissidentium antea publice, quamuis multa tentauit, quae necdum perficere valuit. Vt sunt hic omnia litium inimicitiarumque plenissima! Cuidam inter caetera ad necem vsque laeso adversarium conciliauit: xenodochium, quo multis etiam a confessione fuit, inuisit saepius: denique tum ex filiis, tum ex parentibus, fructum expectat in dies vberiorem. P. Petro Prodcachio [2] confessi sunt etiam multi, non sine magna Dei laude et ingenti animarum fructu.

Scholastici sunt centum decem aut amplius, quibus omnibus cum vnus P. Petrus sufficere non videretur, visum est P. Rectori vt sibi ascisceret nostrum Antoninum [3], qui, cum hoc quod dico, tum aliis muneribus, iisque variis, sic perfungitur, vt freno potius quam calcaribus in hoc laborioso cursu egere videatur. Huius Antonini sinceritas alias abunde satis se manifestabit. De Antonino habes.

Cognosce de Antonio [4], quem arbitror ingentem conuersationis suae referre Domino fructum, quod partim mihi constat ex pluribus eius opera ad meliorem frugem se recipientibus, imo ex meipso, eius exemplo non mediocriter adiuto, ex patribusque idem referentibus. Dubites, si videas, Oeconomumne dicas, an concionatorem, an quid aliud, cum et illi iam rei familiaris cura incumbat, et plures verbo vitae aedificet, templi extruendi ornandique continuam gerat sollicitudinem, non tam eius, quod oculis patet, aedificii, quam eius, quod intra nos est. Huius diligentia non minus tibi atque nobis manifesta est.

---

[1] P. Joannes Laurentius Cavaglierus.
[2] Sic; eritne hic ille Petrus Pradene, de quo Polancus in *Chronico*, t. iv, pag. 22, n. 26?
[3] Fr. Antoninus de Henricis. Vide Polanci *Chron.*, t. iv, pag. 21, annot. 7.
[4] Fr. Antonius a Robore. Vide supra t. ii, pag. 203, annot. 1, et Polanci *Chron.*, loco nuper citato.

Quare (vt verbo dicam) quotidianis auctibus fit seipso pe[illegible] fectior.

In ea schola, cuius mihi cura iniuncta est, minor hactenu[illegible] fructus apparuit quam vellem, et quam posthac futurum pla[illegible] per Dei gratiam confido.

En, Pater, Quadrimestres spei quam rei pleniores. Faxit D[illegible]o-minus Jesus vt futurorum spes concepta nos non fallat: sancti[illegible]s-simis R. P. T. orationibus ac sacrificiis, quibus nos etiam atq[illegible]e etiam commendamus, nos nostraque Domino Jesu tibique, Je[illegible]su vicario, semper sine fine deuouentes.

Tyburi, ex Collegio Societatis, 7 Idus Maias 1555.

Ex commissione R. Patris Rectoris P. Laurentii, [illegible]
R. T. P. filius inutilis,

PETRUS SYLUIUS.

CCCLXXXIX

Joannes Gnatius, olim Neto,
Ex commissione Patris Philippi Fabri,
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 11 Maji 1555 [1].

†

Pax Christi perpetua nos donet libertate. Amen.

Per missas ad tuam Paternitatem ianuarias literas, R.de [illegible] Christo Pater, nonnullam uberrimi fructus partem, in uinea D[illegible] mini percepti, tibi significatam habuimus. Nunc autem tuae u[illegible] luntati obtemperans, dabo operam, ut quae proxime actis qu[illegible] tuor mensibus, per tuos in Domino seruos, hic gesta sunt, quoa[illegible]

[1] Autographae duplici folio, nn. 166 et 167.—Eas adeo castigavit Polancus ut co[illegible] sultius arbitremur, post exemplum quale Gnatius scripsit, aliud a Polanco emend[illegible] tum subjicere.

reuissime potero R. V. perstringam. Atque ab eo initium caiam, quod mortalium animos ad suspiciendam ac admiranam Dei bonitatem maxime impellit, nimirum peccatorum conersione.

Cum igitur vnus Patrum nostrorum quemdam, graui morbo u confectum atque pertinaciter huic adhaerentem proposito; ılutiferam confessionem penitus abdicandi, semel inuiseret; ımque ipsum tenacem, nec ea mente deducere, nec ullo de:rrere pacto ualeret, maturitati tandem per aliquot tempora edere animo proposuit. Quid? sic ne abiit nos? minime quidem; am quadam die idem Pater, diuinum instinctum persentiens, mulque huic aegroto mortis oppressionem absque confessione mens, ad eum se contulit, et, quae diuinum numen sibi suggesit uerba, libentissime subministrauit. Quibus sane aegrotus, ıirum in modum deductus emollitusque, factus sanus atque ontritus, peccata eidem Patri, gaudio ingenti perfuso, confesus est. Postera etiam dies Patri nostro maiorem adhibuit conolationem, cum ex quodam praeclare intellexisset huic foelici egroto, sacramentorum praesidio munito ac exornato, sumna cum sua uoluntate et alacritate, maximaque astantium conolatione, ultimum spiritum Deum abstulisse.

At ut scitu quidem dignissima pernoscas, animo, quaeso, ıtenso adesto. Quidam alius iam diu iuri ciuili inhaerens, quem ıtentum et assiduum (ut opinor) septem annos literarum stuium mentis corporisque sanitate denudauit, plurima profundeat maledicta, conuitia inaudita quidpiamue atrocius in bonum)eum, grauida lingua iactare atque ingerere persistebat. Jamue ipse omni salute diffidens, nec alium quemquam, praeter num (qui profecto in mira perpetuaque patientia diu noctuue ei inuigilauit) suum cubiculum ingredi patiebatur. Hoc orte fortuna, cum quidam ex nostris Patribus rescisset, a cuntis huius collegii fratribus Deum oratum pro istius uesanae, erditae et durae mentis dispositione ac deductione uoluit. Qui euera seruorum suorum preces exaudire nec dedignatus est. ste enim homo, in multo grauiorem morbum delapsus, molior factus est mente simulque deduci ac persuaderi patitur, vt ıditum praedicto Patri, confessionis audiendae gratia, conceleret, quippe qui non confessus (credo) plures egerat annos. Is gitur usque adeo contritus, animique angore affectus, culpae

commissae confessionem expressam habuit, ut nostri Patris ar mum ad ardentissimae pietatis studium adduceret, excitar accenderetque; qui leuem ei poenitentiam, ob grauissimu morbi pondus imponens, pollicitus est nonnulla, pro augend poenitentia, sacrificia se Deo oblaturum. Quam ob rem ipse aegrotus, actis gratiis, petita oratione suique memoria, ipsum quam familiariter amplexum deosculatumque uoluit. Ad quem Pater noster, rem diuinam facturus, eique depostulanti Christi corpus subministraturus, postea reuersus est. Vnde illi tam subita ac repentina profluxit mutatio, ut illa diuini vatis cantilena in eum aptissime competat: *renouabitur, ut aquilae, iuuentus tua*. Nam quem ipse Deum paulo ante uituperatione foeda affecisset, nunc summis et creberrimis laudibus extollebat ac cumulabat. Tandem cum iam tactui dura ossa pelle sola induta adhaererent, facto a Patre sacro de dominica Passione, precibusque pro eius dispositione a nobis omnibus latis, intra modicum tempus, assumptum spiritum suo Creatori reddidit.

Plurima et uaria aegrotorum genera, nonnullosque in custodia publica detentos, Patres nostri frequenter inuisunt, edocent, consolantur atque, confessione audita, in spiritu confirmant. Inter quos quidam cuiusdam Comitis filius, vna cum sua uxore, connumeratum habemus, qui confessarium ex Patribus nostris domum nostram quaesitum misit.

Eodem subsidio xenodochii infirmi communicantur; cuius pergratissimi studii commendatio praefectuum xenodochii ardentissimo in nos animo satis superque aperte declaratur; quippe qui aliquem ex nostris Patribus, qui aegrotis exhortandis, sacramentis administrandis, mortuis sepultura afficiendis, nonnullis pueris doctrina tenui et bonis moribus imbuendis, praeesset persisteretque, tota cogitatione cupiebant. Qua de re P. Rectorem [1] conuentum habuerunt, asserentes (ultra uberrimum fructum ab eo Patre aegrotis puerisque ibi expectandum) causam etiam nostri amplificandi atque locupletandi collegii inde maximam effluxuram. Quibus nostri Patres, tuum animum pernoscentes, quo seruos tuos non ita adstrictos et aggrauatos, sed omni tali pondere exoneratos, omnique huiusmodi cura expeditos, ad studia uniuersalia conferenda, possidere maxime stu-

[1] P. Philippum Fabri.

les, prout eis in Domino uisum ita occurrerunt, ut plura non obloquentes iam nunc (ut opinor) conquiescant.

Patres insuper in templo conuersarum, alter concionibus diebus sacris, uterque etiam sacramentorum ministerio studium operamque sedulam impendunt: eoque factum est ut plurimi, frequentia eorum, a lethifero crimine reuocati fuissent. Nec ambiguum est nobis, quin Patres huic ciuitati fructum uberiorem ferrent, si templi commoditas nobis esset oblata. Quod quidem pari ratione, tum coniugata, tum libera hominum frequentia continenter asserit, cuius confessiones proxime exacto pascha auditas Patres nostri habuerunt: ii honestam (inquiunt) familiaritem ad spiritus augmentum et firmitatem habuissent nobiscum contractam, si per templi aptitudinem sibi liceret. Conuersarum namque sacras aedes, et appellationis et situs causa, plerique abhorrent ac detestantur. Quidam tamen existunt adolescentes, qui nostra spiritualia studia constanter seruant.

Nos (Pater) locum inuestigantes, summam diligentiam hucusque contulimus. Sed proh dolor! Quid inde? inuigilatum sane satis; inuestigatum uero nequicquam. Quapropter aliqui nos reuocandos extimescentes, id pergratissimum daemoni fore contestantur, qui nostrum hic pernecessarium pernoscens, ab ipso nostrae aduentationis initio, collegium istud disturbare ac diruere toto nixu luctatus est. Aliquid tamen obtinere, et nunc praecipue (mitissimi Jesu auspicio), sperandum est.

Conuersae interim moniales se in Societatis nostrae moribus meditationibusque, admota Patrum opera, exercent, magnumque progressum faciunt. Cuius rei indubitatum habemus argumentum, quod inter alia plurima, unde salutiferum licet promere exemplum, illud in primis adnotatum uoluimus, quod magnam segetem et materiam nostrae spiritualis aedificationis habere uidetur. Cum igitur quibusdam ex eis aegrotantibus medici nullam sponderent salutem, nisi habitatione illa egressis, exhilarandi animi gratia cum consanguineis aliquot menses conuiuerent: cumque tum temporis Pater Rector, qui nihil ob id pericli imminere animaduertisset, ab iisdem libenter exirent necne quaesisset, ipsae vno ore Patri nostro obloquentes, mortalium uitam Deum penes esse, eamque (dummodo expediat) sibi elargiturum eis aestuante spiritu contestatae sunt.

Atque praesidio diuini numinis munitae, pro nihilo habitis mundi uoluptatibus, animaduertentes arduum esse, cum regulis draconibusque habitando, sese integras seruare Christo, medicorum consilium exploserunt, commorique in religione potius, inter suas in Christo sorores, quam cum consanguineis in mundo, inter lenocinia et blandities praesentium uoluptatum, conuiuere maluerunt statueruntque. Hoc igitur studio excultae, hac uirtute septae, maximaque rerum diuinarum cognitione, sui ipsius despectione et gaudii perfusione uallatae, morbi afflictionem aequo animo perferunt. Harum vna e uita hac foelix demigrauit, quam quidem alias, iam tetro morbo corruptas, exiguo tempore consecuturas speramus.

Inter plurimas et uarias causas, quibus nostrae Societatis cognitio obruitur, haeresis vna est, qua (quod perspici facile potest) haec terra scatet. Illud nihilominus (diuinae bonitatis prouidentia) sperandum: hos ciues nostri ordinis, uitaeque generis capaces sensim ac pedetentim efficiendos, ab eoque ad percipiendam excolendamque uirtutem plurimum iuuandos.

Pascha proxime delapso non exiguum confitentium numerum ad D.^{num} Episcopum D.^{numque} Inquisitorem Patres nostri missum curarunt, ut quosdam fidem impugnantes denunciaret deferretque. Hic namque promulgata fuit excommunicatio in illos, qui hominem haeresi adhaerentem pernoscentes non statim retegerent apudque iudicem deferrent [1]. Sed heu mortalium temeritatem! heu execrandam arrogantiam! quot et quos humani generis pessimus hostis, in hanc excommunicationem misere prolabentes, ad hoc tempus inuasit ac deuastavit: ii nonnunquam, nostrorum Patrum adhortationibus occurrentes, se malle Sanctorum ecclesia uiduari (o miserabile quid!) quam hominum gratia orbari respondent. Orandum pro eis censeo.

Verum nec ob id, qui nobis affecti in cunctis rebus nostram salutem quaerunt atque ex animo offerunt, in hac urbe desunt. Inter quos uigilantissimum Pastorem tibi testatum uolumus, qui semel quaesitus, admota D.^{ni} Vicarii ope, authenticam attestationem, sigillo sigillatam episcopali, confectam dedit: per quam suam lucidam ac fidelem de hac Societate opinionem, ubi cognitam ipsam habuerit, praeclarissime profecto ostendit.

[1] *deferrent* scripsit Polancus ubi aliud erat verbum, quod legi jam non potest.

Ex Canonicis caeterisque huius urbis sacerdotibus, qui morem et institutum nostrum commendare, seseque in nos beneuolos flectere incipiant, nonnulli inueniuntur. Inter quos reuera ille minime reperitur, qui suam fidem (si bene meministi) nos templi sui usu communicandi, per cautionem datam, non citra magnam temeritatem turpemque sibi labem aspersam, fregit. Hunc in perniciem nostram incumbere, eius in nos opera nullo negocio commonstrant. Quippe qui (solus inter caeteros omnes pastores) ei subditos, qui ad nos confitendi gratia accedunt, disturbare ac repungere nullo [non] pacto perstat. Ipsos in culpam et offensionem magnam, in capitale crimen, in perfidam tenacitatem, in schisma, in excommunicationem incidisse, proclamare non desistit. Nunquam ipsis Christi corpus subministraturum: nunquam ad suum templum aditum praebiturum, ni publica poena prius mulctati fuerint, protestari non desinit. Quid? hoc superiori pascha, licet a D.no Episcopo summopere rogatus, imo iussus, eos angelorum pane reficere renuit. Quid plura? hebdomada sancta, sacrandi causa (ut moris est) domos percurrens singulas (o bone Deus, miserere precor) aedes ad nos aduentantium transiliens, eas aqua sacra participare noluit. Is praeterea eorum patres, matres, coniuges, uelut consentientes, eumdem incurrisse errorem in animum induxit. Fuit sane ridiculum, ubi cernere licuit, quibus rationibus istam uesanam mentem confultam habet: adhibe oro animum, mi Pater. Huius animum tanta insania P. Rector absterrere exoptans, ei obuiam facto, praeter plura alia, ipsius opinionem refellentia, nostrae Societatis priuilegia assignauit, quae quidem ipse explodens ac pro nihilo pendens, non, inquit, ad hoc assequendum uestra ualent priuilegia, propterea quod uim et facultatem suam, sine alicuius praeiudicio, [non] obtinent: praeiudicium nec aliud quicquam sonat quam extra iudicium: sed id fit extra meum iudicium; ergo etc. Ea et alia iis similia sophismata colligens, manibus libris refertis, huc atque huc discurrens, plurimorum penetrans domos, ista sua argumenta sophisticis collectionibus tortionibusque scripturarum fulcire nititur: ut qui ad nos accedunt, eorumque parentes et coniuges, excommunicationem incurrisse probatum ac testatum det. O benignissime Jesu, te deprecor, discussis tenebris, lucem rationis huic menti reddas, qua uerum a falso discernere queat.

Licet multa, satis prolixe, mihi uidear commemorasse, non tamen tuorum seruorum statum transiliendum aequum statui. Omnes in munus sibi delatum incumbunt. D.nus Gonzales egoque (licet indigni) ludis praesumus. Vnumquemque pace, charitate caeterisque uirtutibus, animum expolire suum labore intento conari puto: quo ipsum, post praesentem lucem, Deus optimus maximus probet, foueat suaque gloria communicet.

Superest ut (benedictione elargita) tua Paternitas nos omnes Deo etiam atque etiam commendatos uelis, quo eius uoluntatem et agnoscamus facile, et integre exequi ualeamus.

V Idus Maii, a Virginis partu 1555.

Per nostri R.di P. commissionem,

Tuae obedientiae indignissimus filius,

JOANNES IGNATIUS.

Superscriptio in quarta pagina: † R.do in Cristo Patri., D.no Ignatio Loyolae, totius nostrae Societatis Jesu Generali, D.no meo observandiss.o Romae.

Alia manu: 1555. Mutina. Quadrimestres 11 Maii. Emend.

Praecedentes Patris Joannis Gnatii litterae a P. Polanco emendatae [1].

†

Pax Christi.

Quae proxime actis quatuor mensibus per tuos in Domino seruos hic gesta sunt, quoad breuissime potero, R. P., perstringam.

Cum igitur vnus nostrorum quemdam, graui morbo diu confectum atque pertinaciter salutiferam confessionem recusantem, inuiseret, nec ab ea mente deducere nec ullo deterrere pacto ualeret, tempori tunc cedere decreuit. Sed post aliquot dies

[1] Vide supra, pag., 474. annot 1.

'ater, diuino instinctu persentiens huic aegroto mortis
;ionem imminere, ad eum se contulit et quae diuinum
suggessit, ei locutus est. Quibus verbis sane aegrotus
in modum emollitus atque contritus, peccata eidem Pa-
ıdio ingenti perfuso, confessus est. Postridie intellexit ei-
acramentorum praesidio munito et exornato, summa
.acritate maximaque astantium consolatione, ultimum
n Deum abstulisse.
dam alius jam diu juri ciuili inhaerens, quem intentum
duum litterarum studium mentis corporisque sanitate
erat, plurima profundebat maledicta et execranda in
conuitia, tamquam utriusque hominis saluti diffidens,
praeter unum (qui profecto in mira perpetuaque patien-
noctuque ei inseruiuit) suum cubiculum ingredi patieba-
oc cum quidam ex nostris rescisset, orationibus Collegii
issis, effectum est ut vir iste, in multo grauiorem morbum
us, sed mollior factus mente, persuaderi pateretur ut adi-
'aedicto Patri nostro, confessionis audiendae gratia, con-
t; quippe qui non confessus plures annos transegerat. Is
usque adeo contritus culpae commissae confessionem
it, ut nostri Patris animum ad ardentissimae pietatis affe-
:xcitaret accenderetque. Ad quem Pater noster rem di-
facturus eique postulanti Christi corpus subministratu-
stea reuersus est. Unde illi tam subita ac repentina mu-
isa est [ut] Deum, quem paulo ante miris iniuriis affe-
nunc summis et creberrimis laudibus extollere non ces-
Tandem cum iam tactui duris ossibus pellis sola adhae-
facto a Patre sacro de Dominica passione, precibusque
us dispositione a nobis omnibus oblatis, intra modicum
s spiritum suo Creatori reddidit.
ırima et varia aegrotorum genera, nonnullosque in custo-
blica detentos, Patres nostri frequenter inuisunt, edocent,
.antur, atque confessione audita in spiritu confirmant.
:res insuper, alter concionibus diebus sacris, uterque
sacramentorum ministerio studium operamque sedulam
dunt, eoque factum est ut plurimi frequentia eorum a le-
is criminibus reuocati fuerint. Nec ambiguum est nobis
ıuic ciuitati fructum uberiorem ferrent, si templi commo-
nobis esset oblata.

Conuersae interim moniales se in Societatis nostra
tualibus exercitiis, admota Patrum opera, exercent, ma
que progressum faciunt. Cum quibusdam ex eis aegrot
medici nullam sponderent salutem, nisi ex habitatic
egrederentur exhilarandi animi gratia cum consang
ipsae uno ore mortalium vitam Deum penes esse, eamqu
modo expediat) elargiturum eis, aestuante spiritu cont
sunt. Atque praesidio diuini numinis munitae, pro nihil
tis mundi commoditatibus, animaduertentes arduum ess
regulis draconibusque habitando, sese integras seruar
sto, medicorum consilium exploserunt, commorique i
gione potius inter suas in Christo sorores maluerunt stat
que; in maximaque rerum diuinarum cognitione, sui ips
spectione et spiritualis gaudii perfusione, morbi afflic
aequo animo perferunt.

Paschate proxime delapso non exiguum confitentium
rum ad Dominum Episcopum Dominumque Inquisitore
tres nostri missum curarunt, ut quosdam fidem impug
denunciarent deferrentque. Hic namque promulgata f
communicatio in illos, qui, hominem haeresi adhaer
scientes, non statim retegerent apudque judicem deferre
heu mortalium temeritatem! execrandam arrogantiam! c
quos humani generis pessimus hostis in hanc excomm
tionem misere prolabentes inuasit ac deuastauit! Qui nc
quam, nostrorum Patrum adhortationibus occurrentes, s
le Sanctorum ecclesia viduari, quam hominum gratia
respondent. Orandum pro eis etc.

Mutinae, V idus Maii 1555.

Per nostri R. P. commissionem.

Tuae obedientiae indignissimus filius,

JOANNES IGNATIUS.

CCCXC

Franciscus Stephanus,
Ex commissione Patris Annibalis a Coudreto,
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 18 Maji 1555 [1].

†

Pax Christi, etc.

Ne epistolae modum et Paternitatis Tuae legem (obseruande in Christo Pater) praetergrediar, omissis iis omnibus, quae ex literis nostris P. T. iam intellexit, ea dumtaxat hic breuiter colligam, quae et noua sunt et potiora.

Porro collegii nostri (ut hinc exordiar) tanta est nunc apud alios fama atque auctoritas, quanta fuit unquam. Mirantur enim omnes Patrum ac Fratrum copulatissimam charitatem et arctissimam coniunctionem; confessorum patientiam et ardentem in poenitentes charitatis zelum laudant; professorum in adolescentum animis, tum literis, tum etiam probis honestisque moribus informandis, peruigilem curam praedicant. Quibus ex rebus factum est, ut tanta sit de nostris, non apud inferioris conditionis homines modo, sed apud nobiles etiam ac huius urbis principes viros, existimatio, vt R.mus D. Episcopus Pactensis [2], in hoc regno haereticae prauitatis inquisitor (ut alios interim praetermittam), nostrorum libenter utatur opera. Si enim aliqui sint castigandi libri, si quae expendendae conclusiones (ut uo-

---

[1] Duplex est exemplum, utrumque autographum; primum in foliis nn. 215 et 218, alterum in foliis nn. 216 et 217; inter quae hoc praecipue intercedit discriminis, quod primum totum est manu Stephani, in altero vero sola subscriptio a verbis *ex commissione*.

[2] Bartholomaeus Sebastian de Aragon, Episcopus civitatis Patti, *Pactae* (1549-1568), GAMS.—"Patti (Pacten.) Città con residenza vescovile in Sicilia nella provinzia della Valle minore di Messina... nel 1549 Bartolomeo II Sebastiani aragonese, che intervenne al concilio di Trento, personaggio illustre che restaurò l' episcopio". MORONI, *Dizionario di erudizione eclesiastica*.

cant), cum ad illum deferuntur, uel theologicae uel philosophicae, ad nos imprimis mittendas curat, et satis esse putat si nostrorum iudicium in illarum expensione adhibeatur. Is paucos ante dies cum solemni publicoque iudicio tum alios fidei nostrae aduersarios aliis suppliciis, tum vnum, qui in haeretica prauitate obstinate perstiterat, morti esset adiudicaturus, huic quatuor ex coenobio quodam religiosos uiros adesse iusserat: quos cum aegre id facere conspexisset, dure increpans, duobus e nostris accersitis: "en (inquit), quos non pudet horum operum". Voluit igitur ut nostri adstarent, nec tamen illos, ut uolebant, liberos dimisit, sed ut comites sequerentur omnino praecepit.

Nec tamen defuerunt qui huic de nostro collegio existimationi conati sunt semper obstrepere, qui et nunc uix a maledictis abstinent, illud Patribus nostris obiicientes, quod impii neroniani in Beato Petro concionante, suoque sermone et monitu a mundi fallaciis virgines, ad Saluatoris nostri Jesu Cristi fidele obsequium attrahente, criminabantur. Dicunt enim nostros coniugatorum toros dissoluere, quod uerum ne sit an falsum testis est, quem nihil latere potest, Deus. Nos tamen, quoniam non mundo sed Christo militamus, quantum mundo simus accepti, non nimium laboramus, si modo Deo optimo maximo placeamus. Quin et ex his non pauci, perspecta rei veritate, contumeliis iam tandem modum imposuerunt. Sed quid audiendae populi uoces ac murmura, apud quem quiduis potius efficias, quam ut eius linguae fraenum imponas? Caeterum nec ea est hac de re apud populum fama, ut uel a nobis magni existimari debeat, uel apud bonorum mentes aliquid ualeat.

Quod autem ad nostra pertinet exercitia, nullus est, qui uel in confessionibus audiendis, uel lectionibus interpretandis, non diligentissima cura Domini uineam excolat, eoque nunc diligentiori, quo maior est confitentium numerus et studentium feruor. Concionum quidem nouus quidam ac prope inauditus in huius ciuitatis hominibus apparet fructus. Non enim occulta obscuraque uoce, sed palam, confitentur omnes, ab eo tempore, quo nostri huc aduentarunt, usque adeo corruptos hominum mores in meliores fuisse conuersos, ut haec ciuitas, quae olim latronum et praedonum receptaculum esset, frequentium concionum beneficio, pietatis et religionis tantum nunc emittat odorem, ut uulgo (quod et ipse saepe audiui) sancta nuncupetur Messana.

Iamque illud acceptabile tempus ab Esaia praedictum, quo lupi in agnos mutarentur [1] etc., aduenisse testantur; quod uerum esse facile cum illis et ego crederem. Vidisses siquidem, R. P., proximo quadragesimae tempore non paucos ex his, qui nostrum adiere templum, in quo singulis diebus frequentissimae habebantur conciones, alios, armis a capite (quod aiunt) usque ad calcem indutos, in luporum morem fraternum sanguinem sitientes, mox ita mites effectos, agnorum induisse mansuetudinem, ut non modo neminem ipsi laederent, sed illatas ab aliis contumelias aequissimo animo ferrent; alios superbientium leonum fastum deponentes quietum tutumque uiuendi genus cum ouibus elegisse. Quid plura? audisses non ficta suspiria, summos utriusque sexus gemitus: nonnunquam etiam homines uidisses prae nimio cordis ardore vix clamorem cohibere valentes. Vnde factum est, ut non minor post quadragesimales dies, quam ante, confluсeret frequentia, verbi Dei audiendi desiderio.

Sed, quoniam non omnia scribi possunt, illud saltem unum silentio non est praetereundum. Cum R.dus P. Hieronymus Otellus die quadam de diuina ira in peccatores concionaretur (eo enim tempore extrema prope fames hanc oppresserat ciuitatem), eo lachrimarum processum est, ut etiam nobilissimi quique uiri, genibus in terram prouoluti, et pectora tundentes, tantae cladis se causam, si non clamantes proferrent, imo saltem pectore et agnoscerent et confiterentur. Absoluta iam fuerat concio, iamque domum se receperat concionator, atque illi flexis genibus, multi quoque extensis manibus, precibus et lachrimis adhuc modum non imposuerant. Eodem die de re non longe dissimili, nonnullorum impulsus petitionibus, in templo quodam alio sermonem habuit, quo usque adeo audientium animos permouit, ut uel exclamare cogerentur. Res ea est, quae uix credi possit, sed sane uera. Inter quos omnes matrona quaedam nobilissima, nostraeque Societati addictissima, uix diuini spiritus patiens, effecit apud uirum, ut impetraret a templi maioris praeside ac Patribus Conscriptis, ut Patrem Hieronymum, quo ad summum templum concionaturus ueniret, exorarent; quorum precibus quoniam R. P. resistere non potuit, concionatus est, ita sane feruenter, ut spem omnium uicerit. Quod uel ex eo cognoscere

[1] *Habitabit lupus cum agno.* Isaiae xi, 6 — "*Lupus et agnus pascentur simul.*" Id. lxv, 25.

fas est, quod noua postea multorum hominum ad nostrum templum frequentia concurreret, qui illud adire nusquam soliti fuerant.

Haec quidem magna, illa uero maiora. Cum 40 horarum oratio pro more fieret, orabant iam fere intempesta nocte homines, ac P. Hieronymus, assumpto secum socio, diuino (ut credere par est) afflatus spiritu, ingressus templum, ante altare constitit ac diu ibi flexis genibus orauit, et mox Christi crucifixi uexilla manibus attollens, ita orantium animos multis uerbis inflammauit, ut ex illis quidam, Spiritus Sancti suasu ac P. Hieronymi oratione permoti, ante diei ortum corpora sua uerberibus grauiter caedentes per multum temporis spatium in templo nostro perstiterint. Non interim lachrymas recenseo et feruorem orantium; haec enim omnia et similia, breuitati consulens, prudens praetermitto. De concionibus hactenus.

Superest de spirituali profectu eorum, qui nostrum frequentant templum, quam fieri possit breuissime, dicamus. Sed quoniam hunc non tam ex assidua sacramentorum et confessionum frequentatione metiri solemus, quam honestis singulorum actionibus, idcirco de his aliquid dicendum est, ac imprimis de constantissima in rebus aduersis patientia, et animo infracto, et feruentissima, tum erga Deum tum homines, charitate. Quas non sane segniter ipsi semper excoluerunt, utpote qui clarissima uirtutum exempla nostris oculis in dies subiecta proponunt. Cum annonae magna esset inopia, ueriti huius reipublicae administratores ne, si palam panis diuenderetur, efferretur in Calabriam, certos huic muneri uiros destinarunt, quibus id mercedis dabatur, sine ulla reipublicae laesione, ut ex iis ipsis nummis quingenti fere coronati in singulos menses ad eos redirent. Quod lucrum cum animaduertissent pii quidam homines, et in nostro templo frequentes, pientissime posse in pauperes distribui, ipsi se ferendo illi labori, ut panem tota urbe diuenderent, promptissimo animo obtulerunt, ea lege, vt illam omnem pecuniam, quam laboris pretium essent accepturi, pauperibus prorsus erogarent. Quod pietatis studium cum multis e populo, tum praecipue principi, quod per epistolas ad huius urbis rectores missas cognitum est, gratissimum fuit. Fecit tamen priu[illegible] quorumdam cupiditas, ut non plus obtinuerint, quam ut in certis huius urbis locis id fieret, quod petiuerant. Ipsi uero, qui[illegible]

in locis datum est, magna et charitate et fide suo munere sunt functi. Sunt quidam etiam alii, qui suis pecuniis emptos multos panes in uicinos pagos et oppida asportant, eosque gratis pauperibus dispensant: ex quo fit ut corporis et animae interitum multi euadant.

Habes charitatis exempla, nunc patientiae testimonium accipe. Accesserat nobilis quidam uir, sed sane superbus, in mercatoris cuiusdam domum, ab eo nescio quas empturus merces: a quo pretium cum interrogasset, quam potuit ille uerbis humillimis satisfacere conatus est: verum tantam non passus uir arrogantissimus submissionem, uix ferendis illum iniuriis affecit, ac turpissimis sputis illius uultum deturpauit, quod tantum abest ut moleste grauiterque ille tulerit, ut praeter id nihil responderit aliud: libenter hoc (inquit) et maiora multa Domini mei Jesu Christi amore sufferam. Succurrit et aliud non huic dissimile exemplum alterius cuiusdam, qui et ipse nostro templo est addictissimus; cui cum esset cum nobili quodam uiro iudicio decertandum, antequam iudicis conspectum adirent, vir ille nobilis, tum quod se iniuria lacessitum existimaret, tum maxime quod illum e nostro esse numero intellexisset, spectantibus plurimis, in pii uiri contemptum coepit interrogare Nicolinus [1] ne esset? (sic enim nostros illi appellant, qui minus erga nos nostraeque Societatis opera bene sunt affecti); respondit ille, ut syncerus erat uir et integer: vtinam (inquit) uere Nicolinus essem. At ille: tu huiusmodi cum sis, nonne quos infringam colaphos, aut pugnos, aequo animo perpetieris? Cogebatur sane, licet uir perditis moribus, eam confiteri Nicolinis, quam non laudabat, inesse uirtutem. Ille uero, submisse respondens, non haec (inquit) modo, sed et his plura, diuina gratia, me perpessurum spero. Vixque ea dixerat, ac crudelissimas ille in eum iniecit manus, et pugnis grauiter caecidit. Sed eo hic mitius leniusque responsum reddidit, quo ille magis in eum insaeuierat. Quare ea, qua erat mansuetudine, respondens, dixit: quidni haec pro Christo leuissima patiar, qui pro me maxima sustinuit?

Ex his plane paucis, quamuis reliqua silentio inuoluantur, iam satis licet intelligere quantus sit spiritualis animarum in Domino fructus. Ad religionem uero nostram aspirantium

[1] Nomen nostris Messanensibus impictum eo, ut videtur, quod templum, quo ad ministeria utebantur, Sancto Nicolao sacrum erat.

quantus sit feruor, quantus quoque numerus, ex aliis cognitum est literis. Haec nostra sunt, R.de Pater.

De Siracusano uero collegio illud unum est admonendum, uno abhinc mense Patrem Philippum Cassinum una cum fratre eo profectum esse, coepisseque concionari maximo cum populi applausu: qui quidem certissima iam amoris erga Societatem indicia non pauca praebuit. Eorum, qui lecturi sunt, aduentum auidissime expectant, qui breui, ut eorum satisfiat uoluntati et ardentissimis uotis, mittentur.

In Itala quoque oppido eadem sunt concionum, confessionum et lectionum exercitia, nec parua cum fruge: iam enim confitentium et communicantium numerus nonnihil adauctus est. Verumtamen quoniam, urgente fame, templum pro more frequentare non poterant, id imprimis curandum fuit R.do P. Danieli [1], qui vnus ibi est, cum fratre graecae latinaeque linguae professore, ut fames tanta, si quomodo fieri possit, subleuetur. Quapropter, quaesitis hinc inde eleemosynis, saepe pauperum inopiae subuentum est, ita ut multi, qui morti iam proximi erant, sint quodammodo in uitam restituti; palam enim ferebatur multis ea causa moriendum fuisse, nisi eo pane, quem diuinitus missum esse confitebantur, refecti nonnihil essent. Sed iam finem scribendi faciam, si unum illud, quod totius epistolae caput est, addidero, ut P.tas T. apud Deum obnixissime precetur, ne suorum seruorum in futurum opera vti dedignetur.

Messanae, XV Kal. Junii anno 1555.

Ex commissione R.di Patris Rectoris.

R. P. T.

tuus in Christo humillimus seruus,

FRANCISCUS STEPHANUS [2].

---

[1] P. Danieli Paëybroëk a Teneremonda vel Denderamonda. "Messanam ubi attigit, a Joanne Osorio, cui Italense Sacerdotium obvenerat, expetitus, cum potestate Italam venit, Siciliae oppidum prope Messanam, Basilianorum Monasterio ibi a Rogerio et filio ejus constructo, olim obnoxium. Mira plane sunt, quae Pater Daniel ibi peregerit. *Monachos* admonendo, hortando, obtestando ex bonis optimos fecit. . Oppidanos vero *Monachis* conciliavit, et crebris concionibus a morum licentia deterritos ita emendavit, ut ad pristinam nascentis religionis christianae innocentiam traduxerit „ AGUILERA, *Provinciae siculae S. J. ortus etc.*, p. I, c. V, n. XXXV. Vide etiam ibidem n. XXXVI. SACCHINI, *Historiae S. J. pars secunda,* lib. II, nn. 93 et 94; et *Litterae Quadrimestres*. t. I, pag. 28, annot. 1.

[2] Primum autographum exemplum totum est manu Patris Stephani, in altero vero sola subscriptio a verbis *Ex commissione*.

Superscriptio in quarta pagina in altero tantum apographo: † Admodum R.do in Christo Patri Ignatio a Loyola Praeposito Generali Societatis Jesu etc., Romae.

Alia manu: 1555. Messina. Quadrimestre di 18 di maggio.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

In primi apographi quarta pagina, superscriptionis loco, haec sunt: Mess.a Junio 1555.

CCCXCI

Arnoldus Conchus,
Ex commissione Patris Caesaris Helmi,
Patri Ignatio de Loyola.
Venetiis, 25 Maji 1555 [1].

†
Jhus

Pax Christi, etc.

Molto R.do Padre in Christo.

Per osseruar la consuetudine laudabile della nostra Compagnia et obedir' alli commandamenti della obedientia, le cose ch' in li quattro mesi già passati s' *(sic)* sonno fatte quì, co' la breuità possibile scriuerò; et primamente darò principio dal Santissimo Sacramento della confessione, il quale non pochi ogni settimana [2], et alcuni ogni festa et fra settimana ancor' frequentano. Fra questi sonno certe santissime et nobilissime matrone delle principali di questa città. Non più che aperta la porta della nostra chiesia, intrano in essa, et fatta la reconciliatione, et diuota oratione et feruente, se ne uanno alla mensa della s.ma communione più spesso che tutte le altre; et certo è

[1] Autographae in unico folio, n. 117.—In iis tamen sola subscriptio, a verbis *Ex iussu*, est fratris Conchi.

[2] Vocabulum hoc, quotiescumque in hac epistola occurrit, scriptum est ita: *7.ma*

che con la lor singular diuotione molti tirano a far miglior vi
et persuase dallor' Padre spirituale aiutano alcuni poueri,
hanno contribuito a liberar' alcuni incarcerati, et hauemo spe
ranza che s' liberaranno degl' altri. Ma queste son piccole cos
all' incontro d' alcune altre.

Perciò che per sola misericordia d' Iddio è accaduto ch' a
cuni et molti anni nelli peccati, com' in vn' fangoso laco, son' ja
ciuti, sonno ritornati a discretione confessandosi generalment
d' i suoi peccati. Vn' huomo è venuto a noi, qual diceua da set
anni in quà non essersi mai confessato; il quale con tanta pen
tentia et dolor vero delli suoi grandi peccati dimostraua, ch
quanto più il suo confessor (perche non s' disperasse) cõ esc
sationi cercato fargli parer' più piccoli li suoi peccati, et con
darsi nella misericordia d' Iddio verso d' lui [1]. Li colloqui ch
ha fatti con li Padri, c' fanno sperar' che da qui innanzi viuer
da vero christiano. Molti altri hanno fatto confessioni genera
et d' molti anni, tra i quali due sonno state d' 20 et 21 anni ch
non s' erano mai confessati, et questi hanno dato ancho
buona speranza d' emendatione [2].

Li scholari di questa città, che venghano ad imparar' nell
nostre schuole s' dilettano molto nelle deuotioni: et tanto ch
essendo moniti aprossimat' il tempo del confessarsi vna volta
mese, l' vn' al' altro cerca precedersi. Quanto anchor' sieno vbe
dienti s' puol veder' che li maggiori, quali sogliono essere pi
difficili, s' inginocchiano dinanzi a quelli che con parole o i
fatti hanno offesi, et gli dimandano perdono: et dimostrano ch
paiano anchor' apparecchiati a basciargli gli piei. Negli stud
hanno in vn pocho tempo fatto assai frutto et tuttauia s' sper
ne faranno più. In questi tempi del' istate sogliono i venetian
andar' in villa a spasso dou' anchor' sogliono sdimenticarsi d
quanto ch' innanzi haueuano imparato. Adesso delli nostri po
chissimi vanno a ricrearsi, et s' pur' vanno, non restanno pi
d' due giorni.

Hanno recitato due orationi nella nostra chiesia il giorno d
Santo Marcho, tanto buone et modestamente, che ogniun' ch

[1] Sic; sententia et syntaxi non perfectis: verum in latina versione, infra transcr
benda, sic se haec habent: *ut quo magis ea (ne desperaret) Pater excusatiunculis d
fenderet, eo instantius se accusabat.*

[2] Hic scriptum est *et tanto che essendo ammoniti;* sed linea super ducta del
tum est.

v' è stato presente, se n' è marauigliato. Tutti li nostri Padri et fratelli di casa stanno bene per gratia del Signior et con gran pace. Hauiamo qui in casa vn' hebreo per battezzarlo dapoi che noi l' hauerem' instrutto ben' nella dottrina et vita christiana. Quanto habbia profittatosi in questi pochi giorni, non potrei dir' facilmente: è tanto humano e tant' a *(sic)* costummato, et de buona vita, et sincero nel parlare, et tanto constante nel suo proposito, ch' è cosa marauigliosa.

Del nostro R.do Prior' della Trinità [1] non dirò altro s' non ch' ogniun' sà quanto ch' c' ama tutti.

Et così ogni nostra cosa per gratia del Signore va bene.

All' orationi di V. R. tutti c' racchomandiamo, etc.

D' Vinetia alli 25 d' Maggio 1555.

Ex iussu R. P. Rectoris.

Filius indignus,

ARNOLDUUS [2].

Superscriptionis loco in altera pagina: Littere quadrimestri del Collegio de Venegia.

Alia manu: 55.

Et alia: Vinegia. 55. 25 di maggio.

Praecedentium Arnoldi Conchi litterarum latina versio [3].

†
IHS

Pax Christi sit nobiscum. Amen.

Vt laudabilem nostrae Societatis obseruem consuetudinem, obedientiaeque praeceptis paream, R.de Pater, quae quatuor

---

[1] Andreas Lipomani, Antistes saepe vocatus.
[2] Sic.
[3] Autographum exemplum unico in folio, n. 118, in quo tantum subscriptio, a verbis *Ex iussu*, est manu Arnoldi.

exactis mensibus apud nos gesta sunt, quam breuissime potero, perstringam.

Atque imprimis a sanctissimo confessionis sacramento incipiam, quod quotidiana assiduitate et frequentia non pauci deuotissime celebrant. Ex his honestissimae quaedam ac huius urbis nobilissimae matronae facile primas tenent. Nam primae statim, apertis portis, templum nostrum ingrediuntur; primae etiam ante sacram mensam se adiiciunt et prosternunt coelestemque panem, praemissa feruida oratione et reconciliatione, saepiuscule manducant; nemini dubium quin sua singulari deuotione ad meliorem uitam permultos trahant. Sed haec sunt parua, si cum iis conferantur, quae sunt maxima miracula; solius enim Dei accidit misericordia quod homines, qui tot annis in peccatis (tanquam in coenoso lacu) iacuerunt, ad saniorem mentem redeant, sceleraque commissa generatim sacerdoti enarrent. Quidam ad nos uenit, qui se a septem circiter annis non confessum dicebat, quem adeo peccatorum suorum poe... tebat, ut quo magis ea (ne desperaret) Pater excusatiuncu... defenderet, eo instantius se accusabat. Colloquia cum eo a ... tribus habita bonam nobis spem iniecerunt ipsum deinc... christianissime uicturum. Accessit secundus, qui etiam erra... rum sarcinam abiecit, qua per triennium fuerat grauatus. D... praeterea, qui abhinc uiginti annis et amplius nunquam poe... tuerant, sanitatem, salutari medicamine adhibito, receperu... Dedimus quoque operam ut qui propter aes alienum in carce... detinebantur, soluerentur: confidimus plures diuina ope lib... randos.

Scholastici Collegii nostri tantopere religione delectantu... ut cum admonentur tempus adesse, quo Christi uicario fact... rum rationem reddere tenentur, uno ore omnes exclamant ... esse paratos; sancta contentione alius alium antecedere con... tur. Quam sint obedientes, vel ex hoc solo iudicabis, quod m... iores, qui solent plerumque esse difficiles, ad eorum pedes, qu... verbo aut facto laeserunt, culpae veniam petentes, saepe pro... cumbant, emendationem in posterum promittentes. Quod si ... terram deosculari iuberentur, libentissime et sedulo faceren... In studiis literarum breui tempore multi non paruum fructu... fecerunt; in dies uberiorem (Dei benignitate) speramus. Sole... ueneti paulo libentius in agris, zephiro flante, rurari, et poti...

simum bonarum artium studiosi, ibidemque, si quid boni in scholis didicerant, id omne uentis et obliuioni tradebant. Iam ex omnibus vix unum reperias, qui audeat animi relaxandi causa, ultra biduum ruri morari. Fuere ab oratoriae facultati studentibus oratiunculae quaedam in nostra ecclesia habitae, quos tam composite, tam ornate dixisse (ferunt), ut omnium opinionem uincerent.

Domi omnes recte ualent, et in summa pace degunt. Est nobis hebraeus adolescens traditus, ut eum christianae religionis elementis imbuamus. Quantum his pauculis, quibus apud nos egit, diebus profecerit, non facile dixeris: tanta est in eo humanitas, tanta morum probitas, tanta uitae integritas, tanta in sermone sinceritas, denique (quod est praecipuum) tanta in suscepto proposito constantia, ut nulli non admirationem moueat.

De Antistite quid dicam? quam sit beneuolus, quam nos amet, omnibus notum est: caetera bene.

Haec sunt, R.^{de} Pater, quae tuam Paternitatem scire uolebamus: tu, quaeso, pro nobis ora ac Deo commenda. Vale.

Venetiis, 8 calend. Junii.

Ex iussu R. P. Rectoris.

Filius indignus,

ARNOLDUS.

Loco superscriptionis haec in secunda pagina leguntur: † Quadrimestres litterae Collegii veneti.

Alia manu: 1555. Venetiis. Quadrimestres 25 Maii.



CCCXCII

Bernardus Oliverius
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 30 Maji 1555 [1].

IHS

Omnipotens Deus, qui nos vocare dignatus est in Societatem Filii sui, seruet nos omnes semper in sua gratia et pace. Amen [2].

Tot obruimur quotidie piis occupationibus, admodum R.de in X.o Pater, vt *praestaret* [3] eas opere exequi quam scripto recensere, nisi sancta obedientia primum in omnibus locum sibi merito vendicaret. Huius itaque iussu, quae proximo quadrimestri hic *contigerunt* [4], paucis complectar.

Pater noster R. Quintinus [5] singulis diebus festiuis et dominicis pergit concionari et doctrinam christianam exponere: et sicut in dies crescit auditorum numerus, ita eorumdem crescit profectus; plurimi enim, peracta concione, confitentur, quorum aliqui ab haeresi resipiscunt, alii a vitiis. Inter ceteros quidam famosus impudicitiae fautor et hospes, qui domi suae octo aut plures publice prostitutas puellas alebat, peracta confessione generali eidem Patri, serio resipuit, et omnes puellas illas a suis aedibus abiecit, vnam tradidit nuptui, et altera nostro suasu

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 369 et 370.—Quaedam in iis suppressit Polancus, alia suppressorum loco substituit, et litterarum sic emendatarum apographum extat in eodem codice, folio duplici, nn. 371 et 372. Nos, ut noster mos est, illa italicis typis describemus, haec ad paginae calcem supponemus.

[2] Horum loco scripsit Polancus *Pax X.i*

[3] *malim*. Polancus.

[4] *acta sunt*. Id.

[5] P. Quintinus Charlart.

collocata est apud honestam viduam, ceterae alio commigrarunt. Hic nunc pergit frequenter confiteri et vitam agere honestam. Multae quoque integrae familiae, eiusdem Patris concionibus commotae, frequentius eidem confitentur, et ad vitam spiritualem vehementer anhelant. Pater Anthonius [1] interim totus est in audiendis confessionibus et visitandis *hospitalibus* et consolandis infirmis, tum in priuatis domibus, tum etiam in hospitalibus, vbi inter caeteros italum quemdam sacerdotem inuenit, qui tribus annis sic in militia vitam egerat, vt ne vestigium quidem sacerdotii in eo appareret: hic tandem, generali confessione peracta, sic propositum mutauit, vt consecuta sanitate coeperit preces horarias legere et sacerdotem se ostendere, et pristinam vitam detestatus eo animo in patriam rediit, vt vitam ordini suo conformem *agere* [2] commodius posset.

Occupati fuimus frequenter cum officiali tornacensi, nostrae Societatis amatore et propugnatore strenuo, in examinandis plurimis haeresi suspectis. Misit quoque ad nos Gubernator huius ciuitatis [3] libros plurimos suspectos examinandos in causa magni momenti, quo aperte declarat se plurimum nobis fidere, et in aliis tam ipse quam nobiles et magistratus opera nostra libenter et frequenter vtuntur. Imo nobilissimae et precipuae familiae huius ciuitatis alicui nostrum [4] frequenter confitentur et nunquam absunt a nostris concionibus ac multum nos diligunt et reuerentur.

Confessiones toto hoc quadrimestri tam nos detinebant omnes occupatos, vt interdum vix respirare licuerit, cum non solum ex hac ciuitate sed etiam ex pagis circumuicinis gregatim plurimi ad nos *continuo* conuolent, sed maxime proxima quadragesima: nam P. Quintinus a summo mane vsque ad vesperam nihil aliud agebat. Sed hoc non tacebo quod idem Pater sub initium quadragesimae vndequaque accersitos ad se pauperes et mendicos ac vagabundos quoscumque compulerit quodammodo confiteri, quos ita abiectos et laceros tanta charitate et humanitate amplectebatur et monebat, vt conspicientes aliquos prae admiratione et gaudio lachrymari conspexeri-

[1] P. Antonius Bouclet.
[2] *ducere*. Polancus.
[3] Vide supra, pag. 254, annot. 3.
[4] Prius scripserat ipse Oliverius *aliquem nrum.*, sed linea superducta delevit.

mus. Nec tunc ociosus fuit P. Anthonius, sed totos dies quoque insumpsit audiendis confessionibus in parochia Diui Jacobi, rogatu Pastoris. Ego quamuis occupatissimus tunc fuerim, eo quod mihi impraeparato et id ante minime suspicanti concionandum fuerit quotidie, non tamen potui quin singulis diebus aliquos in confessione audire cogerer, quibus propter qualitatem personarum aut instantiam et vrgentem necessitatem *recusare* [1] non potui. Dicebant enim aliqui se a multis annis non confessos, nec velle alteri quam mihi confiteri, ex concionibus forsan commoti. Ex his autem confessionibus multum spero fructus in horreum Domini adferri, cum ii praecipue ad nos veniant, qui serio concipiunt vitae emendationem, plurimi *qui* [2] a decem, *qui* a viginti, *qui* a triginta, *qui* etiam a quadraginta aut pluribus annis non fecerant integram confessionem: imo maior pars eorum, qui nos accedunt, aut prae verecundia aut prae crassa ignorantia nunquam integram perfecerat confessionem. Plurimi nutantes in fide, per conciones et confessiones sunt confirmati, aliqui omnino haeresibus addicti, sic per conciones sunt commoti, vt statim finita concione non cessarent donec, peracta alicui nostrorum confessione et abiurata haeresi, in sanctae matris ecclesiae gremium reciperentur. Inter caeteros quidam, qui totos quindecim annos fuerat in ea haeresi, vt pertinaciter negaret in sanctissimo Eucharistiae sacramento esse verum corpus Christi, nobis confessus, haeresim abiurauit, et intellectum in obsequium fidei captiuans, firmiter *posthac* se credere deinceps velle promisit quicquid sancta romana ecclesia credendum statuit, et cum hac fide et protestatione sacrosanctum Eucharistiae sacramentum reuerenter ipso festo Paschae recepit. Quidam alius, concionibus motus, pluries a nobis supplex petiit in confession*ibus* [3] suam conscientiam declarare, quod tandem propter occupationes vix obtinuit: qui non solum haeresibus variis adhaerebat, sed alios quoque inducebat, imo magna ex parte causa fuerat et consultor eius horrendi facinoris, quod hic Tornaci ipso festo Natiuitatis Domini proxime elapso contigerat, videlicet quod conculcatum fuerat tam impudenter pedibus sacrosanctum corpus Christi: hic tam serio visus est

---

[1] *id negare*. Polancus.
[2] *quorum plurimi*. Id.
[3] petiit *ut sibi liceret* in confessione. Id.

mihi ad sanam mentem rediisse, vt sine lachrymis eum dimittere prae laetitia non potuerim. Eius verae conuersionis fidem nobis faciunt haeretici alii aliquot, quos ad veram fidem reducere curauit. Alia quoque, quae multos seduxerat, sic resipuit, vt secum resipiscere desideret et curet plurimos, *quae etiam* [1] concione quadam sic fuit commota, vt post eam non desierit lachrymari donec absolutionem consecuta esset. Sed singula huiusmodi referre nec possem nec exigit T. R. P.; ex his enim facile colliges similia.

Praecipui [2] huius ciuitatis [3] sub initium quadragesimae obtinuerant mihi a Capitulo Tornacensi *licentiam* [4] concionandi, *atque* [5] concionatus sum *itaque* singulis diebus huius quadragesimae ad eorum instantiam, per Dei gratiam sine notabili incommodo valetudinis, cum satis magno concursu, adeo vt, quamuis locus in quo concionabar erat semotus et quasi in angulo ciuitatis, et hora valde incommoda, plures tamen dicuntur fuisse auditores in nostris concionibus, quam in aliorum trium ordinariorum praedicatorum simul. Scio quod aliquando oportuit occludere fores templi capacissimi, in quo concionabar, ne prae turba comprimerentur et deficerent auditores, sed hoc *ascribo* [6] curiositati auditorum, quibus noua placent, cum caeteri concionatores sint longe nobis doctiores, eloquentiores et magis exercitati. Verum quid refert dum omni modo siue per occasionem siue per veritatem Christus annuncietur? Inde enim aliquem fructum colligere nouit Dominus, quod hic quoque vidimus. In quadam concione sic commoti sunt quidam a longo tempore in capitali odio viuentes, vt antequam inde recederent, qui *offensum* offendisse uidebatur, miserit ad offensum quemdam suo nomine, *petentem veniam* [7] sibi condonari offensam. Mox, qui iniuriam receperat, peracta nobis confessione, sic ei condonauit, vt prior ab offendente petere decreuerit ueniam.

Praemonueramus obiter in concione breui adfuturum diem,

---

1 *haec*. Polancus.
2 *Primarii*. Id.
3 Hujus civitatis *viri*. Id.
4 *facultatem*. Id.
5 *unde*. Id.
6 hoc *forte ascribendum esset*. Id.
7 *Qui peteret*. Id.

quo legeretur euangelium de conuersione Beatae Magdalen cuius expositionem si audirent multae, forsan Deus sic ear illuminaret corda, vt vitam libidinosam prorsus abiicerent. H sibi dictum existimans quaedam matrona curauit quotquot m retrices inuenire potuit, etiam supra numerum quadragenariu ad concionem adducere, numerato singulis aliquo nummo, qu rum aliquae deinceps *in tantum* pristina*m* vita*m* [1] abhorreba vt mox locum et occasiones peccandi deserentes, monasteriu vulgo conuersarum dictum ingressae sint: plurimae a conc bina*riis* [2] sunt separatae: una earum honeste nuptui tradi est, et praeter has adhuc hodie perseuerant in bono proposi *vitam emendandi* apud honestas viduas octo aut decem, casta vitam ex tunc degentes, et nobis frequenter confitentes. Reda sunt dissidentes in concordiam, Patrum opera, plurimi, eti non parui nominis; sed haec omnia per singula recensere ni longum esset, nec possem etiamsi maxime vellem. Tam en fuimus omnes occupati, vt vix vacaret interdum cibum sume et minus quae contigerunt inter nos narrare. Sub finem qu dragesimae venit ad nos quidam magni nominis et auctorita vir, qui congratulando nobis retulit se mira audiuisse spargi nobis, tam ab extraneis in oppidis circumuicinis, quam a prae puis huius ciuitatis, dicentibus se quasi nouam faciem vide huius ciuitatis, et felicem eam esse, quae tales habeat concio tores et operarios. Et profecto ex confessionibus percipim magnam mutationem. Nam paucos habuimus, qui non in aliq articulo fidei errarent, pauciores qui non haesitarent, mult qui penitus abiecerant ecclesiam Romanam eiusque sanct constitutiones. Pastor Diuae Magdalenae retulit se mirum disse fructum in sua parochia, vbi hac quadragesima sum co- cionatus. Inter caetera dixit se hactenus ab octo aut dece annis non habuisse nisi quingentos ad summum communica tes in paschate, hoc autem anno habuit supra nongentos.

Haec quidem sunt, admodum R.^de^ in Christo Pater, praec pua, quae nunc occurrunt. Et merito plura in loco tam fertili egenti facta *per nos* oportuit, nisi mea imprimis negligenti obfuisset. Sed haec, quantulacumque sunt, non *tamen adhu*

---

[1] *adeo a* pristina vita. Polancus.

[2] concubina*tu*. Id.

nostra industria sed immensa Dei bonitas perfecit, cui soli omnis honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. Huic commendari cupimus omnes humiliter in T. R. P. ac omnium Patrum et Fratrum sanctis sacrificiis et precibus.

Tornaci 30 Maii 1555.

T. R. P.

Inutilis seruus in Christo,

BERNARDUS OLIUERIUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Admodum R.do in Christo Patri Magistro Ignatio de Loyola Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1555. 30 Maii.

Et alia: Tornacensis. Emend[atae].

CCCXCIII

P. Petrus Navarrus
Patri Ignatio de Loyola.
Granata, 31 Maji 1555 [1].

†
IHS

Muy R.do P. en Christo Padre nuestro.

La summa gracia y paz de Jesu Christo nuestro Señor sea y cresca siempre en nuestras almas. Amen.

Aunque lo que hay que azer en este pueblo pide más de treinta Padres, todavia nos estamos quasi solos, pues no somos

[1] Autographae duplici folio, primo sub n. 566, altero vero non numerato. Est etiam aliud exemplar autographum earumdem litterarum, duplici constans folio, primo sub n. 567, altero non numerato.

más que quatro los que aquí estamos [1], los quales el tiempo que aquí hemos estado, más deuemos paresçer exploradores que obreros ó poseedores; y porque paresce que nuestro officio ha sido este, hemos avisado siempre á V. P. de quan buena tierra es esta, y quan fertil y abundante de fruta, y quan buena de cojer y quan sazonada. La gente desea mucho darse y ayudar á que se destruya la ciudad de Jericó. No sabria dezir quánto sea el deseo que tienen los desta ciudad de que vengan aquí Padres muchos. Pregúntanme doquiera que voy quándo vienen los Padres, mostrando bien en ello la deuocion que tienen á la Compañía, no auiéndose hecho en ella lo que en las otras partes ha causado la opinion y crédito que della han tomado; pues no ay aquí sino quatro barrenderos, de los quales pues se edifican y algunos se aprouechan, de creer es que, quando aya quien lo despierte y hombres que los leuanten, se han de edificar muchos y aprouechar en el seruicio del Señor.

Exercicios se han dado á ocho en este quadrimestre; entre los que recibieron, vno dellos, que es Capellan de la Capilla Real, da gran edificacion y exemplo de sí, y ouiera dexado al mundo con lo demas, si no tuuiera impedimento de sus padres, que se lo estorban: Pero con todo esso viue en todo concierto y recogimiento que su estado le permitte. Otro mançebo muy trauieso, hijo de vn mercader, distraido á marauilla en juegos, amançebado público, y que á su padre le hurtaua los docientos y trecientos ducados juntos, por lo qual fué prendido y echado en la cárçel: este recibió grandes misericordias del Señor, porque su padre lo sacó de la cárçel pública, y lo traxo á su casa, y lo puso en vnos grillos, en que otras veces lo auia tenido por semejantes excessos; y me llamaron á mí para que lo uiesse. Despues que le hablé le rogué á su padre que me lo dexasse traer al Collegio para que se confessasse despacio, porque era esto en la semana sancta; y él lo hizo assí; aunque dezia que á otro no lo fiara por cosa alguna: y ansí vino el mançebo conmigo, y segun él auia dicho, con intencion de írsenos por los tejados quando no pudiera de otra manera irse. Estuuo en el Collegio quarenta dias contra toda su inclinacion, porque él dezia que no bastara todo el mundo á tenello ocho dias en-

[1] Qui hi fuerint docebit POLANCUS, *in Chronico*, t. V.

cerrado, porque ni le bastauan grillos, ni puertas, ni paredes, que no rompia, quando su padre lo encerraba, y se iua; y se quiso ir de aquí por tres vezes, y el Señor le dió gracia, con lo que le dixo y se hizo, que no se fuesse, de lo qual él se espantaua; porque dezia que cuando él queria hazer vna cosa, si no Dios del cielo, no se la habian de estorbar; y assí fué que él por su bondad se lo estoruó. Hizo en estos dias los exercicios, confessaua y comulgaua cada domingo, y á cabo destos dias para remedio suyo se ordenó que fuesse á estudiar á Córdoua, y assí fué, y estudia allá, aunque antes no podia ver ni oyr estudio. Fué grande consuelo para sus padres y edificacion para los que lo supieron. El Canónigo La Torre, de quien otras uezes he scripto á V. P. [1], da gran edificacion de sí en su iglesia y en todas las partes donde trata. Dale el Señor grandes deseos de entrar en la Compañía, y por disponer de cosas, de que tiene obligacion, no lo puede hazer al presente. En su viuir es de la Compañía.

El Señor Arçobispo [2] tiene tanto crédito de los de la Compañía, que á mí, con ser quien soy, me mandó que oyesse de confession á ciertas monjas, que son subiectas á su S.ria; y porque se consuela su S.ria de que las consolemos, dí exercicios á quatro dellas; y la Abadessa, viendo el fructo que en ellas se auia hecho, desea que todas los hagan, y ella la primera los desea hazer, y pide mucho al Señor embie muchos Padres á esta ciudad. Es ella gran sierua de Dios y hermana del Cardenal D. Gaspar de Aualos [3], Arçobispo que fué desta ciudad.

Nueue han pedido los recibiesse en la Compañía: dellos tres clérigos y quatro studiantes y dos para legos, y están suspensos y detenidos hasta que aya opportunidad de reçebillos. Otras

---

1 Vide supra, pag. 289.

2 D. Petrus Guerrero, de nostra Societate optime meritus (Vide Orlandini, loc. cit.) "Pietro Guerrero di Leza nella provincia de Rioja, teologo delle chiese di Siguenza e Cuenca, fù nominato arcivescovo (granatensis) nel 1546 da detto Papa (Paulo III); intervenne al concilio di Trento che poi fece stampare e publicare nella sua arcidiocesi; riformò l' università di Granata, e morì nel 1576 in odore di santità e colla riputazione d' uno dè più grandi teologi del suo secolo." Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, t. xxxi, verbo Granatae.

3 "En la octava creacion (scilicet, cardinalium a Paulo III facta), á 19 de Diciembre de 1544: D. Gaspar de Avalos, colegial en el Mayor de Santa Cruz de Valladolid, obispo de Guadix, arzobispo de Granada y Santiago, cardenal sin título. Murió en Santiago á 2 de Noviembre de 1545". La Fuente, *Historia eclesiástica de España*, t. iv, p. 8.a

personas ay tambien, que desean entrar en la Compañía, y letrados, y aguardan á que aya más ruido del que aquí se haze.

Confessiones ha hauido muchas de collegiales y estudiantes y mercaderes y mançebos, que frequentan los sacramentos, y son estos agora más, porque el P. Ruiz [1], que embiaron de Seuilla, nos ayuda.

No es de dissimular la charidad y consolacion que el Señor Arçobispo haze en esta ciudad con vna licion que lee de San Pablo ad Hebraeos, docta, clara y prouechosamente, á la qual concurre gran muchedumbre de gente. Es grande la humildad deste Prelado: *Dominus conservet eum, etc.*

Esto es, Padre mío, lo que ay que auisar á V. P. de lo destos quatro meses, que el Señor se ha dignado obrar por estos hijos mínimos suyos: quédanos pedir á V. P. nos encomiende al Señor con todos los Padres y Hermanos que ay están, para que con sus oraciones alcançemos del Señor gracia, con que siempre sintamos y perfectamente cumplamos su sanctíssima voluntad.

De Granada y postrero de Mayo.

de V. P.

Hijo mínimo en el Señor,

† NAVARRO †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Chro. P.e nuestro el P.e maestro Ignatio de Loiola, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Granata. Quadrimestri uolgari di vltimo di maggio.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

Et in altero apographo, praeter eamdem superscriptionem, haec alia manu: 1555. Granata. Quadrim. vulgar. Del m.º Navarro, ultimo de Maggio. R.ta alli 6 di Nouembre.

Retinet etiam vestigium cerae et sigilli.

---

1 "P. Ruiz, qui Cordubae admissus fuerat." POLANCUS in *Chronico*, t. v, ubi de Collegio Granatensi.

Praecedentium Patris Petri Navarro litterarum latina versio [1].

IHS

Reuerende admodum in Christo Pater.

Summa gratia et pax Jesu Christi Domini Nostri sit semper in diesque crescat in cordibus nostris. Amen.

Quamquam pluribus quam triginta est opus ad ea praestanda, quae in hac urbe in obsequium Domini sese offerunt, semper tamen sumus fere soli; sumus enim qui degimus hic dumtaxat quatuor; qui quidem toto quo hic fuimus tempore, deberemus potius exploratores terrae quam operarii aut possessores censeri. Quum autem hoc nostrum munus hactenus extitisse videtur, propterea te semper certiorem fecimus de huius terrae bonitate, de eius fertilitate, de fructuum abundantia, de colligendi fructus facilitate et praecocitate. Gens enim haec seseipsam dedere multum desiderat, opemque ferre cupit, quo ciuitas Jerico funditus euertatur. Verbis exprimere nequeo quantopere ciues multorum Patrum aduentum desiderent. Quoquo me confero, de diei aduentu statim percontantur, quod sane indicio satis est, quam bene sint erga Societatem affecti. Praesertim cum nihil adhuc hic actum sit eorum, quae aliis ciuitatibus, in quibus Patres versantur, fidem et opinionem de ipsis conceptam peperere. Sumus quippe hic quatuor pauimentorum versores: quorum quidem communicatione quando aedificantur, et non pauci proficiunt, credere profecto licet, dum adfuerint, qui eorum animos excitent, qui manus ad surgendum porrigant, futuram esse multo uberiorem aedificationem simul et profectum in obsequio Domini.

---

[1] Duplex est hujus versionis exemplum, utrumque autographum, utrumque in duplici folio. Primo exemplo est numerus 264, alteri 265. Secundum uniuscujusque exempli folium nullo distinctum est numero.

In quadrimestri autem hoc octo sunt exercitia tradita, (rum unus, qui sacrificus est sacelli regii, magnam de se caet aedificationem et exemplum virtutis praebet. At reliquisset n dum et omnia, quae in eo sunt, si parentes (quibus est addic sibi impedimento non extitissent. Caeterum, quamuis ita se habeat, ea est hominis religio, id studium seruiendi Deo opt maximo, vt nullum non lapidem moueat, quo ordinem et i rioris hominis considerationem, quantum fert suus status, seruet. Juuenis praeterea quidam, mercatoris cuiusdam fil peruersus quidem, et mirum in modum ludis chartarum tractus, publice concubinatus, qui parenti ducentos atque centos simul ducatos aureos surripere non est veritus, c quidem surreptionis causa fuit captus et publicum carcerem clusus: hic, inquam, fuit maximis muneribus a diuina mu centia affectus. Pater enim, cum e carcere filium liberasset, e demque domum secum adduxiset, compedibus eum tradidit, bus antea propter similes excessus fuerat detentus. Accers sum ad visendum iuuenem, quem dum conuenissem, rogaui trem sineret filium venire mecum ad collegium, quo posset f confiteri quiete peccata, erat quippe tunc Hebdomada San siuit tandem pater, quamuis nemini tunc nisi mihi commisis Venit itaque iuuenis mecum, animo autem (ut ipsum dixiss runt) aufugiendi per tecta, quando aliunde non pateret f Verum mansit apud nos quadraginta dies, omnino reluct inclinatione sua: aiebat enim ipse, quod sufficeret nemo ad (nendum ipsum inclusum octo dies. Quoniam neque compe neque portae, neque parietes, possent illum detinere: omnia n que infringebat quando a patre sic trudebatur, et tandem a giebat. Statuerat praeterea ter abire hinc. Dominus autem ve et operibus, quae illi praestitimus, largitus est ei gratiam ne discederet: quod ipse valde multumque miratus, dicebat: q quid ego antea decreueram facere, nisi Deus ipse, alius obs set nemo. Itaque ipse Deus, propter suam bonitatem, disces eius impediuit. Hic vero 40 diebus fecit exercitia. Confiteb et recipiebat sacratissimam Eucharistiam singulis dominicis bus. Post quae, in remedium animae suae, constitutum est Corduuam, daturus ibi operam literis in Collegio nostro, iam profectus, studet; studium autem tantum abest vt ante ligeret, vt ne audire quidem vellet. Fuit huius iuuenis mu

magnae consolationi tum parentibus, tum illis omnibus, qui factum percepere.

Canonicus Franciscus Turris, de quo alias ad Tuam Paternitatem scripsi, praebet non mediocrem aedificationem et in sua ecclesia, et omnibus locis, in quibus uersatur. Dominus autem illi adauget desiderium Societatem ingrediendi; impeditus tamen quibusdam negotiis, id in praesentiarum praestare non potest. At vero in ratione uiuendi Societatis quidem est.

Dominus autem Archiepiscopus vsque adeo bene de Societate sentit, vt vel mihi iusserit audire confessionem auricularem quarumdam monialium sibi subditarum. Quia vero percepi non parum consolationis allaturum Dominationi suae, si eas Sorores vtcumque consolaremur, propterea tradidi exercitia quatuor monialium. At Praefecta, animadvertens fructum, qui inde sequeretur, optat vt omnes subditae exercitia faciant, ea tamen lege, vt ipsa praecedat omnes; ipsa vero efflagitat a Domino frequenter dignetur mittere huc multos Patres: quae quidem (vt aiunt) est magna Dei ancilla, et est soror Cardinalis Domini Gasparis de Aualos, quondam Archiepiscopi huius ciuitatis.

Nouem aut decem petiere in Societatem admitti; illorum tres sacrifici, scholares quinque, laici duo. Detinentur modo, donec adsit facultas recipiendi eos. Alii etiam sunt, et docti quidem, qui cupiunt Societatis esse: praestolantur tamen murmur magis sonorum quam hucusque excitatum est. Confessiones fuere multae et collegarum, et scholarium, et mercatorum, et iuuenum, qui frequentant sacramenta. At numerus confitentium crescit, quoniam Pater Ruiz, Hispali missus huc, me in audiendis confessionibus iuuat.

Non licet silentio praeterire charitatem simul et consolationem, qua R.mus D.nus Archiepiscopus omnes huius ciuitatis viros afficit quadam lectione Divi Pauli ad Hebraeos, quam quidem docte, clare et proficue publice interpretatur; ad quam praesto est magna hominum cuiusque fere status frequentia. Est magna profecto huius Praelati humilitas. Dominus conseruet eum et viuificet eum, etc.

Hoc denique est, Pater mi, quod de hoc quadrimestri tuae Paternitati hinc scribendum sese offert. Superest nunc et a te efflagitare, et a Patribus et fratribus charissimis isthic degentibus, nos velint Deo obnixe commendare, quorum precibus

gratiam a Deo optimo maximo obtineamus, qua eius sanctissimam voluntatem et perspiciamus et adamussim semper adimpleamus.

Granatae pridie Calendas Junii.

Tuae Paternitatis filius minimus,

† NAUARRO. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. R.do admodum in Christo Patri, Patri Magistro Ignatio Loiolae, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1555. Granata. Quadrimestres. 31 maii. Q. S.

Vestigium cerae et sigilli.

In altero apographo, praeter similem superscriptionem, haec alia manu scripta sunt: 1555, Granata, Quadrimestres 31 Maji.—et an.—Q. V.

CCCXCIV

Joannes Catalanus,
Ex commissione Patris Antonii de Soldevilla,
Patri Ignatio de Loyola.
Genua, 6 Junii 1555 [1].

IHS

R.de in Christo Pater.

Pax Christi.

Cum superioribus literis factus fueris certior, Pater optime, de his, quae prioribus quatuor mensibus acta sunt, meum est nunc paucis scribere quid postea gestum sit. Principio itaque,

---

[1] Autographae, duplici in folio, nn. 185 et 187.

cum in tria capita res tota distributa sit, in fratrum scilicet emolumentum, iuuenum promotionem, exomologeseos frequentationem, ac crebram sacrosanctae synaxeos sumptionem; quantum doctrina fratres ac probis moribus in dies crescant longum esset per singula quaeque recensere; summatim autem nonnulla attingam, quibus perspectis, possis, R. P., caetera perpendere atque aestimare.

Primum igitur, quod maxime omnium difficile alioqui est, in tot nationum morumque diuersitate fratrum summa concordia est, ut non propinqui modo, sed uel fratres uterini esse uideantur. Quid? qua diligentia ardentes horis praescriptis preces Deo opt. max. fundant? qua literis incumbant? qua suo quoque tempore gymnasia adeant, ac discipulis omnem grammatices prope infinitam uim ac materiam tradant? Multos nostra, plures, maioum aetate, precibus homines deditos, multos studio literarum, nultos denique discipulorum profectus cupidos uidimus; at, qui aec omnia praestarent, uidimus paucos. Quod tanto mirabilius ebet uideri, quanto maiori humanitate coniunctum est.

Ad literarum studiosam iuuentutem, quam probis moribus c bonis literis erudiendam huius Collegii fratres susceperunt, ne conferam. Haec partim pro cuiusque captu ac doctrina, artim quod unus quidem doctor tantae multitudini facere satis on posset, sex est in classes distributa, quarum summa eos ontinet, qui Ciceronis orationibus, Horatii epistolis, ac ei Depauterii, quae de metrorum ratione tractat, parti incumbunt, ui numero duo et uiginti sunt aut plus eo. Altera primum Virilii *Aeneidos*, Marci Tullii epistolas ad Curionem, ac gramnaticae Niniuitae [1] partem, quae de uniuscuiusque dictionis tructura, eam quoque, qua cuiusque dictionis accidentium cognitio habetur, interpretatur: nec longe eius numerus distat a riginta. Hanc quoque Despauterii partem cum Ciceronis epistolis, ac grammatices rudimenta, quatuor et quadraginta discipulis tertiae classis praeceptor tradit. Eamdem Despauterii partem cum rudimentis et Catonis distichis plusquam quinquaginta discipuli in 4 [2] docentur. Quinta tandem in duas turmas est diuisa, quarum altera rudimentis ac doctrinae christianae, altera iisdem ac generum discretioni incumbit. Horum numerus

[1] Joannes van Pauteren (Despauterius), etiam saepe Joannes Ninivita appellatus.
[2] in quarta classe.

magnus esset, si absque delectu admitterentur. In graecis uero (ne quid mihi quominus tibi nunciem restet), Isocratis orationes et syntaxim interpretantur. Quo studio ac diligentia hi omnes litteris ac bonis moribus inuigilent, supersedendum duxi: illud tamen non omittam, domi apud nos singulis diebus, ni uacandum ab opere fuerit, magna cum attentione rei sacrae interesse: ibi interim, dum fit sacrum, pensum septem horarum in Beatae Uirginis Mariae honorem prae manibus habent aut corollam, multique Eucharistiae sacramentum sumunt, in principio saltem cuiusque mensis: in gymnasiis autem, si quis, vt in tanta multitudine fieri solet, rudis sit ingenio aut studiis nolit insudare, in eo denique saepe monitus perstet, aduocatis parentibus, iisque de ingenio ac uotis pueri edoctis, ne iis, quorum spes aliqua refulget, obsit, domum ad alia munera mittitur, quibus aptus sit, obeunda.

Etsi ab spiritali profectu multos auocat loci incommoditas, tamen tantus est eorum numerus, qui ad nos confitendi caus accedunt, ut uix ipsorum respondere optatis queamus: idq non modo diebus festis, uerum etiam quibus labori est insiste dum; nescio quonam modo, dum in scholis uersabar, de doct na christiana, quam singulis diebus ueneris P. Antonius [1] do discipulis omnibus summo amore ac diligentia interpretatu uerbum nullum feci: ac de quodam, cuius magna spes est, lu sitano iuuene, hac proxime lapsa quadragesima ingresso.

Parva quidem sunt haec, R. P., prae futurorum expectatione. Superest ut huic et caeteris nostrae Societatis collegiis, perinde ac filiis, prospicias, hoc est, quantum fieri potest, cures ne pro cuiusque messis magnitudine messores idonei desint: orationibus iuues ut, qui coepit, incrementa det, Deus Opt. Max. Quod si feceris, spero fore, ut uniuersus terrarum orbis mirifice gaudeat, uenturusque christianorum populus ingenteis summo Creatori gratias, quod in haec tempora inciderit, agat. Vale.

Genua, 8 idus Junias, anno a Christo nato 1555.

Impulsu R. P. Rectoris.

T. R. P. indignus filius,

JOHANNES CATALANUS.

---

[1] P. Antonius de Soldevilla, Rector.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do in Christo P. Mis. Ignatio di Loiola, Preposito General della Compagnia di Giesu in Roma.

Alia manu: 1555. Genua. Quadrimestres 6 Junii.

Manet vestigium cerae rubrae sigilli.

CCCXCV

Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 6 Junii 1555 [1].

†
IHS

Gratia et pax Christi semper nobiscum. Amen.

In hoc quadrimestri non est aliud, de quo P. V. certiorem facere debeamus, quam domus, studiorum, confessionum ac concionum communis status, singulis pene quadrimestribus literis explicatus.

A confessionibus audiendis ne ad diem quidem unicum cessatum est, in quibus duo, in diuersis constituti ecclesiis, semper occupantur, quas confessario destituendas non putamus ob varios vtriusque sexus homines, tam religiosos quam seculares, qui e diuersis locis et ciuitatibus, viginti persaepe eoque amplius hinc milliaribus, confitendi dumtaxat consultandique gratia, huc confluunt, onusti haud raro scrupulis et quaestionibus, quibus in omnibus Dominus per nos satisfacere dignatur, quod nostra nequaquam contigit industria, sed ipsa [2] immensa erga

[1] Autographae, totae manu ipsius Arnoldi, unico folio, n. 345.—In iis quaedam delevit Polancus, quae nos italicis litteris distinguimus; alia, deletorum loco substituit, quae hic ad paginae calcem scribemus.—Litterarum sic emendatarum exstat apographum, folio item unico, n. 318.

[2] *ipsius*. Polancus.

ouiculas clementia, quia nullum adhuc inuenimus, qui non *p*er-*bene* consolatus et mutatus in alium hominem domum sit reuersus. Quaedam, mirabili pulchritudine et habitu corporali insigniter *dotata* [1], ab ipsis (vt aiunt) cunabulis scortandi turpitudine implicata *fuit, quae sibi* magnum [2] vestimentorum aliorumque muliebrium ornatuum *corrasit* thesaurum [3], quem, de publica vita ad puram reducta, totum contempsit, perseuerans [4] in magna vitae simplicitate, poenitentiam agit.

Quaedam virgo, quam multi ambiebant amatores, nullum non mouentes lapidem, quo ipsam ad matrimonium contrahendum pellicerent, *ipsa autem* amatorum volens vitare cupidinem, Deo sol*um* [5] placere studiosa, deformitatem aliquam corpori inferre cogitauit, omnem*que* externam deponens curiositatem, contemptibilem ac simplicem habitum sumpsit, in quo cum se naturae contrarietate et diabolica grauiter senti*ebat* [6] oppugnari tentatione [7], quod haec externa et delectabilia deposuit [8] ornamenta, omnibus arreptis lacerauit [9], ac sic cunctas superauit tentationes.

Alia, gaudium et ornatus totius inventutis habita (licet spuma verius [10] et omnium peccatorum fex), adeo*que sublimata* ut foelix ac laetum nullum diceretur conuiuium illius carens praesentia, *quam* Dominus tandem, pio sui amoris igne incensam, ab aedibus paternis omniumque procorum familiarite auulsam, ad locum quemdam religiosarum foeminarum pertraxit, ubi non minus quam in seculo omnibus spectaculum est, sed non eo quo in mundo modo; tam enim pie virgines aliquas, quas tenet, instruit exercetque in virtutibus, ut beatae dicantur, quibus cum ea habitare contingit, ut dicere possent: sicut exhibuit membra sua seruire immunditiae et iniquitati *usque* ad iniquitatem, ita nunc eadem exhibet, etc.

---

1 *ornata*. Polancus.
2 magnum *sibi* Id.
3 thesaurum *parauerat*. Id.
4 *et* perseverans. Id.
5 *et* Deo *soli*. Id.
6 senti*ret*. Id.
7 *ea videlicet* tentatione. Id.
8 deposuis*set*. Id.
9 *ea* laceravit. Id.
10 Aliam *quae* gaudium et ornatus totius iuuentutis *habebatur* (licet spuma *esset* verius. Id.

Huiusmodi plures utriusque sexus ex diversis inveteratisque catis, beneficio confessionis, ad vitam saniorem revocati t, praecipue hac quadragesima, cum, Jubilaeo a Summo itifice concesso, ad vitae totius reatum aperiendum multi vocati fuere. *Quae* [1] quidem singulatim perscribere, ut pro-m nimis, ita nec necessarium arbitrati sumus.

His quatuor mensibus diuersa in circuitu, concionando ac isulendo, loca visitavimus, quibus [2] odor bonus Societatis ge lateque spargitur. Literis ii et nunciis a nobis frequen-s visitari nostrasque audire conciones postulant. Nullus qui-a huius patriae locus est a nobis perlustratus, ubi non singu-ter diligatur venereturque Societas. Contradictores alicuius horitatis paucos habemus, fautores quidem plures, si prin-um favore hic *promulgata* [3] esset Societas. Sub hac autem rmitate et dubitatione multorum praeclarum [4] uirorum mus, alioquin in nos propensus, occultatus manet, sicut d raro ipso facto, ubi opportunum est, comperimus, dum pu-e profiteri verentur, ignorantes quid tandem nostri de So-tate statuent principes. Interea in nostri muneris functione nia, quae libent, fere dixerim et licere; sic apud probos pas-laudantur, approbantur et absque contradictione nostra scipiuntur opera.

Dignetur Dominus nostris conatibus adhibere augmentum, o quo V. P. totiusque Societatis auxilium et preces implora-us, quibus nos unice semper commendatos cupimus.

Lovanii, 6 Junii 1555.

V. P.

Servus indignus,

ARNOLDUS HEZEUS.

Superscriptio in secunda pagina: + R.do in X.º Patri D. Igna-a Loyola, Generali Praeposito Societatis Jesu. Romae.
Alia manu: Quad. Lovaniae. 1555. 6 Junii. Emen[datae].

---

[1] *Sed huiusmodi.* Polancus.
[2] *in* quibus. Id.
[3] *adiuta.* Id.
[4] Sic autographum: in apographo vero, *multorum praeclarum studium et ani-s...*

CCCXCVI

Paulus d'Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 7 Junii 1555 [1].

†
Jhus

Molto R.do in Christo Padre.

Pax Christi, etc.

A gloria del Signore, et per compimento dell' obedientia et consolatione de V. P. et delli altri Padri et fratelli della Compagnia, con tutta quella breuità possibile, si darà ragione di questi 4 messi passati di quello che il Signore Iddio s' ha dignato adoperar per questi suoi vili instrumenti.

Et prima, comminciando a dar ragione di noi, siamo stati fin a 40 in casa, fra 8 sacerdoti et li altri scholari et laici, tutti per gratia del Signore Iddio occupati nelli soliti essercitii: li mastri continuando le schole sue et essercitio, procurando d' agiutar li scholari nelle letere et costumi; li scholari, massime li nostri, essercitandosi, priuatamente in compositioni di prosa et uerso, et legger alcune lettioni priuate, et essendo ammoniti et sindicati delli deffetti che fanno.

Le prediche, tanto le domeniche come le feste, come in la dottrina christiana il venerdi, s' ha continuato secondo la gratia che il Signore Iddio ci ha dato.

C' è stato un jubileo in ringraciamento della reduttione dell' Inglaterra, nel quale se ha confessato et communicato gran multitudine di giente, et questa pascha passata il simile, essen-

[1] Autographae, in folio duplici, nn. 238 et 239, in quibus tamen sola subscriptio, a verbis *D. V. R. P.*, est manu ipsius Patris d' Achillis.

uenuti questo anno più nobili (secondo me dicono) che non r li anni passati.

S' ha procurato ancora mandar alle prigionie alcuni di casa essortarli alla confessione et communione, et così nel jubileo confessorono molti, et questa pascha penso che non restasse uno, essendo fin a 400 incarcerati o più.

Ancora s' ha attesso a predicar in alcuni monasterii nelle meniche et feste, et per gratia del Signore con alcun frutto, e nelle conuertite sono determinate fin a 8 in una predica, e se fece, di uestirsi et farsi monache, del che non erano riso- te auante, et in un' altro monasterio di monache, il più prin- pale di questa terra, se ne sono escitate alcune monache a ler far li essercitii, et li domandano con instanza con animo uolersi reformar et seruir al Signore con più perfettione che n hanno fatto per il passato.

Nel hospital ancora delli incurabili sonno andati ordinaria- ente le domeniche, il che è stato con alcun frutto et consola- ne di quelli poueretti ammalati.

Questi giorni passati alcuni delli nostri sonno stati mossi a mandar eleemosina per la città, et così hanno trouato una na eleemosina, con la quale sonno stati refrigierati li poueri carcerati, et alcuni sonno stati liberati, che stauano solamente r la spessa che haueuano fatta nella carcere.

Oltra di questo s' ha procurato, con il fauor de su Ex.tia [1] et iuto del monte della pietà, che se scarcerassero fin a 66, che n stauano per altro se non per il vitto che doueuano alli car- rari, il che non l' haueua pensamento di farlo il monte della età per questo anno, trouando alcune difficultade; ma per gra- a del Signore s' hanno superate et questi pouerelli liberati.

Essendo qua 2 prigionie, et per gratia del Signore, dopoi e stamo qua, hauendose fatto vna infermaria per li carcerati nmalati, et essendo constituita vna confratria de notarii per ha- r cura de detta infermaria, restaua ora l'altra prigionia, che aueua necessità d' altra infermaria; et così sua Ex.tia mandò hiamar a tutti li dottori et procuratori, acciochè uolesseno pi- gliar questo assunto de far vn' altra infermaria, remettendosi in particular al P. M. Hieronymo Domenech; et così s' hanno

[1] Proregis Joannis de Vega.

tassato li dottori et si pretende di far vn corpo di tutte Compagnie, acciochè attenda a tutte duoi opere, le quale sc de gran refrigerio et agiuto per quelli poueri carcerati, che s questo agiuto ne morerebbono molti per mancamento de go no: sarà un' opera de gran carità, doue non solamente se taranno l' incarcerati, ma se usarà della carità con l' infe procurando che habbiano li Sacramenti, et morendo hauera cura di farli sepelir.

La fabrica del Monasterio del Roglion [1] per gracia N. S. se ha fornito, doue se ne sonno spesse circa de 400 o se ha accommodato il monasterio tanto commodo, come si teua domandar per un loco di obseruantia; c' è stata q tutta la città a uederlo poi che è stato compito, con molta c solatione de tutti, laudando il Signore che, di un loco ta aperto et de poca edificatione, s' habbia fatto un monasteri sulato et molto cerrato et commodo. Compito che è stato, so intrate 11 monache, tutte di buon spirito, che ha più temp confessano nella nostra chiesa; fù fatto con molta solennit edificatione della città, et fra pochi giorni hanno d' intrare cora tre.

S' ha fatto ancora vn' altra opera in molta edificatione vtilità di questa città, et è che, parlando il P. M. Hierony Domenech con li principali del regno, che all' hora se tro uano in Palermo, et sua Ex.tia con alcuni gentil' homini questa città, s' hanno hauuto fin a duoi mille onz. di elemos per accattar tanta rendita, la quale ha di seruire per un locc orfane femine, doue si potranno mantenere fin a età di pote collocar; per il che c' è qua una gran commodità, per esse n questa città passano tre o quatro mille scuti di rendita o anno per maritar orfane; et se uuole supplicar a Sua Sant che per quelle che uogliono esser monache, li fusse data medesima elemosina, che è tassata per il maritarle. Sarà que un' opera de gran importanza, la quale per questo princi hauerà fin a 200 onz. de rendita, et con il tempo crescerà m to, secondo che qua sonno affettati a tal opera, che con hau vno, chiamato vn tal de Nauarro, lassato per li tempi passati o 20 onze di rendita per maritar ogni anno vna orfana, son

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 209, n. 464.

stati tanti, che hanno lassato rendita del medesimo modo, che hora passa quest' opera de mille et 300 onze; et così speramo nel Signore che questo loco, doue se manteneranno queste orfane et saranno instrutte nel timor de Dio et insegnate alcune uirtù, sarà molto più fauorito; il Signore lo incamini come sia più a gloria sua.

Il nostro Collegio Arabico [1] per gratia del Signore va inanzi, hauendo imparato li nostri molto bene di legger et scriuer, et alcuni di loro parlando tanto bene, che potrebbono predicar in detta lingua; hanno vn mastro molto sufficiente in detta lingua et pratico nella lege Mahumetica.

Questi giorni passati venne vn moro a dirci che se uoleua far christiano; et così lo pigliorno in casa et l' hauemo catechizato et poi battezato, vestendolo de bianco tutto et facendo festa nel battesimo suo, come se usa in Roma, et poi l' hauemo posto con la Signora Duchesa [2] et serue bene a Sua Signoria.

Sua Ex.tia desideraua che un schiauo suo, giouane, se facesse christiano; et così lo mandò al Collegio nostro acciochè stasse con noi per alcun tempo per ueder se lo potessimo redurre; et ueneua tanto obstinato, che diceua che inanzi se lassarebbe rostir uiuo che farsi christiano; et per gratia del Signore se ha conuertito et se ha fatto christiano con la medesima solemnità del' altro. Di tutto sia laudato il Signore del tutto, et a noi ci done gratia che lo seruiamo di qua inanzi con più diligentia et feruore. Amen.

Di Palermo, 7 de Junio 1555.

Di V. R. P. indignissimo seruo in Jesu Christo,

PAOLO DE ACHILLI.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo Padre el P. Mtro. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Jesu. A Roma.

Alia manu: 1555. Palermo. Quadrimestre di 7 di Giugno.

Manet sigillum cerae rubrae.

---

[1] Vide supra, pag. 303.
[2] Elisabeth de Vega, Bibonae Ducissa.

CCCXCVII

Joannes Antonius Viperanus
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 10 Junii 1555 [1].

✝
IHS

La pace et gratia del nostro Signore sia sempre con noi Amen.

Per non mancare al nostro officio di scriuere, scriuemo quelle cose, le quali sapemo ch' anche V. P. le sappia [2]. Perche ui è manifesto li sacerdoti, ch' in questo luogho sono, essere sempre occupati in confessare et comunicare. I quali uisitano spesse uolte gl' infermi et carcerati, et consolano gl' afflitti quanto possono. Di più il numero di quelli chi si confessano spesso et comunicansi, ogni giorno cresce. S' insegna alli scholari e altri chi uenghono, la dottrina christiana.

Et si predica nelle domeniche e feste in nostra chiesa e in altri luoghi non con puoco frutto. Ma tutte queste cose, et anche più di queste per altre lettre ui sono state scritte.

Delli studii puoco ho a dire. Perche li studii domestici per la gratia di Dio uanno bene. Li scholari fuoristieri sono 130, i quali tanto nelle lettere come nelli buoni costumi fanno grande frutto.

Questo carnauale passato recitorno un dialogo contro li peccati ch' in quel tempo si commettono, et l' altro giorno, uersi et orationi innanzi il Vicelegato et altri nobili: dalli quali sono stati lodati li putti et il nostro modo di uiuere et insegnare gl' altri.

[1] Autographae duplici folio, primo n. 58, altero non numerato.
[2] Primo scripserat Viperanus *che anche voi* ***le sappiate***.

Per simil cose si muoueno li cittadini a mandare li loro gliuoli alle nostre schole. Pochi giorni sono da che uennero da ui a V. P. doi gioueni per la Compagnia, nelli quali si uehono molti segni di bontà. Speramo che saranno ben altri chi l' imitaranno.

Qual sia l' animo del Vicelegato et de tutta la città, il quale sino adesso si è uisto grande e beneuolo uerso di noi, non casca scriuerlo. Perche non si fa da noi cosa la quale possa rendere la loro uoluntà, li quali ci sforziamo, quanto sia licito possiamo, satisfare a tutti, et alle commoditade dell' altri ruire.

Le speranze del frutto di questo Collegio in tutti sono grande. Quel che si farà non lassaremo scriuerlo.

In questo mezzo alle orationi di V. R. tutti ci raccomandamo.

Da Perugia, alli 10 di Giugno 1555.

Di V. P. seruo,

GIOVANNE ANTONIO VIPERANO.

Superscriptio in quarta pagina: Ihs. Al molto R.do in X.o P.e il P.e m.o Ignatio de Loyola, Preposito gnale. della Comp.ia di Giesu, a Roma.

Alia manu: Jesus. 1555. Perugia. Quadrimestri di 10 di Giugno.

Praecedentium Joannis Antonii Viperani litterarum latina versio [1].

†
IHS

Pax X.i

Ne muneri nostro deesse uideamur, scribimus ea, quae uel non ignorare scimus. Nam et confessionibus audiendis, et

[1] Autographae, duplici folio, n. 59. Pauca a P. Polanco in his emendata, quae ad calcem paginae adnotabimus. Harum litterarum ita emendatarum duo extant apographa, alterum sub num. 63; alterum vero sub num. 65 v.o

sacramento Eucharistiae ministrando, qui hic sunt, sacerd occupari tibi notum est; qui carceres et aegrotantes uisit afflictosque quoad possunt consolantur. Atque eorum nume in dies augetur, qui confessionis et Eucharistiae sacrame frequenter suscipiunt.

Docentur pueri doctrinam christianam, et habentur dieb dominicis et festis, tum nostro in templo, tum aliis in locis nostris conciones, ex quibus non modicus fructus percipitur.

Sed haec et his plura [1] tibi litteris alias significata sur Verum de bonarum literarum studiis pauca dicenda mihi u dentur. Nam domestica quidem studia prospere, diuina adi uante gratia, procedunt. Externi uero discipuli centum et tr ginta sunt, qui, scholarum nostrarum dediti institutis, aeque a bonos mores ut ad doctrinam informantur. Proximis bacch nalibus dialogum contra corruptos ea tempestate hominum mo res, et paucis ante diebus uersus aliquot et orationes habu runt coram Prolegato, praesentibus etiam aliis totius ciuitati primoribus, a quibus laudati pueri et nostrum tam uiuend quam docendi institutum summopere palam est comprobatum Mouentur his rebus ciues, qui [2] liberos suos nobis erudiendo tradant. Venerunt hinc ad te nuper duo bonae indolis adole scentes, qui Societatis nostrae uiuendi rationem sequi animo pro posuerant. Qui eos imitentur ex his adolescentibus nonnullo breui fore speramus. De Prolegati ac aliorum optimatum et to tius denique ciuitatis erga nos animo quid scribam non habeo quem beneuolum erga nos hactenus perspeximus. Nihil enim a nobis geritur, quod illorum uoluntatem offendere possit, quippe qui [3] omnibus satisfacere omniumque commodis pro parte no stra uirili, et quoad licet semper inseruire studeamus. Spes, quae de huius Collegii profectu animis hominum concipiuntur, magnae sunt. Si quid fiet, non praetermittemus ad te scribere.

Vale interim, nosque tuis orationibus commendatos habe.

Perusiae, quarto nonas Iunii, anno a Natiuitate Domini 1555

T. R. P. seruus,

IO[ANNES] ANTONIUS VIPERANUS.

---

[1] POLANCUS delevit verba *plura tibi,* et eorum loco scripsit *similia.*

[2] POLANCUS, *ut.*

[3] POLANCUS delevit verba *De Prolegati* usque ad *quippe qui,* et haec substituit *Totius ciuitatis animi erga nos beneuoli videntur; nec mirum, quippe cum...*

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.o P. M.o Ignatio a Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: 1555. Perusia. Quadrimestres, 2 Junii. Emen[datae].

Vestigium sigilli et cerae rubrae.

Alia manus, calami experimentum sumens, scripsit: Jesus, Jesus, Jesus.

CCCXCVIII

P. Petrus de Azevedo,
***Ex commissione* Patris Michaëlis de Torres,**
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 17 Junii 1555 [1].

IHS

Muy R.do P. nuestro en Christo.

Pax Christi etc.

Procuraré en breue dar cuenta á V. R. de lo que en este colegio pasa, ansí por no ympedir las graues ocupationes y de tanta ymportantia, quales pienso no faltar ay, como porque muchas de las cosas que se ofrecen, como ya repetidas y escritas más copiosamente en las pasadas quadrimestres, en breue se puede dar cuenta dellas.

Por la bondad de nuestro Señor (que siempre á este su pequeñito ganado fauorece) acude de cada dia á la confesion y sacra comunion mucha gente, parte de los que ya familiares pro-

[1] Autographae duplici folio, primo n. 550, altero vero non numerato.

curan nunca interrumpir el negotio de la confesion, parte de los que de nueuo concurren, los quales con feruoroso deseo y affecto particular (por no dezir demasiado) á bozes dizen aquí y no en otra parte auer de recebir este sancto beneficio de la confession; y aun algunas vezes amenazan no auerse de confessar si no son aquí admitidos: lo que á estos toca (porque los demás, que es mucho número, quánto aprouechan de cada dia es cosa de marauillar), muchos, espantados de la fealdad de sus culpas, e ympedidos no sé con qué sinistra vergüenza, auian estado por confessarse muchos años, pareciéndoles auer de tamanera passado la vida, que ya no les era posible tomar puerto. Estos, entrando en nuestro collegio, bueltos á sí, ven sosegada la tempestad, y huélganse de auer llegado á puerto, triunphando muy de ueras de los vicios: y así sucede que tanto con mayor instantia toman á pechos el camino del Señor, quanto más desconfiados estauan de venir á tal estado.

Ay vna cosa porque se deuen al Señor gratias infinitas, que se dize comunmente ninguno venir á este collegio, aunque no sea más que á oyr misa, que no buelua renouado el propósito de bien biuir, ó á lo ménos algun tanto mudados: finalmente, voluiendo, quedan prendados en el Señor. Y ansí ay muchos, á quien con difficultad se persuade que vengan á oyr misa ó doctrina, porque piensan que luego se han de confessar, lo qual parecen por entónzes temer. A los quales tambien espanta la voz con que luego son llamados Sanctos, Padres, Theatinos. Tanto procura el mundo se guarden sus leyes. Mas en fin vence la ley sancta de Jesús, y en breue menosprecian estas voces de hombres, que el demonio toma por compañeros para destruyr las almas, y viniendo acá, se huelgan de ser señalados, lo que ántes grandemente temían.

Lo que ay de las piadosas quexas de las mugeres desta cibdad, es cosa para escreuir, por no ser admittidas á la confession. Es entre ellas muy comun dezir: oxalá fuéramos hombres. Muchos, en esta cibdad, de qualidad conozen el beneficio que de la confesion se recibe; entre estos vno principalmente, no de los que menor lugar tienen en el cabildo de la cibdad, el qual, puniendo todo su studio hastaquí en fiestas de toros y otros juegos y spectáculos públicos, ahora por todas vias procura estoruar no se haga, lo qual si no puede alcançar, se absenta de

la cibdad, y por ningunas persuasiones ni ruegos se puede acabar con él que se halle presente.

Házense muchas restitutiones, pacificanse muchos; y lo que en estos días el Señor entre otras muchas cosas se ha dignado obrar por el P. Doctor [1] es la reconciliacion de dos casados, entre quien, por sospechas vehementes, estaua sembrada tanta discordia, que la muger se temia grandemente de la uida: finalmente los confesó á los dos é quedaron en paz en el Señor; y por concluyr esta parte de las confesiones, digo que la mies, que el Señor embia copiosa, desea mas obreros.

Resta dar breue relacion de los studios. El número de los oyentes siempre va creciendo; prosiguen sus studios puniendo grande trabajo, de que se saca no pequeño fruto por experientia de toda casi la cibdad conozido. Ayuda mucho al mayor aprouechamiento que todos parecen nacidos para que en ellos se siembre la piedad cristiana, amándose entre sí en el Señor, reuerenciando á los preceptores, escriuiendo lo que dictan con gran cuidado. Dan cierto documento de sólidad virtud y doctrina; cada dia se exercitan en dezir y componer; hanse hecho declamationes, y para el dia de San Juan se han de recitar otras, en el qual dia se representará vna comedia latina, *Acolastus,* quitados della, lo más cómodamente que ser pudo, algunos lugares, que pudieran offender á la piedad de los oyentes. En el griego se trabaja mucho, tanto que ay algunos que empiezan á componer en prosa y verso, y esto en.spacio de cinco ó seys meses. Hastaquí del suceso de los studios.

En estos dias passados siempre a auido exercitantes, algunos de los que oyen en casa; y aunque todos deseauan la Compañía, pareció ser expediente dilatárseles por ahora. Al P. Francisco [2] embiamos vn mancebo bien aprouechado en el latin.

Los Padres y Hermanos deste collegio están buenos de salud, al Señor sean gracias: dígnese que siempre lo estemos en el alma, y que abracemos la via sólida, que nos lleua á la verdad y vida. Todos se exercitan bien en sus officios, y pedimos ser ayudados en las oraciones de V. R. y de los Padres y Hermanos dese collegio, para que todos nuestros trabajos vayan

[1] P. Michaël de Torres, Baeticae Provincialis.
[2] P. Francisco de Borja.

enderezados [á] aquel Señor, á quien todo se deue, de quien el mismo tenga por bien nunca nos apartemos. Amen.

De Córdoua y de Junio 17, año 1555.

Esta se auia de embiar principio de Mayo; por descuido se ha dilatado, ó no sé si por no saber el tiempo [1].

De V. R. hijo indigno en el Señor.

Por comission del Padre Doctor,

† AZEUEDO †.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo Jesus el P. Mtro. Ignatio Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Cordoua. Quadrimestri di 17 di Giugno. - Et An. Q. S.

Manet vestigium sigilli et cerae rubrae.

Praecedentium Patris Petri de Azevedo litterarum latina versio [2].

†
IHS

Admodum R.de Pater noster in Christo.

Pax Christi etc.

Paucissimis elaborabimus eorum, quae hic geruntur, rationem reddere, tum ne graues ac serias occupationes, quas isthic non deesse arbitror, interpellemus, cum quod multa ex iis, quae denuo scribenda se offerunt, per quadrimestres alias repetita atque scripta fusius, obiter modo poterunt enarrari.

Jesu nostri benignitate, qui pusillo huic suo gregi nunquam fauere desistit, in dies ad confessionem et sacram communio-

[1] Haec post scriptam epistolam inserta videntur.
[2] Autographum in folio duplici, n. 549.

nem turba multa confluit, partim eorum, qui iam noti et familiares, id vnum student, ne vnquam intermissionis ab officio sanctissimae confessionis arguantur, partim denuo accurrentium, qui studio flagrantissimo, ac peculiari quodam animi affectu, ne dicam nimio, hic et non alibi accepturos se beneficium istud inclamant; interminantur nonnunquam, nisi votis ipsorum annuamus, futurum vt nullibi sint fassuri, nisi admittantur. Quod ad hos attinet (nam reliqui, quorum bona pars est, quantum quotidie promoueant, mirum est dictu), multi criminum deformitate deterriti, ac nescio quo sinistro pudore praepediti, multos iam annos obmutuerant, arbitrantes ita fregisse nauim, vt ad portum appellere neutiquam esset integrum. Hi, semel ingressi hoc nostrum collegium, sibi quodammodo redditi, omnino sedatam tempestatem vident, ac se portum placidissimum tenere gaudent, ac serio de vitiis, Christo duce, triumphant. Accidit enim vt tanto maiori conatu iter Domini capessant, quanto vehementius eo se nunquam perventuros putabant.

Jam illud est propter quod immortales Deo gratias agere debeamus, vulgo enim circumfertur neminem huc ad nos aduentare, saltem vt sacris faciundis intersit, qui non statim vel longe aliam vitam destinet, vel aliquantulum immutatus discedat. Demum, huc redeuntes, praeda fiunt Christo Jesu. Ita non parum sunt multi, quibus difficile persuadeas vt vel rei audiendae sacrae vel concionis gratia huc veniant; timent enim non parcius statim ad confessionem monendos, quam tunc reformidare videntur. Quibus etiam vox illa terrori est maximo, qua vel Sancti, vel Patres, vel Theatini nuncupantur. Tam suas leges mundus hic praestigiator, vt obseruentur, sedulo curat. Sed vincit Jesu lex sancta et immaculata, ac breui fit vt has hominum voces, quos sibi daemon assumit socios ad euertendas mentes, contemnant, et huc venientes, gaudeant iam digito monstrari, quod antea summopere verebantur.

Nec id est silentio praetereundum de huius vrbis mulierum piis querimoniis, quod non admittantur ad confessionem: estque inter ipsas vox haec perquam familiaris: o vtinam nos viros genuisset natura. Confessionis beneficium agnoscunt multi viri nobiles, sed praecipue vir quidam, qui inter huius vrbis magistratus non postremum locum tenet, qui cum et agitandis tau-

ris, aliisque exercendis ludis exhibendisque populo publicis spectaculis, totus esset hactenus intentus, nunc omnibus modis enititur ne id fiat intercedere; quod si assequi non liceat, vrbe cedit, neque precibus vllis aut persuasionibus vt spectaculis intersit ab eo impetrari potest.

Multa etiam, et retenta et male parta, ad suos redeunt. Inimicitiae deponuntur et inueterata odia.

Illud non omittendum, quod inter alia per Patrem Doctorem operatus est Dominus. Inter virum et vxorem graues inimicitiae erant: laborabat enim de vxore maritus non quidem leui suspicione, vnde sibi mulier mortem timebat: tandem eo res rediit vt vterque Patri Doctori confessus sit: ita cum bona gratia compositi ambo, vitam coepere in Domino placidissimam agere. Et vt parti huic confessionum finem imponamus, messis copiosa plures desiderat operarios.

Reliquum est vt de studiorum profectu breuiter [dicam]: accrescit in dies auditorum copia, nullisque laboribus parcunt in persequendis studiis, e quibus ingentem fructum reportari experimento discit vniuersa fere ciuitas. Juuat plurimum datque literis incrementum maximum, quod ad pietatem christianam omnes nati videantur; ita inter se mutuo amant, praeceptores reuerentur ac suspiciunt, quae recinunt dictata velut oracula excipientes; praebent certe specimen solidae virtutis ac doctrinae: quotidie se et dicendo et componendo exercent, quod publicae declamationes habitae documento sunt, ad quas etiam modo sese componunt in diem Beatiss. Joannis, quo etiam die per adolescentes agenda est ea comoedia latina, quam vocant *Acolastum,* detruncatis ex ea locis aliquibus, quam commodissime fieri potuit, qui pias aures offenderent. Graecae etiam literaturae strenua nauatur opera, adeo vt sint qui graece condant carmina quinque sexve mensium spatio. Hactenus de studiis.

Hisce diebus aliquot sese in spiritualibus domi exercuere, ex auditoribus nonnulli: et licet omnes omnibus votis admitti contenderent, re ita exigente, visum est in aliud differri tempus. Quemdam tamen adolescentem ad P. Franciscum misimus, qui latine probe doctus erat.

Patres et Fratres huius collegii bene valent, Christo gratias: velit hoc nobis proprium esse Deus vt animo semper valeamus, solidamque amplectamur viam, quae nos ad veritatem dirigat

et vitam. Suum quisque sedulo officium facit, elaboratque quantum potest, vt commissi pulchre queat rationem reddere.

Orationibus Patrum ac Fratrum isthic incolentium adiuuari poscimus, vt, cui nostra omnia accepta referri necesse est, in eum vniuersi nostri labores tendant, tanquam in certissimum scopum, a quo vtinam nunquam cuique nostrum contingat aberrare.

Cordubae, 15 Kalendas Julii anno D[omini] M. D. L. V.

Haec mittenda erat principio mensis Maii: incuria dilata est in hunc diem, nescio magis an ignoratione temporis.

Ex commissione P. D[octoris].

Filius indignus in Domino,

† AZEUEDO. †

Superscriptio in quarta pagina: J†HS. Admodum R.do P. nostro in Cristo Jesu P. M.o Ignatio Praeposito Generali Societatis Jesu etc. Romae.

Alia manu: 1555. Corduba. Quadrimestres. 17 Junii. Q. V.

Vestigium cerae rubrae sigilli.

CCCXCIX

P. Gundisalvus Sylveira
Patri Francisco de Borja,
Ulyssipone 28 Junii 1555

† Jhus

La gratia y paz de Christo nuestro Señor sea siempre en [1] nosotros. Amen.

Intellexisti crediderim abunde, Pater amantissime, ex iis, quas ad te circiter decimum septimum kalendas Maias misimus literas, quae Deus Opt. Max. ministerio eorum, qui sunt in hac vrbe, nostrae Societatis, dignatus est operari; eadem autem et quae Christi doctrinam, priuata colloquia, et quae ad conciones publicas attinent, quo ordine relata tunc fuerunt, immutata prorsus ad nonas vsque Junias permansere; quo die Pater Gonzalez simul cum Patre Auila Cordubam et Granatam, vbi in praesentiarum agunt, decessere: exinde qui superfuimus quinque patres, cum aliis quinque fratribus, messem ab eis incoeptam colligi, quantum diuina gratia concedit, metimus. Vnde praeleguntur articuli fidei singulis diebus dominicis in vestibulo domus nostrae, ad quorum lectionem adeo magna hominum vis confluit, ut vix, posito juxta fores suggesto, vox concionatoris (alioquin alta et clara) ab omnibus audiri possit.

Est nobis e regione coenobium quoddam monialium ordinis Beati Dominici, probatae quidem sanctitatis inter omnes Hispalenses: earum confessarius cum audisset die quadam, ex cella sibi in coenobio destinata, praefatam articulorum lectionem, ita motus fuit, ut Priorem, quem ipsi vocant, adierit, cum quo saltem hoc egit, ut diebus aliquibus in monialium templo lectio haberetur.

Edocentur etiam ii, qui in carcere detinentur, doctrinam Christi, non cum parua omnium acceptione: adsumus item consolaturi eos, qui damnantur ad mortem, vbi aliquando ex

[1] Autographae, duplici in folio, primo n. 527, altero non numerato; in eis tantum subscriptio, a verbis *P. V.*, est manu ipsius Patris Xuarez.

ipsomet loco supplicii conciones habentur: earum fructus soli Deo sunt manifesti: vnus tamen multorum, quos ego esse existimo, mihi innotuit. Intererat aliquando vir, qui ob inflictum sibi ab aduersario (propter alapam) vulnus, extremae [unctionis] oleo sancto perunctus fuerat, qui etiam non multis ante diebus mortem illi moliebatur: is igitur Patrem de homicidio disserentem audiens, tantopere compunctus fuit, ut propria sponte die dominica proxime sequenti domi ipsum alloquens et complectens, reconciliatus omnino illi fuerit. Seruis etiam [illegible] (quantum eorum fert captus) pietatis dogmata exponuntur, unde et collegimus fructum non modicum, mercatorem scilicet, qui, audito semel patre, statim, ut ipsi peccata confiteretur, domum aduenit.

Restat ut de P. Magistro Baptista et P. Paulo dicamus: i[illegible] enim octauo quoque die in variis hujus vrbis templis, eo ap[illegible]plausu quo semper solent, concionantur: quantus autem e[illegible] quam varius sit fructus, facile est colligere ex confessionibu[s] multorum annorum, ex multa frequentia in visendis xenodochiis, ex ministerio ibi a multis exhibito infirmis; duo, quorum unus eques, alter mercator erat, quem habebant nimium ornatum vendidere, imo et ipsos parietes tapetibus expoliarunt, u[illegible] necessaria pauperibus erogare possent. Fuerunt et virgines quae, relicto hujus mundi vano et caduco apparatu, solitudinem et poenitentiam elegerunt: instituta etiam fuit inter viros fraternitas charitatis, ita enim appellatur, qua pauperibus iam recuperantibus sanitatem pristinam necessaria pararentur; nec soli[illegible] his, verum omnibus misere egentibus: conuenit itidem inter adolescentes ea, quae prius in ludis, conuiuiis et aliis multis (qua[illegible] solet aetas illa habere) prodige consumebant, in vsus pauperum conuertere: mirum etiam quantum sibi caueant homines vrbi[s] hujus a perjuriis et jusjurandis *(sic)*.

Duo autem supersunt, quae tibi maxime recensere gaudeo[illegible] primum, quod is, qui ab Archiepiscopo Hispalensi vicem gubernandi archiepiscopatum et munus ad persequendos fidei hostes accepit (vir quidem et eruditione et prudentia clarus, nobisque a principio maxime addictus), ut mercedem suorum laborum susciperet, spiritualibus se exercuit aliquot diebus exercitamentis: quantum autem in iis profecerit, vel ipse quem e[illegible] se diffudit odor testatur; adeo etiam imperare aliis exosum [illegible]

stum sibi est, ut prouinciam rejecerit, Caesaraugustam
profecturus, ubi, explicatus negotiis, solo judicio proprii
i, et eorum quae sunt fidei, vacare possit. Speramus fore
is et aliorum adjutus orationibus, in dies magis ac magis
ciat.
ecundum illud est, quod Doctor Cebadilla, cui cura invi-
i Archiepiscopatum demandata est, qui et dignitatem
imam canonicis in templo maximo hujus urbis obtinet,
dem a Domino quam is, de quo dudum dicebam, conse-
us est misericordiam.
quites, duriori hactenus et elatiori ceruice quam par esset,
videntur jugo suauissimo velle colla submittere; id depre-
imus et quod saepius concionibus intersint et confiteantur
rius. Libet de vno dicere, qui, in aegritudinem prolapsus,
confessus fuisset P. Magistro Baptistae et diuina gratia ab
m confortatus, caeteros equites et verbis et exemplo (quod
e ab ejus erat instituto) ad pietatem hortatur.
ocamur saepissime iis maxime diebus ad infirmos, aliis ut
ata audiamus, aliis ut monita salutis praebeamus. Illi soli
ia, qui omnia in omnibus operatur; faxitque ipsius Majestas
uinum beneplacitum perpetuo et intelligamus et quam dili-
tissime exequamur.
yspali, decimo nono kalendas Septembris, anno Domini
5[1].
. V. indignissimus in Christo filius,

JOANNES XUAREZ.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Christo
el P.e M.o Ignatio de Loyola, Prepósito general de la
p.a de Jesus, en Roma.
Alia manu: 1555, Hispali. Quadrimestres 14 Augusti.

[1] Quinquagesimo quinto.

CDVII

Raphaël Riera
Patri Ignatio de Loyola.
Laureto, 28 Augusti 1555 [1].

JHS. MARIA

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi, etc.

Monet nos iam exactum tempus, immo compellit sancta obedientia, R.de in Christo Pater, vt de his, quae diuina bonitas per nos operari dignata est secundo hoc quadrimestri, ad Reuerentiam tuam scribamus.

Ab vltimis igitur literis tantus tamque continuus adfuit nobis diuinae gratiae influxus, vt in omnibus rebus nostris dexteram Domini et felicissima pientissimae Matris auspicia agnouerimus. Non solum enim res publicae, sed etiam priuatae, sunt summa felicitate transactae; et quia omnia exponere operis esset propemodum infiniti, ex multis pauca, nostro instituto magis opportuna, decerpemus, quo sanctissimis R. T. votis et nostro muneri satisfaciamus.

Confluunt ad hanc almam domum non solum ex Italia, sed etiam ex vniuerso orbe christiano, peregrinorum cateruae et populorum multitudines, quas obuiis vlnis excipere, quibus in audiendis confessionibus satisfacere nostri est instituti: ipsi vero ad nos tanta confluunt deuotione et libertate, quanta tenelli infantes ad parentum amplexus.

Dignatur autem Dominus tam piis votis pro nobis abundantissime satisfacere; non solum enim molestissimas peccatorum sarcinas summa cum exultatione deponunt, sed etiam defaeca-

[1] Autographae duplici in folio, nn. olim 108 et 109, nunc 111 et 112.

e conscientiae gaudiis propemodum inexplicabilibus per-
auntur inter vulnera pientissimi Jesu et vbera gloriosissimae
ei Genitricis, ad cuius felicissima praesidia summa deuotione
nfugerant, accipiuntque a nostris melioris vitae monita salu-
ia. Singulis vero diebus dominicis et festis ex vicinis ciuitati-
s et oppidis veniunt multi ad nos, non solum peregrinationis
atia, sed etiam vt generales confessiones faciant, vt in poste-
m puriori conscientia et certa bene viuendi ratione Deo de-
uiant; quo etiam fit vt non pauci viri et mulieres, praesertim
gines, relictis seculi blandimentis, Deo se deuoueant, et tan-
m, superatis difficultatibus, consecrent.

Multi etiam, antequam a nobis recedant, asperrimis poeni-
ntiis et Deum placant et nefandissima crimina diluunt. Est
im haec alma domus sentina et receptaculum nefariorum sce-
um totius christianitatis; non quod in ea talia committantur,
t diu non abluta permaneant; sed vt in illius domo mundi sce-
a abluantur, per quam sibi reconciliauit prolapsum genus
manum. Non igitur dedignantur etiam nobilissimi quique pri-
tis et publicis disciplinis corpus suum atterere, et omnem hu-
anum ruborem deponere, quo optatam grauissimorum pec-
torum veniam valeant adipisci, quam et consequuntur tanta
rdium exultatione, vt post egregias victorias de carne, mun-
o et diabolo habitas, veniant ad nos cum lachrimis gratias
ummas agentes, quod tam salutaribus mediis illis salutem, lae-
itiam, gratiam et gloriam pepererimus; constituantque tali die
ingulis annis in memoriam tanti beneficii sacram communio-
em recipere, et diuinis officiis Deo laudis et gratiarum actio-
is hostias immolare.

Paces etiam inter discordes sunt factae, tam in priuatis ex-
ortationibus quam in confessionibus, non sine magna affluen-
ia diuinae gratiae, quae et nobis confitentium et partium aduer-
arum corda ita permouit, vt post pauca verba ruerint in oscula
t dulcissimas lachrymas inter suaues amplexus, ita vt etiam
dstantes permouerint ad vberes lachrymas scintillae illae di-
inae charitatis, promanantes ex actibus tantae pietatis. Quod
i alter ex discordibus inueniri non possit, damus operam vt
ui nobis confitetur suo loco et tempore congerat carbones in-
ensos in caput inimici. Solet autem Dominus vberrimos fructus
x hoc perfectae pietatis officio frequenter colligere; et vt vnum

ex multis proponamus, erat vir quidam admodum factiosus, qui graues inimicitias exercebat, multorumque sanguinem quotidie sitiebat, quumque is ab vno ex nostris Patribus vt tantam impietatem deponeret impelleretur, numquam piis monitis voluit acquiescere; tunc Pater ille addidit: "nisi hoc feceris, breui diuinam vltionem experieris„: quam comminationem ille contempsit et obstinatiori animo in peccato perseuerauit. Sed Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui vult omnes homines saluos fieri, vt illum educeret de tenebris et vmbra mortis, ardentissima febri hominem visitauit, ita vt inter incendia mortem etiam extimesceret. Ad saniorem igitur mentem reuersus, manum Domini agnouit, et, verborum Patris memor, illum magna deuotione acciuit, et cum abundanti copia lachrymarum peccata sua est confessus, omnemque odiorum cumulum abiecit: quae res et illi ipsi et aliis multis perfectam laetitiam comparauit.

Solent Patres ac fratres huiusmodi exhortationibus et infirmorum visitationibus Deo et proximis fideliter deseruire, tribuissentque continuo hanc operam degentibus in hospitali, nisi publicae ac priuatae occupationes obstitissent. Ea tamen cura demandata est quatuor sacerdotibus lauretanis, qui, quamuis concionibus et adhortationibus non ea omnia praestent, quae nostri praestare solebant, ita tamen se gerunt, vt commisso muneri satisfacere videantur.

In templo Beatissimae Virginis habitae sunt conciones quotquot haberi placuit Domino Gubernatori [1]: in media etiam platea et in porticu palatii concionati sunt fratres contra histriones et impostores, necnon contra saltantium mulierum cateruas. Solet enim daemon in magnis populorum concursibus psaltatrices mulieres ad choreas ita inflammare, vt in tripudiis, cantibus et cytharis noctes insomnes traducant; soletque talis abusus multorum scandalorum materiam subministrare, quibus, quantum in nobis est, obviare numquam desinimus.

Literarum studia, tum librorum penuria, tum tumultibus ex morte duorum Pontificum [2] concitatis, tum denique mutatione totius fere Collegii Recanatum [3] propter aëris intemperiem fa-

[1] Gaspar de Doctis. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 46, annot. 1.
[2] Julii III et Marcelli II.
[3] Recanati, prope Adriaticum mare.

cta, ita fuerunt perturbata, vt paucissimis (nostris exceptis) esse potuerint opportuna. Nostri tamen non minus profecerunt quam si omnia illis fuissent accommodatissima.

De morum autem integritate, vitae sanctimonia et virtutum profectu, quid potissimum scribam? Videbit (vt spero) R. P. T. candidas et multis virtutum ornamentis decoratas animas ac enutritas lacte pientissimae Matris, ad cuius beatissimos pedes hauserunt liquores diuinae gratiae. Jamvero Patres nostri Recanati vberrimam messem inuenerunt, quam tamen propter operariorum penuriam in horrea Domini inferre omnino non potuerunt. Neque enim decuit Lauretanam domum sacerdotibus (quibus magnopere eget) omnino spoliare, neque Recanatensium piis votis non satisfacere. Vtrique igitur parti aliquo saltem modo est satisfactum. Nam duo aut tres ex Patribus Loreti ad consolationem peregrinorum remanserunt, alii vero cum P. Rectore [1] Recanatensium commodis, summa cum aedificatione, deseruierunt. Nam singulis diebus dominicis et festis, in loco publicae concioni designato, sunt habitae conciones cum magno applausu et mediocri concursu populi: doctrinam quoque christianam vnus ex nostris Patribus est professus singulis fere diebus, perseuerassetque in eo exercitio, nisi grauioris momenti occupationes obstitissent, prout contigit superiori hebdomada, in qua, post iubilaei publicationem, tantus fuit confitentium numerus, vt mediae parti satisfacere non potuerimus; omnes enim nobis voluissent confiteri, propter aestimationem, quam de nobis conceperunt. Paces illic quoque nonnullae factae sunt, et quinque concubinarii Christo sunt lucrifacti. Receperunt etiam consuetudinem frequenter communicandi, semel saltem singulis mensibus, contra nonnullorum fratrum inanes, ne dicam impios, latratus.

Frequenter etiam ad infirmorum domos accersimur, frequentius ad diuersa templa inuitamur, vt multorum confessiones audiamus: omnibus interim satisfacere non valemus.

Fratres quoque nostri in coenobiis et aliis templis, quinimo in mediis plateis, frequenter concionantur, ita vt aliquando vno die quinque aut sex habitae sint conciones, non sine magno fructu et huius populi aedificatione. Duo quoque ex nostris Pa-

[1] P. Oliverio Manarco

tribus Cingulum [1] (quod oppidum est Marchiae, decimo sexto distans a nobis milliari) sunt profecti, vbi per nouem continuos dies concionibus, adhortationibus et confessionibus totum illum populum et adiacentes villas ad Dei cultum excitarunt.

In reditu vero, per oppidum nomine Monticulum [2] iter habuerunt: detenti vero ab amicis Societatis, iubilaeum publicarunt et aliis publicis concionibus et priuatis adhortationibus ad confessionem et bene uiuendi rationem induxerunt.

Tredecim igitur aut quatuordecim dierum spatio tantam habuerunt sanctarum occupationun multitudinem, vt vix quicquam temporis illis superesset, quod corporis necessitatibus possent impartiri.

Crescit igitur in dies, R.de in Christo P., per nos indignos filios tuos cultus pietatis, augetur gloria diuinae maiestatis in membris suis, dilataturque nomen Societatis ad maiorem gloriam et laudem nostri Creatoris, cui nos deuouimus, cuius viua membra esse cupimus. Et quia tantam gratiam a Deo Opt. Max. nos facile impetraturos confidimus orationibus R. P. T., humili affectu exposcimus vt totum hoc collegium frequentissime offerat Deo R. T. P., vt tandem aliquando, omni tepore depulso, ardentissimis animis Deo gratissimum seruitutis obsequium persoluamus. Vale.

Ex alma domo Lauretana, 5 calend. Septembris 1555.

R. P. T, indignissimus filius ac seruus in Domino,

RAPHAËL RIBRA.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. MARIA. Al molto Rdo. in Giesu Xpo. P. il P. M.o Ignatio de Loyola, Preposito generaldella Compagnia di Giesus.

In Roma.

Alia manu: 1555. De Loreto. Quadri. Sept.

---

[1] Cingoli vel Cingolo.
[2] Montechio.

CDVIII

Nicolaus Lanoyus
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 28 Augusti 1555 [1].

Jesus

Cum praesens huius anni secundus quadrimestris ad termi-
n suum fere decurrerit, ratio mei officii postulat ut uelut
ssis iam praeteritae collectos manipulos ex agro Germanico
tuae transmittam. Sed utinam non ego solus in his prouin-
, sed plures e pluribus locis istas primitias frugum spiritua-
n conueherent in horrea tuae Paternitatis. Utinam, inquam,
rimi cernerentur messores in vastissimis ac desertissimis
ce regionibus, qui longe lateque nunc propagata, et quotidie
gius latiusque serpentia haeresum zizania stirpitus eradi-
ent, et pro inutilibus noxiisque herbis, bonum purumque
en catholicae doctrinae consererent. Si plures, quorum mu-
s in primis est pascere potius quam pasci, imitarentur exem-
m Christianissimi Regis Romanorum [2], singularis patroni
stri, speraremus breui futurum ut longe plurimi sese accin-
ent ad operandum nobiscum in hac tam misere deuastata
ea Domini Sabaoth.

Studiosa enim iuuentus germanica, quae saltem plane cor-
ta non est haereticis opinionibus, simul atque videret nostri
inis homines a principibus viris passim in pretio haberi, et
studiis melioribus liberaliter confoueri, hinc procul dubio de
tituto nostro et omnino de orthodoxa fide syncerius melius-

Autographae in quadruplici folio, nn. 268-270; verum in iis sola subscriptio, a ver-
T. R. P., sunt manu Patris Lanoyi.
Ferdinandi I.

que sentiret, ac deinde paulatim diuino seruitio sese manci p
ret, a quo nunc, qui etiam incorrupti videntur, satis sunt alie

Sed cum istis querelis minime sit iam locus, ad institu
nostrum ocyus propero, dicturus compendio: primum quid
de statu ac progressu scholarum nostrarum, et praeterea
piis exercitiis Patrum ac fratrum nostrorum, quibus aedifi
tionem et salutem populi huius promeruerunt per horum q
tuor mensium spatium.

Accessio sextae classis, nuper iussu R.di Patris Visitator[1]
erectae, hoc est, classis paruulorum, qui in cognitionem alp
beti, et omnino in ratione legendi ac scribendi instituuntur,
parum auxit numerum scholarium nostrorum, tametsi illor
iam fere triginta caeteris admixti essent, quos, importunis p
cibus uicti parentum ipsorum, passi eramus, cum suis uel f
tribus uel paedagogis quotidie in nostris scholis residere,
tamen lege, ut de iis erudiendis nullam susciperemus pro
ciam. In tenui labor est, at non tenuis gloria, ut ait Maro[2]
duobus tribusue hic subeundus est labor, et quidem utcum
durus, quem tamen facile mitigat spes, imo iam certa experi
tia, spiritualis vtilitatis. Primum testulae istae recentes, q
uel in hypocaustis desides torperent, aut per compita no
uagarentur, aut (ut donemus praeclarius cum illis agi pos
alibi lente ac minus foeliciter haec eadem rudimenta discere
nunc totum pene diem apud nos exigunt lectiunculis suis
uantes opellam. Hisce rationibus ducti parentes pia quad
importunitate nobis illos obtruserunt. Quin etiam, praeter
ctrinae, quam sic hauriunt, utilitatem, et praeter commoda
aliis communia, quotidianae missae intersunt officio, ut a te
ris unguiculis iugum Domini leue portare consuescant.

Horum exemplo ac foelicitate stimulati 5 aut 6 viri hisp
uolentes detrimenta ociositatis aulicae deuitare, quodamn
repuerascere non erubuerunt, et a nobis contenderunt
illos institui. Postea uero, cum horum numerus excre
ad XII, et adhuc plures venturos promitterent, postulat
cum alium, ab istis pueris segregatum, vna cum Magistr
linguae concessimus, ut possent commodius legendi ac scr

---

1 P. Hieronymi Natalis.
2 *Georgicorum*, lib. IV, v. 6.

studio insistere. Legibus praescriptis omnes sese submiserunt, quibus praecipitur sub poena constituta ne in scholis omnino iurent, neue illuc inferant scurrilia seu inhonesta scripta; et in summa, ne uerbo uel facto praeter honestatem quicquam agant. Utuntur autem praeceptore fratre nostro Philippo [1], ad id muneris ualde apposito. In confitendo et sacrum audiendo communem in omnibus sequuntur regulam.

Magnum sane applausum et fauorem populi videtur conciliare nostris scholis recitatio doctrinae christianae, quam ii puelli, qui sunt ex inferioribus locis scholae nostrae, exercent germanice in templo nostro mox finita concione germanica. Quis autem profectus omnium, qui partim ex confessionibus menstruis, partim ex ordinariis quibusdam lectionibus sacrarum rerum proueniat, facile potest coniicere qui ipsorum praeceptorum in docendo attendit diligentiam et puerorum in discendo studiosam alacritatem. Fidem huius rei haud obscuram faciunt tres adolescentes, qui ex honestis parentibus nati, cum sublimiorem locum in suprema classe scholae nostrae adepti essent, Societati nostrae se deuouerunt, et in festo Deiparae, Assumptionis Virginis, Pragam uersus D. Canisium [2] secuti sunt, ut ubi *(sic)* fratres ex Urbe Roma uenturos excipiant, et pariter cum illis (si obedientia permiserit) in nouo illo Collegio sedes obtineant. Et quemadmodum haec nostra schola crescit fama et bona opinione, ita facile colligitur et numero scholasticorum in dies maiorem fieri, quorum multitudo iam 300 et 8, fratribus nostris iunioribus exceptis, complectitur.

Nunc uero quaedam ad alteram partem huius epistolae pertinentia breuiter expediam. Maior solito populi frequentia nunc audit in nostra ecclesia D. Doctoris Goudani [3] ordinarias conciones, quod nobis clarum est signum eas optato fine minime frustrari, tametsi certum sit illuc uenire quosdam solo calumniandi studio, uti iam aliquoties docuit quorumdam haereticorum impatiens furor eo in loco ueritati palam obmurmurantium.

Verum uniuersa, praeter caetera praeclara testimonia, la-

---

[1] Hujus cognomen nondum reperire valuimus. Cf Braunsberger, *Canisii epistulae et acta*, t. I, pag. 415.
[2] P. Petrum Canisium.
[3] P. Doctoris Nicolai Goudani.

chrymae plurium oculis erumpentes, gemitus et alta suspiria, fidem iam dictae rei satis comprobant.

D. Martinus Steuordiensis [1] et Joannes Dirsius, dignitate sacerdotali hac aestate insigniti, hoc in officio concionandi uersantur: hos sequentur mox et alii fratres, quos frequens exercitatio intra priuatos parietes reddit ad hoc munus publice subeundum magis ac magis idoneos. Parem his nostris in hoc sancto officio ciuitas haec habet neminem, siue dicendi gratiam, siue efficaciam sermonis, siue ubertatem rerum spectemus.

Hinc ergo frequentior usus et confessionis et sacrae communionis resultat in populo, multum ad hoc prouocante exemplo fratrum nostrorum, quos tam crebro tantaque reuerentia populus uidet sanctissimum hoc Sacramentum percipere. Et si uerum licet fateri, equidem nescio si uel alicubi in his regionibus reuerenter suscipitur, ubi nulla syncera et integra peccatorum confessio (ut metuendum est) uidetur animos fidelium ad id sanctum opus rite praeparare. Omnes enim passim se probe confessos arbitrantur, et absolutionis beneficio dignos, si dixerint perfunctorie dumtaxat se mille modis diuina praecepta esse transgressos uel aliquid huiusmodi. Et ut coecus coeco ducatum praestet, et ambo in foueam cadant, inueniunt ipsi sacrificos, qui sic confitentibus manum dicto citius imponant. Imo uix alios est inuenire, qui prudenter examinando, ruditatem compensent ac suppleant confitentium.

Et, quod ad confitentes attinet, nonnulli adeo mordicus retinent istam generalem confitendi rationem, ut aliam et catholicam ab ipsis extorquere nullatenus possis, ut proximis diebus in templo nostro compertum est accidisse in quodam viro, quem confessor ipse nec minis, nec precario, inducere potuit ut uel unam speciem peccati exprimeret, tametsi fortasse haud paucis esset oneratus. Verumtamen fere omnes monitis acquiescunt sacerdotum nostrorum, et se integre examinare patiuntur, magnamque hinc accipiunt consolationem in spiritu, quod hac ratione a multis vitiis, quae confitendi inueterata ista consuetudo retinuerat occulta uel ignorata, se liberari intelligant.

[1] Martinus Gewarts, Stevordiensis seu Stevordianus «a vico Stevoort, dioecesis Leodiensis, ex quo ortus est». BRAUNSBERGER, l. c., pag. 367. Vide etiam supra, t. 1, pag. [illegible]

liquet quantum labor nostrorum conferat ita perni-
tibus, dum tam in concionibus, quam in confessioni-
alutis fideliter ostendunt iamdiu non intellectam.
eniam Paternitas tua uerbositati meae, si paucula
bdidero. Anno XXIX cum ingrueret ad obsidendam
tem maximus ac formidandus ille Turcicus exerci-
latum est destrui Monasterium Franciscanorum de
a, quod non procul a ciuitate situm erat, ex quo fra-
t quicquam exportare et saluare rerum suarum po-
nturbata erant omnia ob terrorem hostis iam vi-
actum est ut ipsi milites viennenses fere illud totum
, alioqui optima supellectile instructissimum. Ex
mulier a milite quodam uaria templi ornamenta
e licet dubitaret an tuta conscientia posset illa re-
usus prophanos conuertere, non tamen ad restitu-
s conscientiae scrupulus aut ulla confessio eam pro-
c his diebus ab uno sacerdotum nostrorum edocta
ullum ius in eam suppellectilem, siue donatione,
one, acceptam, obtinuisset unquam: laeta igitur
de cognita melius ueritate, quicquid huiuscemodi
se adhuc extabat fideliter Patribus eiusdem mona-
nc in ciuitate commorantur), apportauit, uti nu-
s R.dus P. Guardianus, personaliter huc ueniens, no-
uit, de poenitentia mulieris quam de recuperata
multo laetior.

dam, uiuente quidem marito honesta matrona, eo
cto cum quodam praediuite viro aliquot annis tur-
laec, cum longius ille peregre esset profectus, nacta
rem quam antea opportunitatem, animum adiecit
ostrorum sacerdotum vulnera animae suae rete-
tare consilium remediumque opportunum postu-
gitur, cum magna turpitudinis suae confusione,
actam prorsus in confessione detestata, sacram
m in confirmationem sui propositi feruide susce-
a cuidam honesto viro (qui eam in coniugem po-
psius moechi consortio se omnino separauit.

tatis studio de plurimis taceo, quos colloquia fami-
um et confessionis remedia, tam erroribus circa
alterius generis vitiis liberarunt.

Caeterum ad maiorem Dei gloriam silere non possum prae-clarum illud publicum testimonium, quod domini hispani cum suis familiis (qui in his aulis regiis permulti sunt) Collegio nostro Viennensi perhibere solent. Omnes enim uno ore contestantur hanc ciuitatem beneficio dicti Collegii longe quam antea nunc aliam habere faciem, et quae ante illius aduentum mole haeresum depressa ad ruinam tota videbatur propendere, videri posse nunc erectam. Eam quoque laudem probi ciues et matronae viennenses eidem tribuunt, quarum etiam permultae his diebus sua nomina adscribi curarunt Societati Sancti Rosarii Beatae Virginis, deuotione hispanica apud fratres Praedicatores resuscitatae (celeberrima enim aliquando in hac ciuitate haec fuit), et per concionatorem nostri templi ex suggesto bis declaratae et commendatae.

Porro sicut ad conciones nostrae Ecclesiae numerosior turba iam confluit, ita Missae omnes, etiam quae operosis diebus ordine suo ab hora quinta ad usque nonam quotidie frequentantur, multos et plures quam antehac habent deuotos auditores. Festis tamen diebus, praecipue in summo sacro, ualde copiosa iam adest tum hispanorum tum germanorum multitudo.

In summa, ut plurimi aduersarii religionis hic sunt, qui nos hostiliter suis sycophantiis passim lacerent, sunt interim plerique, nec ii infimae notae homines, qui propter nomen et amorem Jesu nos maximo prosequuntur honore, et huc a Deo missos libere pronunciant. De quorum numero est in primis religiosissima optimaque Regina Bohemiae [1], quae etiam nostrum hoc Collegium, adeoque totam nostri ordinis Societatem, maxima tum veneratione tum benignitate complectitur. Quod uel hinc facile licet deprehendere quod ad nos toties mittat suos sacellanos aut secretarios, qui eius nomine de egestate domus nostrae uel templi diligenter perquirant. Et cum nullum subsidium ab ipsa suscipere ad maiorem Dei gloriam uoluerimus unquam, non cessat tamen identidem nostrum templum preciosis ornamentis decorare, cuius exemplum tum matronae piae huius ciuitatis, tum etiam nobiles foeminae ex aula pro suo modulo imitantur, ita ut ex hac ceu pia quadam aemulatione nos suis donariis pene obruant.

---

[1] Maria, Caroli V filia, Maximiliani II uxor.

De insigni illa et plane heroica pietate, quam erga nos opere : ueritate Sereniss. Rex Romanorum declarat, nihil attinet .m dicere, quum ea iam ipsi orbi innotuerit, nedum tuae Paɪnitati, cui ipse iam saepius literis suis uarie pandit suum aternum in nos amorem et quam de tota Societate concepit ptimam opinionem, id quod et nuperrime iterum demonstrauit uando fratres a tua Paternitate enixe postulauit, ut in nouo ollegio apud Pragam, vrbem celeberrimam, et totius regni ohemiae Metropolim, fixam haberent mansionem, ubi nunc eos raestolatur, sedesque praeparat D. Canisius subsidio fretus iusdem pientissimi Regis ac Ferdinandi, iunioris Archiducis .ustriae [1], paternae virtutis strenui aemulatoris, quorum piis onatibus minime illic desunt inclyti quidam catholicae religiois zelatores, qui tanquam luminaria praefulgida in tenebris uaarum haereseon inque medio nationis prauae ac peruersae colicent [2].

Haec sunt, R.de Pater, de quibus in praesentiarum perscriere visum est. Paternitatem tuam ex intimis animi medullis osecramus, ut interuentu Sacrificiorum et orationum suarum uinae misericordiae nos commendet, quo ministerium norum, cuius perficiendi causa in hanc regionem nos amanda.t, fideliter utiliterque exequamur ad laudem et gloriam Doini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in saecula. Amen.

Viennae Austriae, v calend. Septembris, anno Domini .DLV.

T. R. P. seruus ac filius in Christo Domino nostro,

NICOLAUS LANOYUS.

In octava pagina superscriptionis loco haec leguntur:
IS. Lrae. Collegii Viennen.

Alia manu: Vien. Quadr. V. Sept. 1555.

Et alia manu haec semideleta haud facile leguntur: A mi nado in Jo. Fran.co de Soto, Capellan de su alt.a , dolens [3].

---

[1] Ferdinandus II, Ferdinandi I, Romanorum Regis, filii.
[2] Cf. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 49, annot. 5.
[3] Est et aliud verbum, sed ita raptim et imperfecte exaratum ut legi non possit.

CDIX

P. Petrus Navarro,
Ex commissione Patris Basilii (seu Alphonsi) Avila,
Patri Ignatio de Loyola.
Granata, 29 Augusti 1555 [1].

IHS

Reuerende admodum in Christo Pater.

Summa Jesu Christi seruatoris nostri gratia et pax sit semper in diesque crescat in cordibus nostris. Amen.

Tam ingens gaudium attulit Patris nostri Prouincialis [2] simul et Patris Basilii, alias Auilae [3], in hanc ciuitatem adventus D.no Archiepiscopo [4], et ecclesiae matricis Dominis et Basilicae Regiae, et Tendillae Comitibus [5] atque militibus auratis [6], caeterisque aliis, vt ex eo facile perspiciatur, quam sit accommodata haec ciuitas, vt in ea Societas totos intendat neruos circa ea, in quibus uniuersos iuuare nititur in his, quae ad Dei optimi maximi cultum honoremque expectant. At, huius laetitiae summae nobis indicium fuere frequentes ad P. Prouincialem inuisiones Domini nempe Inquisitoris Corduuensis [7], qui tunc forte Granatae aderat, huius Inquisitionis inuisendae gra-

---

1 Autographae duplici folio, nn. 568 et 569.
2 P. Michaëlis de Torres.
3 P. Alphonsi Avila.
4 Petro Guerrero.
5 Comites de Tendilla tunc temporis erant Ignigus Lopez de Mendoza, etiam Marchio de Mondejar, et Maria de Mendoza. Vide POLANCI *Chron.*, t. IV, pag. 588, annot. 1.
6 De his militibus, seu potius, ut paulo inferius dicitur, equitibus auratis, vel equitibus aurati calcaris, vide VILAR, *Diccionario histórico, genealógico y heráldico de las familias ilustres de la Monarquia Española*, t. I, pags. 54, 55: etiam MORERI, *Dict.*, verbum *espuela*.
7 Licentiati Villar. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 492.

, et Praefecti sacrificorum Regium *(sic)*, et Rectoris Uniuer-
atis, et Prioris Ecclesiae primae, et sacrificorum Basilicae
giae, et equitum auratorum, et collegarum omnium Colle-
rum. Quibus quidem inuisionibus, an ipsi maiorem consola-
nem perceperint, an Pater maiori fuerit confusione affectus,
) sane prorsus ignoro. Caeterum est quod nos non mediocri-
consoletur, gratiarum nempe Deo actio, quas eidem age-
it, quod huc Societatem adduxisset in utilitatem non vulga-
n, quam ex ea percipere putant.
Ex his itaque et id genus aliis, quae hic Pater vidit, ausus
affirmare se nusquam vidisse locorum quempiam, quos ipse
trarat, ubi vno omnium ore tam bene de Societate et de
ercitiis sentitum sit, quam in hac ciuitate, vtpote qui eru-
ione, dignitate, nobilitate, aliis praestant, tantum abest a
cietate dissentiant, vt secum agere non vereantur quonam
i pacto eadem exercere valeant. Memoratu quidem dignum
, quod a quodam uiro, literis et virtutum ornamentis prae-
uo, accepimus. Cum enim P. Prouincialis ageret cum illo,
moque de exercitiis incidisset, hanc in medium comparatio-
n attulit, dicens quod, quemadmodum Apostoli in illa pri-
eua ecclesia documenta quaedam habebant, quibus homines
Dei cultum allicerent, ita eumdem tradidisse exercitia So-
tati, quibus homines inducantur ad saluandos seipsos.
Ad primam concionem, quam P. Basilius publice habuit,
gna peritorum hominum et collegarum atque sacrificorum
gium *(sic)* copia aduentauit. Interfuit etiam D.nus Archiepi-
ous, qui contentus ea usque adeo recessit, vt proximae con-
i, quam apud Diuae Annae habuit, adfuerit, admiratus qui-
tantam hominum multitudinem, qui Patrem audirent. Re-
am autem vulgus conciones multum frequentat. At quid
vulgus? immo omnes fere equites aurati sequuntur; au-
t etiam libenter conciones Patris, valde multumque incre-
is in Deum optimum maximum peccata commissa, et
odicos uestium cultus, quibus ipsi ornati incedere solent;
im ipsi minis ac vitiorum detestatione territi, vt oleum vino
adat petunt, vt misericordiam iustitiae admisceat orant.
iero Pater, spiritu Dei potius ductus quam eorum efflagita-
ibus, quo magis misericordiam efflagitant, eo magis eorum
iera penetrare, eademque patefacere conatur. Conciones

petuntur frequenter, cum alioquin haec ciuitas egregiis concionatoribus scateat.

Ad moniales trium coenobiorum (quibus D.nus Archiepiscopus praeest) saepe priuatim concionatur eiusdem D.ni Archiepiscopi iussu, qui mirum in modum delectatur, quod nostri earum confessiones et audiant, et habeant priuatas conciones, quoniam experimento constat multum in eo inseruiri Deo. Pater vero Provincialis pauculis diebus, quibus hic commoratus est, audiuit generales confessiones quarumdam sororum, quibus Deus tantopere in eis operatus est, vt illarum Praefecta fuerit stupefacta. Reliquae autem, quae confessae non fuerant, fructum, quem sorores suae cepissent, prospicientes, tantumdem et exercitia amplius facere optarunt. Paucitate vero operariorum (duo enim dumtaxat sunt in Collegio, qui cum proximis foris uersantur) eorum uotis satisfacere non possumus.

Ad consolandos infirmos plerumque accersuntur Patres; vero a nobis desiderantur: si in vinculis occlusis obtemperar vellemus, opus esset quatuor Patribus; sunt quippe duo hic maximi carceres, ciuitatis alter, alter Regiae Curiae, ad quos multi quotidie adducuntur. Aiunt enim, vnico dumtaxat die, vinculorum [1] alteri centum et quinquaginta fuisse inclusos; quapropter et verberantur et suspenduntur multi.

Hic possent duo collegia construi; ad docendum alterum legendi scribendique rationem, alterum ad instituendos pueros humanis literis: in qua profecto re multum inseruiendum esse Deo putamus; nulla quippe re haec ciuitas tam indigere videtur quam hac, propterea quod huius urbis iuuenes sint admodum distracti. Vir quidam, sacerdos atque uenerabilis, desiderat nobis donare domum amplam nimis, et puerorum collegio concinnam satis: verumtamen, prout est singulari humilitate praeditus, timet donum apud se tenue, apud Deum uero maximum, ne sibi repellatur.

Agitur praeterea, et serio quidem, inter huius ciuitatis gubernatores quonam ipsi modo domum ad linguas interpretandas accommodam Societati possint parare. Comes [2] autem conuenit cum illis egregie. Creditur etiam oculos eos intendere in

---

[1] Carcerum.
[2] Supra dictus Comes de Tendilla

rdubensium opus, quod Rectores Cordubenses construxere, eos imitati simile Collegium condant, vt ipsum idem stum, quod Cordubae, apud nos exerceatur.

Admissus est ad Societatem Canonicus Franciscus Torres [1], us ingressus multis (ne dicam omnibus) huius ciuitatis uiris t maximae aedificationi. Cumque impetrasset a P. Prouincia- vt tamdiu apud patrem maneret, quam sua negotia exigeat, tam sibi acerba illa mora fuit, vt dies annus illi videretur; oindeque illud interuallum sustinere non valens, mense vno itequam a patre recedere sibi persuaserat, ad nos remeauit. anonicatum uero, quem beneficiis simplicibus commutare coibatur, quorum redditibus annuis hoc Collegium aliquantum eretur, reliquit illum libere D.ni Archiepiscopi manibus, vt se illum conferret alicui viro docto et concionatori, unde mas obsequium Deo exhiberetur. Caeterum D.nus Archiepiscos fuit ex eo ualde aedificatus, necnon doctissimus ille Doctor obarrubias, Indiarum Sancti Dominici Archiepiscopus [2]; sed tra illam quam exteris de se praebet aedificationem, domeicis et humilitatis et obedientiae non mediocre praebet exemum.

Receptus est praeterea alius, qui vocatur Magister Maid [3], collega qui fuit Collegii Diui Bartholomaei Salmanticae; t tamen primus (ut refert D.nus Archiepiscopus) qui ex illo ollegio religionem ingressus est, cum alioqui illud Collegium : Salmanticae omnium antiquissimum [4] simul et potissimum. egit autem Salmanticae artium cursum; hic vero profitebatur iuum Thomam: erat ad haec sacelli Regii sacrificus, sed erutus admodum et ingenii acumine pollens, qui magnum foris rtutum et literarum specimen exhibebat, nunc autem amplius ulto.

Quidam Theologiae Doctor accepit exercitia, sed magna im utilitate et aliorum aedificatione. Quidam item iuuenis,

---

[1] Vide supra, pag. 289.

[2] Didacus de Cobarrubias et Leiva, Sancti Dominici, in Indiis, Archiepiscopus ctus, quamvis illam sedem non occupavit; postea, anno 1559, Episcopus Civitatis derici *(Ciudad Rodrigo)* fuit nominatus, unde in Segoviae sedem anno 1564 translas fuit, ibique diem obiit supremum anno 1577. Gonzalez Dávila, *Theatro ecclesidstide las Iglesias de España,* t. 1, pag. 579.

[3] Doctor Antonius de Madrid. Cf. Santivañez, l. c , part. 1, lib. 1, cap. 26 et 27.

[4] Hinc ejus appellatio *Colegio Viejo de San Bartolomé.*

mercator, hispalensis, ingenii docilitate praeditus, se Societati addixit, et magno cum emolumento exercitia facit. Alii etiam duo exercentur, herus atque famulus: herus quidem est iuuenis et diues satis, quique mundi vanitatum et cultus nimii et famulorum comitatus insectator nimius atque cultor extiterat; sed tam indifferens ad sumenda exercitia venit, vt omissis fratre, sorore, famulo in toris prae aegritudine iacentibus, ad nos concesserit, persuasus quidem cuiusdam Patris uerbis, qui ei dixerat absentiam a religione per unicam diem afferre magnam iacturam: huius famulus a multis diebus se Societati dicauerat. Multi sunt alii, qui petunt in Societatem recipi: viri autem sunt praecipui plures, qui exercitia facere desiderant, eaque facere iam in animum induxere suum.

Confessiones sunt quotidie, communicationes similiter, collegarum et scholasticorum; sed quoniam Patrum inopia omnibus satisfacere non possumus, non tam crebro hoc collegium frequentant, quam si essent qui eos consolari possent. Dominus autem Archiepiscopus in dies patefacit amorem, quem erga Societatem gerit, idque sane ostendit et re et congressionibus, quibus de ea sermo habetur. Omnes pro nobis stare videntur in hac vrbe, etiam monachi, qui Societatis Jesu partes agere student.

Is vero nobis suum spiritum largiatur, quo semper eiusdem [illegible] simus omnino. Tuisque orationibus et charissimorum Patrum atque Fratrum isthic commorantium cupimus Deo optimo maximo commendari, vt semper sentiamus sanctissimam eius uoluntatem, eamdemque ad unguem persoluamus.

Granatae, 4 calendas Septembris 1555.

Tuae Paternitatis filius in Domino indignus.

Ex commissione Patris Basilii,

† NAUARRO. †

Superscriptio in quarta pagina: JHS. Reuerendo admodum in Christo Patri P. Magistro Ignatio Loiolae, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1555. Granata. Quadrimestres 29 Augusti.

Manet vestigium sigilli et cerae rubrae.

CDX

Petrus de Falces
Patri Ignatio de Loyola.
Concha, 30 Augusti 1555 [1].

IHS

Muy R.do Padre nro. en Jesu Christo.

Pax Christi.

Lo que de estos quatro meses se ofresce que escreuir á V. P. en cumplimiento de la obediencia es, que en esta casa somos, como éramos ántes, dos Padres y cinco hermanos. El P.e licenciado [2] predicó tres sermones delante el cabildo de los canónigos, dos en las procesiones de las ledanías y otro en la iglesia mayor en la fiesta del Spíritu sancto, todos con mucha satisfaccion, assí de los deuotos de la Compañía, como de los que ménos gustauan del spíritu della.

Todos los domingos á la tarde predica la doctrina christiana en nuestra iglesia, tiene otros exercicios de pláticas y comunicationes particulares, llámanle muchas vezes para ayudar á bien morir y confessar enfermos: en todo por la gracia del Señor se haze fruto, y ha crescido mucho y cresce el número de la gente que frequentan los sacramentos; y si la casa no estuuiesse tan apartada del concurso de la ciudad, y la subida no fuesse tan áspera, bien creo que los dias de fiesta auria que hazer para muchos sacerdotes, y con poca más gente que venga los dias de fiesta de mañana, no podrian darle recado dos confessores, porque en solo el dia de la Assumption de Nuestra

[1] Ex volum. anni 1556.—Autographae, in folio unico, n. 407.
[2] P. Alphonsus Lopez.

Señora recibieron en nuestra iglesia el Sanctíssimo Sacramento 48 personas, sin otras muchas, que se confessaron en ella y se fueron á comulgar á otra parte; tambien otras, que por la poca edad no lo rescibieron. Sea por todo bendito el Señor que lo haze, y nos dé su sancto spíritu para que sepamos sentir, y podamos enteramente cumplir su sanctíssima voluntad; y para que su diuina magestad nos lo conceda, nos encomendamos mucho en el sufragio de los sacrificios y pias oraciones de V. P.

De Cuenca y de Agosto á 30, año 1555.

De V. P. indigno hijo y sieruo en Christo,

PEDRO DE FALCES.

Superscriptio in altera pagina: IHS. Al muy R.do P.e nro. en Christo el p.e Micer Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556 *(sic)*. Cuenca. de P.o de falces, 30 de Ago. R.da á los 29 de Abril.

CDXI

N. Gonzalez,
Ex commissione P. Francisci de Villanueva,
Patri Ignatio de Loyola.
Plasentia, 31 Agusti 1555 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.

La gracia y paz de Cristo nuestro Señor sea siempre en estras almas. Amen.

Hase dado relacion á V. P. en las quadrimestres passadas los principios, assí espirituales como temporales, que el Se- se ha dignado poner en este Collegio de Plasencia. Agora dará cuenta á V. P. de los incrementos que Christo nuestro ior da á lo que hasta agora se ha plantado, los quales sin da son tan grandes, que dado que otro argumento no obie- bastaua este para que el mundo conozca no ser inuencion ombres, sino conseio de Dios.

Mucho ha reformado nuestro Señor á esta cibdad por medio a Compañía, y la ha reduzido á mucha christiandad, la qual ta agora era vn minero de offensas de Dios y vna fuente de illas y discordias. Auia estado de muchos años á esta parte dida en vandos [2], y assí de la vna parte como de la otra auia has muertes: nadie salia de casa sino cargado de armas y ente de guarda, y las cabeças destos vandos eran personas nplares; y lo que peor es y mas para doler, que estas pas-

---

Autographae duplici folio, primo n. 346, altero vero non numerato.

"Estaba dividida en facciones públicas la Ciudad de Plasencia entre las dos cla- as familias de *Carvajal* y *Zúñiga*." CIENFUEGOS, *Vida de San Francisco de Borja*, IV, cap. XI, § I.

siones no menos reynauan en personas eclesiásticas y que auian de ser exemplo de buena vida al mundo, que en seglares, porque los prebendados de la yglessia mayor yuan á ressidir con quarenta ó cinquenta soldados. Con estas y otras mill maneras de ocupaciones de paia y lodo tenia el príncipe deste mundo ocupada toda esta cibdad, en la qual demás de lo passado auia muchos otros pecados públicos de juegos y de otros ylícitos y malos tratos, tanto que vn predicador públicamente dixo que esta cibdad era mayorazgo del demonio.

Mas agora ¿quién podrá dezir quán de veras se han conuertido al Obispo y pastor de sus almas Christo nuestro Señor, y con quánta alegría corren por el camino de los mandamientos diuinos con la nueua luz, que el Señor por medio de la Compañía les ha comunicado, y con el suauíssimo odor que de Dios han perceuido? Tratan á la continua de oyr los sermones y señaladamente los de los Padres de casa; de los quales dizen que salen con muy grandes mociones y desseos de seruir á Dios Nuestro Señor y tratar de veras el negocio de su saluacion, mediante la frequentacion de los sacramentos y el exercicio de las otras buenas obras.

Ha dado el Señor á toda esta cibdad vna tan grande affection para con los de la Compañía, que no cessan de hazer gracias á nuestro Señor, diziendo: "bendito seais vos, Señor, que tanto bien nos aueis traido á nuestras mismas casas tan sin merescerlo nosotros„: y si uen algun Padre ó hermano por la calle, páranse á los mirar como vna cosa muy nueua y nunca vista. El respecto y reuerencia que exteriormente les hazen á todos no es de hombres sino de ángeles y sanctos del cielo; y assí llaman á los de casa los benditos, y al collegio la casa de los benditos. Y personas de mucha qualidad, á los quales por razon de su nobleza y estado no les es desonesto el vso del oro y sedas y trages ricos, dizen que quando han de venir á tratar con los Padres no osan traer sino lo mas pobre y mas vil que tienen, porque se avergüençan y confunden de verse delante de personas tan sanctas y verse á ellos cargados de locuras y vanidades del mundo: y en tanta manera es esto verdad, que el demonio, haziendo de la medicina ponçoña, con este medio ha procurado estoruar á algunos que querian venir á tractar y se confessar en nuestra casa, diziendo: "siendo tu tan gran pecador has de

ıtar con gente tan sancta?„ y como ellos piensan de los ɔmpañía que es gente muy austera y rígida en el propio ento, temen que por aquel mismo camino los han de lle- r esto algunos han dilatado la venida á nuestra casa; ıando despues gustan la dulçura de la leche de Christo ı Señor, con que los comiença á criar y los destetan de ıos del mundo, hállanse corridos por se ver burlados del o y engañados de su juicio y amor propio.
ndo el comprador de casa va á comprar algunas cosas ırias, lo primero que dizen es que lo lleue de gracia, por- ɔs benditos todos los han de seruir con sus personas y las, y quando esto no se haze, dizen que dé lo que qui- 'odo el ayuntamiento de la cibdad ha mostrado lo mis- ısí en offrescer lugar para el sitio del nueuo Collegio, ıffrescer al Sr. Obispo [1] vnos pinares, que tenia vedados, ıe dellos se corte toda la madera que para el edifficio ecessaria, y esto sin algun ynteresse.
úmero de las personas que se llegan á Dios nuestro Se- · medio de los Sacramentos de la penitencia y eucharis- ıpre cresce por la bondad del Señor, y cresceria mucho ı comparacion, si la capacidad de la yglesia ayudasse lo, y si á los desseos de todos los que se querrian con- ɛn nuestra casa se pudiesse satisfacer. Ay ya por la mi- dia de Dios nuestro Señor muchas personas que muy de :ratan de oracion, penitencia y mortificacion. Confiés- n casa algunos de los principales de la cibdad assí ca- s como regidores y otras personas de lustre. Hanse con- ı generalmente algunos prebendados de la yglesia mayor, ıuales se ha visto tan grande mutacion, que no se puede ser de la diestra del muy alto.
ıdanse los próximos (demás de los sermones, pláticas ıales, comunicaciones y consultas particulares de casos ɔciencia) visitándolos quando están enfermos, y animán- la virtud de la paciencia, amonestándolos que se apro- de las enfermedades que nuestro Señor les da, y espe- nte se les encomienda la conformidad con el beneplácito Y aunque el trabajo es muy grande, assí por ser mu-

[1] ierre de Vargas Carvajal.

chos los enfermos, y señaladamente en este tiempo, como porque en estando alguno vn poco enfermo, luego vienen á llamar algun Padre, sin mirar si es de dia ó de noche; pero el fructo, que por este medio coge nuestro Señor, es mucho, porque algunos que estando sanos no se han podido ganar, por este marauilloso medio se han cobrado y reduzido á ser de verdaderos cristianos; y con poco que entónces sean ayudados, con el buen conoscimiento y entendimiento que la vexacion y el açote de Dios les da, se negocia mucho: edifícanse en gran manera los próximos con este exercicio, porque es tanta la deuocion que tienen con los Padres, que piensan sin dubda que ó por sus oraciones les será restituida la sanidad, ó si no, los himbiarán infaliblemente al cielo; por lo qual quando alguno muere, entre las misericordias que el Señor vsó con él, cuentan esta por muy principal, hauerse hallado algun bendito á su tránsito.

Tambien se entiende en hazer paces entre los discordes y enemistados, y en esto suele auer harto en que entender por ser el pueblo de muchas differencias; y descendiendo á lo particular, á un caballero desta cibdad habia herido vno otro cibdadano y le auia afrentado: el yniuriado estaua muy puesto en se vengar: esperáuanse muchas otras rebueltas por ser entrambas las partes ricas y emparentadas, y ser como los demas demasiados en las cosas que tocan á su onrra. Encomendóse este negocio á un Padre, el qual, mediante el fauor y gracia diuina, lo acabó de Dios nuestro Señor, y con mucha hedificacion de todos, porque sin alguna satisfacion de honrra ó hacienda lo perdonó solo por amor de Dios.

Entre otros dos cibdadanos passó vna brega, en la qual el vno en vn lugar público y delante mucha gente trató muy mal de palabras y manos al otro: començó un Padre de nuestra casa á tratar las amistades, y aunque al principio el afrentado pedia muchas condiciones para se hazer amigo con su contrario, y tales, que para la persona que el otro es y las leyes que oy se usan en el mundo, que no se le auian de conceder; pero á pocos dias que aquel Padre trató este negocio, mediante la virtud que el Señor le comunicó, acauó con él que le perdonasse sin alguna condicion de las que primero pedia. Por todo sea el Señor bendito y glorificado, que por tan baxos instrumentos se digna mostrar su virtud.

En este mesmo tiempo vbo vna passion entre otros dos hom-
ıres, en la qual prevalesciendo el vno contra el otro, le hirió
le vna llaga mortal: ya el fin de sus dias estaua próximo, y s ı
dversario preso, y el juez con determinacion de lo ahorcar,
n muriendo el herido; al qual vn Padre de los nuestros fué á
ablar y pedir que perdonasse á su homicida por amor de aquel
uyo perdon él tanto avya menester. Ayudóle nuestro Señor y
erdonó al que tan mala obra le auia hecho; y assí el malhe-
hor quedó con la vida. No permita el Señor que sea para ha-
er algun otro semeiante mal.

Pero aquel, que nunca cesa de sembrar zizania entre los
ıróximos, paresciéndole esto poco, pusso discordia entre dos
:asados desta misma cibdad: con esta oportunidad persuadió á
a mujer como mas flaca se ahorcasse; ella lo aceptó, y ya con
:odo su poder lo procurava buscando aparejo para ello. Pre-
:iosso lance auia por cierto hechado, si aquel pastor celestial
ıo boluiera los oios tras aquella oveia que se le lleuaba el lobo,
'ara cuyo remedio lleuó vn Padre de los nuestros, y despues de
auerla desengañado la confessó, y por la misericordia del Se-
or la dexó muy consolada y quitado aquel mal propósito.

Muchas personas han hecho los exercicios espirituales assí
la cibdad como de fuera, entre las quales ha auido personas
mucha qualidad: deseauan ser recebidos en la Compañía al-
ınos dellos y lo pidieron con instancia. De todos ellos se re-
bió vn sacerdote de buenas partes para nuestro instituto: de
s demas algunos, viendo que en la Compañía no los resci-
ian, han ydo á otras religiones para en ellas seruir á Dios
uestro Señor.

En la obra del nuevo Collegio se entiende con gran priessa
nuchos dias há, y hasta agora siempre ha auido que hazer en
llanar vn cerro que está dentro de la cibdad, donde el edificio
e ha de hazer; y porque el Collegio se hiciese en lugar sano, y
ue tuviesse buenos ayres y otros cómodos, assí para la cibdad
:omo para los estudiantes que en él han de oyr, se haze en
ıarte que solo el sitio, con lo que se ha de hazer para que se
ueda hedificar, costará dos mill ducados; en lo qual más se
tiende al prouecho del Collegio que al del fundador, porque
n otras partes le offrescia la cibdad sitio donde no auia neces-
idad de gastar lo que en estotro se gasta. Començaranse á sa-

car los cimientos de aquí á muy pocos dias, y consiguientemente se entenderá en lo que resta sin partir mano dello hasta ponerle fin; para lo qual tiene el Sr. Obispo aparejados muchos materiales; de piedra tres ó quatro mill carretadas, mill hanegas de cal: ha comprado diez yuntas de bueyes con sus carretas para traer lo que fuere necessario para el edificio. Quanto á la voluntad del Sr. Obispo y el desseo que tiene de ver acabada esta obra, todo lo que á V. P. se puede escriuir es poco conforme á lo mucho que ello es. Hale dado nuestro Señor muy grande affection á las cosas de la Compañía, y la hedificacion y crédito que della tiene es tanto que dice que por vnico y singular remedio de las enfermedades de sus ouejas ha traydo la Compañía, y que si con tan eficaz medicina no sanasen, no sabria qué les poder hazer. Ocúpasse agora mucho en lo que toca al Collegio, y en esto entiende con tanto calor y diligencia, que es para bendezir al Señor; y para dar mayor priessa á la obra y las industrias necessarias, ha tomado vnas casas iunto al mesmo edificio para poder asistir á la obra con su misma persona, lo qual haze por muchas oras del dia: sus buenos desseos siempre crescen, gloria á Dios nuestro Señor, que da el augmento; porque ya no trata de hazer casa, ni dexar renta para catorze collegiales, sino para treinta: de la casa él mesmo dice que la quiere hacer tal, que sea la meior de las de Castilla, que se gasten en ella quarenta ó cinquenta mill ducados: y en esto ninguna dubda se pone, pues ni le faltan los dineros ni ánimo para los gastar: tiénese por cierto que de aquí á quatro años se viuirá ya en él. El Señor le ponga á todo aquel fin que para su mayor gloria y nuestro prouecho en él conuiene.

Los estudios se començarán con el fauor diuino para S. Lucas, los quales el Señor Obispo ha mandado publicar en los principales lugares de su Obispado; començaránse con grammatica y rhetórica por agora. Hanos dado para començar á poner librería cien cuerpos de libros theólogos y de letras humanas, dexo los que se han de comprar. Esperamos en el Señor que conosciendo la reformacion que por este marauilloso medio ha de auer en su obispado, se consolará y gozará mucho en Dios nuestro Señor, y sus buenos desseos yrán de bien en meior.

Quanto á los de casa todos atienden muy de veras á los exercicios de la oracion, mortificacion y obediencia, y trabajan po-

ner por obra los buenos desseos que nuestro Señor les da de subir á la perfection, y piden al P. Villanueua ordinariamente les dé licencia para hazer mortificaciones, y señaladamente se procura de todos la obseruancia de las reglas y perfecta obediencia conforme á la voluntad de V. P.

Aquel que tan perfecto obediente fué, que es Christo nuestro Señor, nos de su sanctíssima gracia para que seamos tales obedientes quales V. P. dessea, y es razon que sean los que son de la Compañía de aquel que murió por obediencia.

En los sacrificios y oraciones de V. P. pedimos todos humilmente ser encomendados, para que el Señor nos de á sentir y cumplir en todo su diuina voluntad.

Deste Collegio de la Compañía de Jhs. de Plasencia, 31 de Agosto 1555 años.

De V. P. hijo inútil en el Señor.

Por comission del P. Villanueua,

†GONÇALEZ.†

CDXII

Franciscus Morales,
Ex commissione Patris Marci Georgii,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 31 Augusti 1555 [1].

†
Jesus

Reuerende in Christo Pater.

Amor Jesu Christi, et gratia Sancti Spiritus sit semper nobiscum. Amen.

Ex iis, quae superiori quadrimestri ad te, Pater colende,

[1] Autographae in folio duplici, nn. 528 et 529.

scribenda occurrunt, id in primis scias necesse est, omnes Patres, fratresque nostros in uirtutibus magna cum animorum suorum utilitate et commodo, non mediocriter esse progressos, ac (Deo gratia) quotidie progredi.

Eae conciones, quae de doctrina christiana dominico quoque die tempore pomeridiano haberi solent, nunc a Patre Melchiore Cotta, quem P. noster Miro [1], tam ad id munus exequendum, quam ad concionandum, huc Conimbrica misit, magno cum fructu et frequenti auditorum concursu habentur. Qui iam aliquoties in nonnullis huius urbis templis concionatus est, non sine magna audientium approbatione, et animorum fructu. Idque ex eo facile intelligi licet, quod permulti, eo audito, diligenter operam dederunt tum ut ei peccata sua confiteri possent, tum etiam ut cum eo de animorum salute communicarent. Quapropter diuina Bonitate confidimus eius in hanc urbem aduentum multis usui, et utilitati fore, et Deo Opt. Max. honori et laudi. Ex iis, qui dominicis diebus ad eas conciones ueniunt, quae de doctrina christiana habentur, complures de peccatis frequenter confiteri solent, et assidue capiunt sacrosanctum Christi Corpus.

Multos autem, inter quos graues inimicitiae erant, Diuina Bonitas, opera nostrorum Patrum usa, reduxit, reconciliauit, et restituit in gratiam. Quare tanta quotidie crescit, et est, apud omnes de Patribus nostris opinio, ut existiment nihil esse tam difficile, nihil tam arduum, quod non perficiatur ipsorum opera et auctoritate. Quamobrem saepissime accersuntur ad eorum gratiam reconciliandam, qui inter se animo et uoluntate dissident. Huius igitur rei causa, cum quidam ex nostris accersitus esset, gratia inter eos quorum causa iuerat composita, ibi alios quosdam esse intellexit graui quodam odio atque dissidio distractos. Quo cognito statim se eo contulit, ut eos in pristinam concordiam reduceret. Sed cum neque negocium conficere, neque ullo pacto inter eos gratiam componere posset, quemdam qui prope in eadem uicinia grauiter aegrotabat, quique iam e uita discedebat, inuisere statuit; ibi cum esset, illi, quibuscum nihil agere potuit, eo ut uenirent curauit. Quibus adductis, eis aegrum iam animam agentem, et ab hominibus demigrantem

[1] P. Jacobus Miron.

oculos proposuit, eosque admonuit, ut sibi providerent,
.e ut de discessu illo diligenter cogitarent. Quae eius oratio,
na erga homines bonitate iuuante, tantum apud illos ualuit,
bi statim inimicitiis depositis in gratiam redirent. Alius
m Pater cum a quodam postularet ut ei, a quo iniuriis
:tus erat, ignosceret, quamquam dicebat Pater aduersarium
, si ipse ita uellet, eo mox esse uenturum ut ab eo ipso de-
ueniam peteret, ille tamen, cui iniuria facta fuerat, non
lo id, quod Pater rogabat, libentissime concessit, uerum
m pollicitus est se domum aduersarii iturum ab eodemque
iam petiturum esse. Ex iis autem omnibus, qui in gratiam
ıcti sunt, multi fratres, multi cognatione et propinquitate
iunctissimi erant. Multa praeterea alia per nostros gesta,
erfecta sunt, propter quae Deo Opt. Max., cui haec omnia
t accepta referenda, maxima laus et gloria tributa est, sem-
que tribuetur.

Qui in gymnasio nostro literis operam dant, cum confes-
.ibus adiuti, tum etiam magistrorum et instituti doctrina et
mplo excitati, non mediocriter proficiunt. Nam simul atque
cholas nostras admittuntur, uerba statim ipsa, quae antea
sim usurpabant, nescio quo pacto, uel omnino abiiciunt, uel
na ex parte commutant. Neque solum iureiurando diligen-
me abstinent, sed ne unum quidem uerbum ex ipsorum ore
, quod cuiusquam aures offendat, ut antea eis usu solebat
ıire. Itaque ab omni re, qua Diuini Numinis maiestas uel
ter offendi possit, diligentissime cauent. Tam modeste se
ıibus in rebus gerunt, ut nemo eos uideat, quin maximas
gratias agat pro tam singulari adolescentulorum modestia.
enim prorsus uideri solent, et non illi, qui ante erant. Multi
ıque eorum octauo quoque die de peccatis confitentur, atque
m capiunt Sacrosanctum Christi Corpus, suntque uehemen-
soliciti de suorum animorum commodo et salute. In quibus
le quidem apparet quantos in uirtute faciant progressus.

Pater noster Miro nos ad calendas Quintilis inuisit, cuius
ındissimo gratissimoque conspectu mirum in modum re-
ati sumus. Verum apud nos non amplius undecimo die com-
:atus est, propterea quod multa magnaque negocia et Olys-
›ne et Conimbricae habebat, quae illum diutius Eborae esse
ı patiebantur. Interim quemdam hic sacerdotem in Societa-

tem admisit, qui multis profecto de causis admittendus uidebatur. Nam propter singularem uirtutem ac probitatem Enrico Principi et Cardinali cognitus et probatus erat, ab eodemque Vicarius in patria sua constitutus: et cum magnis rei familiaris copiis locuples esset, eas omnes libenter reliquit, ut rebus omnibus expeditus Christum nudum et pauperem pauper ipse nudusque sequeretur. Quatuor item alios recepit Pater, qui apud nos literis operam dabant, cum probos, tum ingeniosos, quique saepissime sacrosanctum Christi corpus capiebant: ante quos duo etiam alii a Patre huius Collegii Prorectore [1] admissi in Societatem erant. Hi fere omnes in prima secundaque schola uersabantur. Conimbricam missi sunt, ut domum probationis ingrederentur.

Praeceptores autem omnes, tam is, qui sacerdotibus conscientiae casus exponit, quam qui literas humaniores docent, suum docendi munus omni cura diligentiaque exequuntur. Hi uero doctrinam christianam dominicis diebus tempore postmeridiano suis discipulis explicant et explanant, nullaque in re a nostri gymnasii norma institutisque discedunt. Quod quidem faciunt maxime approbantibus iis, quos erudiunt atque docent et ualde proficientibus. Faxit Deus Opt. Max. ut haec omnia in dies singulos augeantur, et magis magisque crescant.

Sumus nunc in hoc Collegio 27, e quibus sex sacerdotes sunt; e reliquis quatuor docendi munere funguntur: caeteri uero partim inseruiunt, partim literarum studia exercent.

Quod autem ad Collegii aedificium attinet, diligenter et accurate extruitur: quocirca breui (ut speramus) absoluetur. Hoc enim Septembri sacrum in templo fieri incipit, atque deinceps ibi sacrificia omnia fient. Cardinalis namque uestes omnes, quae ad divinum cultum resque diuinas rite peragendas requiruntur, summo iam studio conficiendas curauit, quae tum multae, tum pretiosae sunt. Neque harum rerum copia (quod nunc iam facile colligere possumus) nobis unquam in templo nostro deerit. Eo autem animo Princeps Enricus [2] circa hoc suum praedium affectus est, ut ex eo quocumque uel minimo fructu summopere delectetur. Nam superioribus diebus, cum de sace—

---

[1] Marco Georgio.
[2] Idem Cardinalis et Archiepiscopus, qui supra.

dote quodam, ex eorum numero, qui apud nos conscientiae casus audiunt, uiro probo et honesto loqueretur, eique certum quoddam negotium dare uellet, quod ad diuinum honorem spectabat, magno gaudio completus, gratias agit praepotenti Deo, quod iam (inquit) ex nostro agro eum fructum metimus et percipimus, iamque eos ex nostro labore homines habemus, quibus negocium tam pium mandare et imponere possimus. Itaque eorum sacerdotum nonnullis, quos aliquantulo plus profecisse intelligebat, beneficia, quae appellamus, tribuit; eosque per ea oppida diuisit, quae ad suam dioecesim pertinent, ut eos in confessionibus audiendis adiuuarent, qui curandorum animorum sustinent munus. Quamobrem a Deo Opt. Max. precamur, pro cuius amore haec omnia Cardinalis perstudiose et liberaliter gerit atque administrat, ut eam ei uitam et uirtutem largiatur, qua cogitata perficere, et instituta ad exitum perducere ualeat, siquidem omnia ad animorum salutem pie et sancte dirigit.

Nihil praeterea nobis hoc tempore ad te, Pater colende, scribendum occurrit, nisi ut te multis et supplicibus uerbis oremus, ne, cum preces adhibueris, cum sacrificium feceris, nostri obliuiscaris; sed obsecramus te ut ueniat tibi in mentem nos tuos filios esse.

Pridie Calen. Septembris. Ebora, 1555.

Jussu Patris Marci Georgii,

Franciscus Morales.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en Christo Padre el P. Maestro Ignacio, Prepósito General de la Compañía de Jesus en Roma.

Alia manu: 1555. Ebora. Quadrimestres 31 Augusti. R.ta 20 Octobris.

CDXIII

Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 31 Augusti 1555 [1].

†
IHS.

Gratia et pax X.i Domini nobiscum. Amen.

R.de in X.o Pater: Sancta obedientia admonitus, in medium proferam ea, quae Dominus Opt. Max. hoc quadrimestri Coloniae operari dignatus est. Paucula quidem sunt, quibus nulla ex parte, charitati fratrum erga nos satisfieri fatemur, sed meliora in dies speramus, gratioresque nos in posterum futuros, eorum precibus adiuti, confidimus in Domino.

5 studiosos, patria Leodienses, adolescentes, naturalibus bene dotatos, apud nos habemus, quorum minimus 19 aetatis suae annum agit. Omnes optimo sunt animo, sua tractant studia: parentes vnius satis aegre tulerunt quod se Societati dare vellet, sed modeste admodum respondit illis; ita ut iam contenti sint spero. Plures alii in ciuitate sunt, qui etiam se libenter Societati darent. Expectamus etiam fratrem carnalem confratris nostri Martini steuordiensis [2] cum suis nepotibus, qui ad studia venturi sunt, vt se paulatim ad Societatem etiam aptare possint.

Colonienses omnes modo bene fauent nobis; nec unum scio, qui nobis male velit Coloniae: benedictus Dominus. Amici Societatis, quorum magnus est numerus, maxime desiderarent hic

---

[1] Autographae duplici in folio, n. 355.

[2] Duo saltem erant Martino Gewaërts, Stevordiensi, fratres: Jacob et Hanse (Joannes?) Vide HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens*, pag. 185 et 188.

Societatem. R.dus P. Prior [1] incoepit aliquot redditus pro iis comparare, qui de Societate ad nos venturi sunt. Ipse quoque Senatus ostenderet Societati omnem benevolentiam, si Societatis hic aliqui essent.

Praeteritis istis mensibus plurimorum audiui confessiones, nter quos fuerunt qui 18 annis non erant bene confessi: habuimus etiam unum concionatorem haereticum, virum doctum, qui plusquam 20 annis haereticis cohabitauit, et ipsis concionatus est, qui iam ex toto corde ad Christi ecclesiam conuersus est, maximaque contritione cordis sui detestatus est omnem actam in hac schola malam suam vitam, ita ut omnibus sit exemplo et admirationi: generaliter est nobis confessus, et ex corde ad Dominum conuersus. Puto quod noster Episcopus [2] ei iam prouiderit vt incipiat catholicis praedicare.

Quidam sacramentarii hic capti, inter quos est vir quidam in naturalibus admodum eruditus, qui multos sibi habet cohaerentes, etiam ex superioribus ciuitatis, ipsum defendentes. Hic voluit vt publica disputatio fieret de Venerabili Sacramento Eucharistiae: sed facta non est sicut voluit. In vacantiis est hic mos, vt in schola theologorum baccalauri dent suas propositiones, quas statuto die defendere velint. Confrater noster M. Joannes de Cathena disputationem habuit de Venerabili Sacramento Eucharistiae, magnaque cum gratia omnibus satisfecit, ita vt non esset qui non commendaret eius modestiam et doctrinam in respondendo: sua studia continuat et diebus dominicis concionatur.

Adfuimus etiam infirmis vocati, quorum confessiones audiuimus, eosque in Domino consolati sumus, ex quibus aliqui migrarunt ad Dominum, aliqui reualuerunt, et vitam ex toto corrigere student. Vicini nostri in eorum bona consuetudine confitendi singulis hebdomadibus semel perseuerant, cum matre M. Joannis Redt [3]. Aliquando etiam concionatus sum, et studiosis christianam doctrinam praelegere incoepi.

Dominus dirigat gressus nostros in sua beneplacita voluntate, vt in dies plus fructus Domino adferre valeamus, et vt hoc

---

1 P. Gerardus Kalckbrenner (Hammont, Hammontanus), Carthusiae prior.

2 Adolfus III v. Schauenburg.

3 De hoc, cujus mentio saepius facta est fietque tum in his *Litteris* tum in Polanci *Chronico*, plura congessit Hansen, l. c., pag. 161, annot. 1.

fiat, singulariter me commendo P. V. et omnium fratrum precibus, quos in Domino unice salutatos cupimus.

Bene valeat P. V. in X.º Raptim.

Coloniae, ex aedibus nostris, ultima Augusti 1555.

R. V. seruus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.º Patri M. Ign[redacted] tio a Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: Quadri. Colon. 1555 ult.º Aug.

Manet vestigium cerae sigilli.

CDXIV

P. Quintinus Charlart
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 31 Augusti 1555 [1].

†

Pax Christi nobiscum.

Pater in Christo R.de

Accipiat R. P. T. paucis, quidnam per nos tres subscriptos hoc quadrimestri Dominus operari dignatus est.

Imprimis itaque P. Bernardus Oliuerius, vt verus obedientiae filius, his 4.or mensibus non parum sane in concionando sudauit tam in hac ciuitate tornacensi quam extra: et quidem non sine fructu vtrobique, nam dum Tornaci concionatur, multi valde eo semper confluunt; in pagis uero multo plures, adeo vt non raro visum fuerit ex concione efferri, aliquando 4.or, ali

[1] Autographae in folio duplici, nn. 375 et 376.

quando 5 vel plures deficientes et semimortuos prae nimia turba, quae in dies augebatur, propterea quod diuersorum pagorum incolae atque etiam multi ex Insulis [1] (quae ciuitas est in Flandria celebris) ad eum pagum vbi concio habebatur confluebant; per quas quidem conciones atque etiam confessiones, quae frequentissimae fuerunt (neque tamen adhuc illis satisfactum est, accurrunt enim subinde ad nos plurimi vt confiteantur et communicent), multi haeretici, adulteri, fornicatores, concubinarii publici, resipuerunt; una meretrix conuersarum monasterium intrauit; vacillantes in fide confirmati.

Audiui ego, qui haec scribo (vt obiter hoc dicam), cuiusdam rusticae mulieris lutheranae et sacramentariae filiam in confessione, quae etiam ad aliquot annos eadem haereseos peste infecta fuerat. Sed post auditum P. Bernardum [2] aiebat se statim rediisse ad mentem: remansisse tamen illi scrupulum unum, scilicet, an pro matre orare deberet iam defuncta in Germania, quo se contulerat Flandriam deserens, ob haereses securius tuendas, et valedicendo ab ipsa monita fuerat serio ne vnquam pro se, hoc est, sua matre, audita ipsius morte vnqúam preces vllas funderet; quem scrupulum, vt illi eximerem, respondi: tali praecepto matris non esse obnoxiam, sed verae suae matris, ecclesiae catholicae, praecepto magis teneri, quae iubet orare pro omnibus defunctis, de quibus non est certum in peccato mortali hinc migrasse. Post quod responsum illam bene laetam et alacrem in Domino dimisi; et quamuis in praefatis pagis non defuerint haeretici, qui P. Bernardo et suis concionibus pro virili detraherent, vocantes illum antichristum et hypocritam, pergit tamen populus Deo seruire, vt coepit, et quidem multo devotius solito, detestando fidei catholicae errores et vitia [3], nam in Pentecoste proxime elapsa fuerunt in quodam pago fere trecenti plures solito communicantes; neque piget illos interdum intempesta nocte surgere vt matutinae concioni P. Bernardi intersint Tornaci. Denique per eumdem Patrem sunt nonnullae concordiae peractae.

---

[1] "Insula sive Insulae, *l'Isle* Gallis, *l'Illa* Italis, *Ryssel* Belgis, urbs Belgii praeclara mercimonio, in Flandriae primis habita, inter Tornacum 5 et Duacum 8 leuc. ab Hypris 6 in meridiem, in Artesiae, et Annoniae confinis.„ Ferrari, *Lex. Geograph.*

[2] P. Bernardum Oliverium.

[3] Scilicet, errores fidei catholicae adversantes et vitia, quae fides catholica damnat.

Pater vero Antonius [1] sedulo pergit et fere assiduus est in confessionibus audiendis, in communicando, in consolando et monendo nunc hos nunc illos, in visitando incarceratos et decumbentes in hospitalibus. Visitauit et ipse semel et iterum laborantes peste ab omnibus fere destitutos. Misimus quoque illum ad aliquos pagos vicinos Tornaco, vbi multos valde consolatus est in Domino, et propterea ab illis subinde desideratur et reuocatur.

Porro P. Quintinus [2] semper prosequitur et pergit in explicanda doctrina christiana diebus festis, ad quam non pauci confluunt, praesertim diebus dominicis, et a concione fere semper conueniunt nonnulli ipsum pro consilio habendo, vel confessione facienda. In templo maiori confessiones audit quotidie fere, vnde multa bona prouenire perspicit, dum multos ignaros instruit, desolatos consolatur, haereticos ad catholicam fidem reducit, vacillantes confirmat.

Obiter illud recensere in animo est, quod proxime ante Pentecostem contigit. Audiebat ipse cuiusdam viri honesti et catholici (vt apparebat) confessionem: venit quoque et vxor cum multis liberis, quorum omnium confessionibus auditis, reperit totam fere familiam erroribus fidei deprauatam; cuius duae filiae imprimis, annos natae circiter viginti, erant prorsus sacramentariae [3]: maior, a quodam sacramentario peruersa, peruerterat minorem, sed non abstinebant a confessione et communione prae pudore, simulate et minus integre confitentes, non credentes se aliud accepisse in communione quam frustum panis: iam, laus Deo, et confitentur et communicant sincerius et frequentius, totaque familia ad fidem catholicam mentemque sanam rediit.

Visitat praeterea in hospitali decumbentes et incarceratos frequenter non vocatus, et aliquando etiam a praefectis carcerum vocatus, nam paucis abhinc diebus ad quemdam ex incarceratis (qui vitam plane dissolutam et alienam a christianismo vixerat) audiendum in confessione vocatus fuit, quia nolebat confiteri, aut potius non valebat ob cerebrum concussum et grauiter vulneratum, qui tandem, Patre instigante et clamante,

[1] P. Antonius Bouclet.
[2] Ipse litterarum auctor.
[3] Vide supra, pag. 253.

coepit paululum loqui, et multa signa dare contritionis, quem Pater absoluit in Domino, et non multo post expirauit, alioqui capite plectendus, si conualuisset. Requiescat in pace.

Ad concordiam nonnullos induxit, inter quos fuit scriba huius oppidi, qui per sex vel octo annos abstinuerat a salutatione propriae sororis et eius mariti.

Postremo accessit ipse 2.° vsurarium huius ciuitatis (nam 1.° cum P. Bernardo illum adierat tentaturus illum ad mentem reuocare) quem reperit laborantem peste, et stantem in ostio domus suae circumstantibus multis e medio plateae, consolatus est eum bonumque illius propositum et votum de nunquam amplius exercenda vsura illaque restituenda laudavit plurimum confirmauitque in Domino; qui biduo aut triduo post reddidit spiritum cum multis aliis ex sua familia. Requiescant in pace.

Sunt et alia (quae omitto ne R. T. P. remorer diutius quam par est) in quibus exercuit nos Dominus.

Vt autem amplius proficiamus et praeparemus nos diligentius collegiis erigendis hic vel alibi, commenda *(sic)* nos omnes quam humillime precibus et sacrificiis R. V. P., quam nobis diu multumque incolumem seruet optimus Dominus noster Jesus Christus. Amen.

Tornaci, pridie Calendas Septembris, anno Domini 1555.

R. V. P.

Seruus in Domino,

QUINTINUS CHARLART.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri Domino Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Socie.tis Jesu dig.mo, Romae.

Alia manu: Tornay. Quad. Pridie Cal. Septe. 1555.

Manet vestigium sigilli et cerae rubrae.

CDXV

(Joannes?) Leon
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Septembris 1555 [1].

IHS

Admodum Reuerendissime *(sic)* in Christo Pater.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Quae in particulari Dominus noster Jesus x.us sua erga nos benignitate ac clementia, hoc quadrimestri praeterito per nos, licet inutilia instrumenta, in vinea sua operari dignatus est, breviter dicam. Nam si de omnibus, quae quotidie et frequenter in solitis exercitiis accidunt, scriberem, prolixam satis facerem epistolam.

Imprimis monialis quaedam, viginti sex annos habens religionis, quae ex superioris licentia vitam in saeculo faciebat, nolebatque ad monasterium nec ad religionem redire, confessa fuit peccata cuidam ex nostris Patribus mota a Domino, ex eo quod audierat nos aequo animo, maximo amore ac hilaritate admittere poenitentes omnes, qui ad nos veniunt: fecit confessionem generalem, in qua manifestauit cor atque uulnera, et miseratione divina sanata est, ita ut ipsa diligenti cura desiderabat, quamprimum posset, ad suum uel aliud eiusdem ordinis monasterium ire.

Duae similiter foeminae, facta confessione generali eidem Patri, magnum a Domino Jesu beneficium receperunt, illuxit-

[1] Autographae folio unico, n. 438.—Auctor cognomen suum tantum subscripsit. Forte ille est Joannes Leon, qui Salmanticae mense Novembri anni 1553 degebat; id tamen affirmare non audemus, quia nullo certo argumento inniti possumus.

que in cordibus earum, ita ut libenti animo maximisque gemitibus abominanda et inueterata peccata, quae prae uerecundia tacebant, et, quod horrendum est etiam dicere, sic ad mensam Domini accedebant, reliquerint.

Quidam uxoratus, qui per octo annos erat separatus a sua uxore, ex odio, quod erga ipsam conceperat adeo maximo, ut, ne illam offenderet, nullatenus acquiescebat adire locum, ubi ipsa habitabat, venit similiter ad nos confessurus peccata, et tantam recepit a Domino compunctionem cordisque dolorem, ut in lacrimas prorumperet, Deo gratias agens quia suae coecitatis cognitionem tribuerat; reconciliatusque cum uxore habuit benedictionis fructum, quo antea per multos annos caruerat, et hilaris ac in Domino consolatus venit ad inuisendum hunc Patrem, confidentia habita in suo Jesu filium eius futurum Domini seruum, quandoquidem eo tempore sibi concessus fuerat quando tanta in anima patris operatus est beneficia.

Inter eos, qui insequuntur domum regis, est quaedam principalis persona adeo indifferens et in Dei uoluntate resignata, ut libenter ostiatim mendicaret, si hanc esse Domini uoluntatem cognouisset, optatque opportunitatem ut possit humilibus et infimis uestimentis indui.

Alia in animum induxerat offensam magnam in Deum suum committere, ex qua satis scandali oriturum credebatur, eo quod ipsa erat bonae famae et notabilis persona, quae, Dei adiutorio et mediante eodem instrumento, malum iam in animo conceptum reliquit.

Alii etiam eiusdem similiter regiae domus, nec infimae classis, vitia, quae in huiusmodi locis solent esse communia, et in quibus permultos detinebantur annos, vitarunt.

In confessionibus audiendis est tanta frequentia et concursus, ut uix Patribus quieti locus uel minimus supersit, licet non desint qui tam in publicis quam priuatis concionibus de nostro instituto et Societate submurmurent.

Intra uigiliam et diem Ascensionis B. Mariae communicarunt, ut mihi ab iis qui hoc sciebant dictum fuit, ducenti, et confessiones multo plures.

Caetera exercitia Societatis nostrae, ut uisitare infirmos et in carceribus detentos, et alia, prout tempus suppetit, non intermittimus: de quibus quid in particulari scribam ignoro.

Tu, Pater noster in Christo admodum colende, ora Dominum ut ipsum tantum sciamus, et horum indignorum filiorum tuorum ne obliviscaris, qui in tuis precibus et sacrificiis el aliorum Patrum et Fratrum charissimorum commendatos haberi humillime petimus.

Ordinatione et iussu Patris Francisci [1] aliquando mittitur unus ex his Patribus Simancae *(sic)* ad concionandum verbum Domini, eo quod modo nullus sit ibi, qui hoc munus exerceat.

Nos gratia Christi valemus omnes.

Ex oppido Vallisoleti, Kalendis Septembris, anno Domini 1555.

D. V. R. P.

Seruus et inutilis filius in Christo,

LEON.

---

[1] P. Francisci de Bo...

CDXVI

lphonsus Lozano
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 1 Septembris 1555 [1].

A [2]

IHS

Muy R.do en Cristo Padre.

.a gracia y paz de Jesu Christo nuestro Señor sea en nues- :ontino fauor y ayuda. Amen.

.uiendo de escreuir á V. R. lo que estos quatro meses se a 10 en Valencia por los nuestros en Christo, breuemente primero lo que toca á nuestra desseada iglesia, en la qual liante el fauor diuino) se dirá missa el dia de la Natiuidad luestra Señora, y abriremos las puertas á todos, y adminis- se han los Sacramentos, lo qual esperamos será gran con- .o, así á los nuestros para que más libremente puedan exer- .r su ministerio, como á todos los que en el Señor nos aman. o haga todo como desseamos. Los impedimentos que nos taban acabar la iglesia mandaron los jurados tirar, y dieron 'e facultad que obrassemos; el Padre Rector [3] contó todo no passaua al Sr. Virrey [4], y él muy humanamente tomó el go de nuestro negotio, y ansi vino luego dos ó tres vezes á :stro Collegio, y recabó lo que desseábamos, y luego en pre- tia de todos mostró la affection que tiene á la Compañía, y

Autographae unico in folio, n. 467.
His litteris *A, B,* etc. distingui quandoque solebant apographa, ea praesertim : inter se in aliquo differebant.
Is erat P. Joannes Baptista de Barma, cujus dum aberat (abfuit autem longius et ›ius hoc anno), vices supplebat Antonius Cordeses.
Bernardinus de Cardenas et Pacheco, Maquedae Dux.

mandó nos diessen vna razonable limosna para la obra de la iglesia. Esto es, R.do P., lo que ay çerca la iglesia.

El Arçobispo de Valentia [1], que siempre nos ha tenido buena voluntad, como estuuiesse al cabo de vna repentina enfermedad que le dió, llamada angina, hizo donation á este collegio, por autoridad de justicia y notario, de dos mil y quinientos ducados; pero confiamos en el Señor le dará salud, como es desseada, y ayudará más esta casa.

Los de aquí todos, bendicto Dios, estamos buenos, y trabaja cada vno en su officio con la diligentia y fructo y exemplo que deuen: los estudiantes en sus letras: tambien los Padres con su caudal no hacen otra cosa, y entre otras cosas vno dellos confessó vn hombre al qual otro lleuó la mujer, y tornándola á cobrar se vino con ella á Valentia, y el que ántes la lleuara vino tras ellos, y passeaba muchas vezes por su calle de dia y de noche, y el otro le quiso algunas vezes matar con buen tiempo y oportunidad para ello, y viénesse al Padre diziendo que le auia de matar con sus proprias manos; pero el Padre tomó la mano de hablar al otro, y hízole confessarse, y le ofresció no passar por su calle, y que al puncto se iria de Valencia. Ansí mesmo de vna mujer que hizo matar á su marido, la madre del muerto pidia vengança della á la justicia, no sin gran perjuizio de su alma: otro Padre de los nuestros [la] apartó de su intento, y agora á menudo se llega á los sacramentos. Tambien quitó de mal biuir á otra muger que por largo tiempo estuuo fuera de marido, y voluió á su marido y alimpió su conscientia con los sacramentos. A otra honesta dueña que trataba dexar á su marido por la mala compañía que le hazia, mas con consejo deste Padre se determinó confessar, y antes morir que tal maldad hazer. Item hizo se restituyessen buena cantidad de dineros que se deuian avia muchos años, y procuró que un moço [que] por muchos años estaba amançebado se apartasse del pecado, y aun por más seguro se fuesse de la tierra. Ayudó ansimesmo que vna moça que mucho desseaba conseruar virginidad en alguna parte, y no la consentian los suyos, padres ni parientes, que [con] consentimiento dellos mesmos perseverasse en lo que auia determinado. Nuestro Rector prosigue la doctrina

---

[1] S. Thomas a Villanova.

ıristiana como suele con mucho contento de los oyentes y ucto de las almas: con mucha destreza ansí mesmo rige los ɛrmanos y con cordura y prudentia dispone todas las cosas de ısa y fuera, y finalmente da bien notitia á todos de su virtud bondad [1]. Tambien otro Padre que enseña á los niños la docina christiana, en los dias de fiesta va á la cárcel [á] enseñarla los pobres pressos, de lo qual se haze no poco fruto: quítales s juegos en que se ocupan, reprehende los juramentos y malctiones y denuestos entre ellos, y consuela con darles rosaos y confessar algunos dellos. Aquí tenemos agora tres exertantes en los exercicios y dos clérigos moços desean ser recibidos en la Compañía.

Esto es, R.do P., en lo que nos occupamos, y en confessiones ı nuestro collegio y en las iglesias de fuera y con enfermos; e cada dia cresce el número de los que comulgan. En estas y ;ras cosas semejantes que dexo de decir nos empleamos todos: ara que más en esto emprehendamos nos encomendamos en ıs oraciones de V. R.

De Valentia y Septiembre primero 1555.

De V. R. indigno hijo,

Alonso Loçano. †

Superscriptio in secunda pagina, alia ab Alphonsi manu:

†
HS Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M. Ignaçio de .oyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Valencia. Quadrimestres en romançe el p.o de Set.e

---

[1] Totum hoc, a verbis *con mucha destreza*, linea superducta cancellatum est, a oonam incertum; fortassis, ut fieri solebat, a Polanco, ne in apographa ad Societatis omos mittenda transiret.

Praecedentium Alphonsi Lozano litterarum latina versio [1].

A

IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi perpetuo praesidio nobiscum. Amen.

Cum sim scripturus, R.^{de} P., quae lucra proximo quadrimestri Valentiae nostri in Christo fecisse videntur, qua potero breuitate, exordiar a nostri templi structione, in quo (fauente Deo) celebrabitur sacrum proximo festo Natiuitatis sacrosanctae Virginis Mariae, cuius fores patebunt cunctis, tam mulieribus, quam viris: quos iuxta eorum desiderium eodem die sacramentis corroborabimus, caeteraque ministeria nostri instituti perfacile praestabimus: quod quidem expectamus omnibus fore gratissimum, tum nostris, qui liberius sua munera subministrabunt, tum his, qui nos diligunt. Faxit Deus optimus maximus omnia nobis secundum spem succedere.

Impedimenta, quae prohibebant quominus nostra ecclesia perficeretur, Patres reipublicae (omnibus perspectis) auferre mandarunt, plenamque facultatem aedificandi nobis benigne tribuerunt. Noster praefectus Proregi rei gestae causam narrauit, qui in omnibus humanissime sese paratum obtulit, nostrum negotium diligenter curauit: semel namque atque iterum huc accessit, et id quod cupiebamus, facile est consequutus: quo facto, idem Prorex suam (coram omnibus) erga nos benevolentiam significauit, iussit enim dari ad templi erectionem non mediocrem eleemosinam.

Haec sunt, R. P., quae ad templum nostrum spectant. Tum

[1] Apographum unico in folio, n. 466, ab eo exaratum, qui in praecedenti hispano exemplo superscriptionem apposuit.

tiam D.nus Archiepiscopus Valentinus, qui nobis fuit semper ›eneuolus, saepenumero eleemosynis nos subuenit: morbo quoam repentino hisce diebus correptus, huic Collegio dono dedit ublica auctoritate et scriptura duo millia et quingentos numıos aureos. Speramus tamen cito in pristinam salutem restitui, t multo plura his tribuere.

Reliqua silentio praetereo: at nos omnes hic recte valemus: .nusquisque praeclare suo officio fungitur: scholastici non me.iocri diligentia, profectu, ac exemplo, dant operam literis: tum t Patres, juxta virium naturam, quilibet laborat, (aliis enim ›missis) alter eorum semel cuiusdam hominis sarcinam peccaorum per confessionem audiuit, cuius vxorem maleuolus quilam rapuerat, qua recuperata, Valentiam se recepit; sed ille ›ost eos iter arripiens Valentiae reperit, eorum viam et ianuam ıoctu frequentabat, quem alter moleste ferens, bis aut ter manu .rmata ense evaginato, voluit confodere, tempore et loco id ›ersuadentibus; antea vero se ad Patrem contulit, perturbato .nimo dicens, se non posse continere, quin de eo supplicium ›ropriis manibus sumeret. Pater vero eum hominem accersiuit, uem ad confessionem prouocauit, qui et Patri fidem praestitit ›mnino viam eorum non praeterire, atque sublatum est pericuum interitus vtriusque et vxoris. Tum vero de quadam mulie'e, quae virum suum ab alio fecerat interfici, mater interempti ıpud judicem vindictam incunctanter postulabat, non sine ma;na sui animi iactura, et alter confessarius, ex nostris, a pro›osito evocauit, cuius persuasu crimina deposuit, et frequenter acere statuit. Alteram praeterea ad proprium virum fecit reıertere, quae per plures annos cum alio effrenata vixerat, eilemque Patri sine mora peccata narrauit: aliam itidem idem ’ater foeminam jurgiis, iniuriis atque verberibus viri fatigatam olatur, quem iam relinquere proposuerat, nisi Patris consilio esipisceret, modo vero singulis dominicis diebus ad confessioıem accedit: in his sane atque in aliis id genus multis (Christo .uspice) is Pater versatus, modo in sacrificiis, nunc exhortanlo, nunc in sacramentorum poenitentiae ac Eucharistiae miniterio.

Nec id silentio praeteribo, quod Patris eiusdem beneficio ontigit, summa enim non parua, multo ante debita, creditori eddita est. Tum vero adolescens concubina inuolutus, praesi-

dio huius Patris, non solum eam, imo vitium detestatus est; sed cum primum licuit, patria cessit: nec id demum praetereundum censui, puella enim quaedam ardenter cupiebat perpetuam virginitatem Deo consecrare, quam parentes conabantur avertere; at illa hunc patrem spiritualem consuluit, et eius fidei se credidit, quae postea, omnium parentum consensu, quod prius animo decreuerat, confirmauit.

Rector Collegii, vt hactenus consueuit, in doctrina christiana perseuerat, magno auditorum applausu et animorum profectu, qui etiam fratres mira dexteritate dirigit; cuncta denique domi, ac foris, industria, atque sapientia, ponderat, disponit, moderaturque: qualis itaque vir sit, satis compertum est omnibus. Praeterea alius Pater, qui doctrinam paruulis cantillat, detentos in carcere diebus festis eam docet, ex quo vberrimus fructus colligitur, ludos quibus oblectantur prohibet, juramenta et maledictiones atque conuitia reprehendit: aliqui eorum confitentur; tribuit illis Rosaria Virginis Mariae; eos demum modis, quibus potest, ad patientiam commouet, et solatur. Modo insuper apud nos tres in exercitiorum nostrorum palaestra sese exercent. Duo praeterea sacerdotes iuuenes Societati adiungi exoptant.

Haec sunt, R. P., quibus occupamur; in confessionibus etiam audiendis, tum domi, in templis, atque in priuatis aedibus; crescit denique in dies numerus communicantium. Hisce et aliis huiusmodi, quae persequi desinam, occupamur, atque nos omnes, vt longe his graviora aggrediamur, precibus R. V.trae plurimum commendamus. Vale.

Valentiae, Kalend. Septembris 1555.

R. V.trae inutilis seruus,

ALFONSUS LOÇANUS.

In secunda pagina haec tantum leguntur, alia tamen manu exarata: 1555. Valentia. Quadrimestres p.i Septembris.

CDXVII

Antonius Cordeses
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 1 Septembris 1555 [1].

IHS

Reuerende Pater in Christo.

C. [2]

Gratia et pax Jesu Christi Domini nostri sit semper in cordibus nostris. Amen.

Vt R. P.ti tuae morem geramus, vti decet, ea quae occurrunt quae scribantur breuissime comprehendam, ita ut quae iam alias nosti, non tam ueluti noua afferre, quam iam cognita in memoriam reuocare videar: alia uero, quae sunt praeter haec, eadem breuitate (nam temporis cogor angustiis) recensebo.

Iam ad te scripsimus, R. P., christianam doctrinam pueros a nostris edoceri; nunc autem quod hac in parte se offert, id est: tantos in ea pueri progressus fecerunt, vt qui eam docent, in admirationem maximam adducantur, cum multos, adhuc fere nescientes loqui, uideant in his, quae docentur, repetendis expertos; tamque gratum est omnibus exercitium hoc, ut etiam ii, qui antea se minus familiares nobis praestabant, nunc amicissimi sint effecti: dicantque ex animo saepius (ut eorum uerba transferam): "utinam abhinc mille annis collegium hoc

---

[1] Autographae duplici in folio, primo n. 515, altero vero non numerato. In iis tantum subscriptio, a verbis *R.dae P. Tuae*, et superscriptio videntur esse scripta a P. Cordeses.

[2] Hac littera C indicari videtur *tertium* harum litterarum exemplum.

fuisset erectum, nobisque, qui in eo fuere, plene cogniti.„ I
alios uberrimos fructus, qui ex hac re colliguntur, utpote
ros a primis annis piam doctrinam imbibere, aliosque mai
natu, quae hactenus ignorauerant, ediscere, est inter a
unus, omnibus quidem pergratus, quod inhonestae canci
omnes iam prorsus deletae sint, quarum loco, christiana
ctrina, quae suaui quodam modo ac honesto canitur, sit ir
ducta. Nec solum pueri et puellae per uicos doctrinam can
sed etiam ii, qui, solatii gratia, inter laborandum cantare s
bant, doctrinam christianam intercinunt, velut agricola
agris [1]: qua re factum est ut in aliquam sui cognitionem
ducti, antea nomine solum christianos fuisse fateantur: p
bus etiam, qui filios iam probe doctos habent, suauissimum
post prandium, uel alio recreationis tempore, canentes eos
dire: adiungunt quoque, quasi ludentes, filiis suis pueros a
efficiuntque vt unus eorum magistrum agat, alii vero disc
los, ita ut rem, ueluti fit in nostro collegio, repraesentent;
parum nec immodeste gloriantur se filios in hac re pe
habere.

Modus, qui in edocenda doctrina seruatur, is est: frater
e nostris, per uicos incedens, tintinnabulum pulsat, ut p
iam esse tempus accedendi significet: et cum populus h
paruulus, tam copiosus est numerus puerorum ediscenti
aliquando quadringentos excedat: tamque patres des
uti filii sui hanc saluberrimam doctrinam percipiant, ut
uel adducant in domum nostram, uel fratri, qui signu
committant; pueri tamen ipsi ita doctrina delectantur,
signo statim accurrant. Pueris tandem in unum locu
catis, Pater qui eos instituit, inquirit ante omnia dilig
aliquis eorum fuerit ausus iurare: qui si quem iuras
rit, eum blande corrigit, ac ne in futurum tale quid a
monet. Diebus uero festis rosaria uel libelli pii in p
qui aliis excelluerint, proponuntur, quo magis ac m
rum animi in discendi desiderium accenduntur: in
men sunt dies aliqui, propterea quod tempus, prae r
et nostris et pueris esset molestum.

Qui confessionem in nostro collegio frequenta

---

[1] Voces has *velut agricolae in agris* alia inter lineas inseruit r

magnum sit negocium nostris Patribus omnibus satisfacere. Aliquibus in egestate constitutis subuentum est: mulieri peccatrici ad Dominum conuersae, seque matrimonio colligare uolenti, dos est comparata. His proximis diebus Pater quidam cum fratre ad populos uicinos missus est, qui cum ad oppidum peruenisset, ita persuasit omnibus confessionem, ut sola confessariorum inopia factum fuerit, ne omnes peccata confiterentur: doctrinam christianam ambo docuerunt, atque, qui opus istud in finem usque deduceret, statuerunt: quam autem aegre tulerint oppidani eorum discessum, vix credi potest, magnam prius adhibentes diligentiam, ut eorum profectio in aliquos alios dies (quando menses non dabatur) protraheretur; cum vero iam diutius non possent eos secum detinere, magna praeclaraque dona illis offerebant, cumque nihil uellent accipere, multo magis sunt eos admirati.

Persuasum est a quodam fratre nostro omnibus, qui in hoc oppido sunt, ut libri omnes, qui uel inhonesta uel profana docerent, comburerentur, et eorum loco libri honesti, qui christianam pietatem redolerent, euoluerentur. Itaque multi sunt id genus libri in nostram domum allati: eis autem, qui nobis eos afferebant, pii dabantur, quo iactura suorum librorum (si lucrum potius non est nominandum) compensaretur: constituta denique die, omnes (qui complurimi erant) sunt publice combusti.

Aliqui externi exercitia spiritualia fecerunt; ex nostris uero, omnes in literarum studiis aliisque solitis exercitationibus uelut hactenus perseuerant: mira in eis profecto resplendet obedientia, mortificatio, perfectionisque desiderium: magis tamen ac magis eorum animi fuerunt aduentu P. Natalis accensi, summa cum diligentia regulas et constitutiones omnes obseruantes. Faxit Deus ut eius sanctissimam uoluntatem usque ad mortem exequamur, quod tu, R. Pater, ab eodem postulabis.

Gandiae, Calendis Septembris 1555 [1].

R. P. Tuae seruus in Domino,

Antonius Cordesses

---

[1] Haec verba a voce *Gandiae* tertia quaedam manus adjecit.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en Christo Padre el P. M. Ignatio de Loyola, Preposito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1554 [1]. Quad. Gandia. P.i Septembris.

CDXVIII

Petrus Sylvius,
***Ex commissione* P. Laurentii Cavaglierii.**
Patri Ignatio de Loyola.
Tybure, 1 Septembris 1555 [2].

† IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi semper adsit nobis. Amen.

Scribendi duplex argumentum offertur, in Jesu Christo R.de Pater, fratris, inquam, Valerii, scholaris (cuius vitae hic actae mortisque rationem his inclusi) optatissimus in coelestem patriam ingressus, et quadrimestrium actorum nunquam intermittenda relatio. De priore schedulam habes [3]; habe nonnihil de quatuor mensium collocatu.

Ordinem iam dumtaxat non alium seruabo, quam labilis ingratorum [4] memoria subministrabit. Quam diuersissimis de causis ad nostrum Rectorem P. Laurentium a quouis ciuitatis huius ordine concurritur. Quapropter cum Judaea quaedam plus minus septem annorum puella, a parentibus in christiana-

---

[1] Sic, et bene quidem ita esse potest; in his enim iterantur ea, quae jam ipse scripsit 31 Augusti 1554. (Vide supra, pag. 88 et seq.) Nos tamen has hic inserimus, quia perspicue scriptum supra habent annum 1555.

[2] Autographae in folio unico, n. 48.

[3] Hanc nondum reperimus; ejus tamen defectus supplebit satis POLANCUS in *Chronico*, t. v.

[4] *Ingratissimum* se in subscriptione appellat Sylvius.

rum ludum data, ita uel orationibus sacris, quae sunt in alphabetario libellulo, uel nostratium uirguncularum honestioribus moribus, uel denique arcano Christi Jesu (ut res postea docuit) lumine, deposita durae patrum ceruicis peruicacia, ab alio sane doctore non prouocata, Christo nomen in baptismo dare sitiret, idque unum curaret, ne matri suboleret consilium, ut *nisi tandem*, nec magistrae crederet; consultus a ludi gubernatricis marito Pater ab urbis praefecto Romam ut deduci posset ad catechismum impetrauit (Romae quid apud Cardinales Illustrissimos actum sit te credo cognoscere.) Maritus, huc reversus, in carcerem ut magni facinoris reus coniectus est non aliam ob causam quam *Qui pie uolunt in X.º uiuere*, nosti reliqua: uerum paulo post Patris auxilio sibi restitutus. Puellae, quam dixi, historiam texere non est huius negotii, sed *non potest abscondi ciuitas supra montem posita*. Eius meritis fratrem nuper morti deuotum, aliumque undecim annorum eius germanum, imo matrem ipsam Christo initiandos spes erat; quae quidem de primo (nostris peccatis id exigentibus) fefellit; de altero (qui nobiscum aliquot diebus rogatu cuiusdam doctoris cohabitauit) atque matre etiam num affulget.

Alii Judaei cur non conuertantur causa sit, tum nostra, christianorum mali mores, tum sua, ipsorum obdurata ceruix propriaque uoluntas.

Alias frequenter carcerem uisit Pater, uel hebraeos ad Christum adducturus, uel christianos nominis sui memores redditurus; nec uinctis solum, sed eadem opera et praefecto satellitibusque adiumento fuit.

Xenodochia et huic et aliis nostris uisitata saepius: consolati mirum in modum infirmi, cum nostri, tum exteri; nec die modo, uerum etiam nocte. Quotquot adit, cuiuscuius conditionis, cum discedendum est, non solum dolent, sed ingenue lachrymantes fatentur.

Aegrotorum hic cura altera est ut Andreas, medicus corporum, aduocetur aliusue, altera ut P. Laurentius; ut fere simul inueniantur medicus ciuitatis et Rector noster.

In concionibus dominicis dubites utris praesertim loquatur, uulgone an perfectionem profitentibus; ita nullos fructu defraudat.

Domi sic cuncta moderatur, ut nemo quid postulet, nemo

dehabeat. Ut semel dicam: curat esse quod audit. Pacis discip[illegible] lum profitetur; dedit operam, ut plures in gratiam mutuam re[illegible] dierint. Dispersorum creditur congregator; non paucos a mu[illegible] tis annis non confessos ad ecclesiae obedientiam reduxit. Sin[illegible] gula recensere, nec mihi scribere iubetur, nec T. P. legere u[illegible] caret.

Hoc tibi commendato, quem opera commendant tacente[illegible] de P. Petro [1] pauca dicam, sine cuius auxilio confitentibus [illegible] communicantibus (quorum numerus longe foelicior est expect[illegible] tione) satisfieri non potuisset, non modo iubilaei tempore, se[illegible] alio quoque. Praecipuus quisque ad nostros lubens sese confe[illegible] sit Doctor, sit oppidi administrator, sit alius nobiliorum octa[illegible]u quoque die communicantium utriusque sexus. Et haec hac[illegible]e nus, cum nec loci commoditas, nec ea Societatis authori[illegible]as esset, quas illustrissimi nobisque amicissimi in X.° Cardina[illegible]is Ferrariensis [2] aduentus mirum in modum auxit; qui nullo mo[illegible]o non voluit 25 Δ.ta [3] in eius parietis extructionem conferre, cui us extruendi facultatem uia, qua peteremus, videbatur ad tertium usque annum futura nulla: aegrotum nostrum, sed et nos dignatus est beneficiorum Dei facere participes: consilia P. Benedicti [4] quam auidissime una cum curia tota (quae res toti ciuitati maximo fuit uirtutum exemplo) diebus etiam prophanis (ut ita dicam) audire non est dedignatus. P. Benedictum secum prandere saepius cupiuit: publicis priuatisque subsidiis quanti iam faciat Societatem, una cum latus claudentibus Episcopis atque Archiepiscopis reliquaque aula, Tyburtino populo demonstrauit. Unde fit ut nullus nobis contradicat, imo foelix censeatur qui placere possit. Vides, Pater, quae quantaque a principe dependeant. Sensus pascat qui uidetur populi applausus fortassis: sed fidelis Deus, qui, ut sibi nunquam uoluit, quod pateretur, deesse, ita nec nostri obliuiscetur in finem: quin potius ut a Patre dilectus fuit, ita et nos diligi curabit. Quod totum ei committimus.

Fraternae correctiones fructu non caruerunt, ut nec priuatae praecipuorum quorumdam adhortationes.

---

1 P. Petro Pradenc.
2 Hippolyti de Este
3 Δ.ta, scutata.
4 Patris Benedicti Palmii. POLANCUS in *Chronico*, t. v.

Id mirare, Pater, magis; quotquot fere conuertuntur eodem statim quo nos alios conuertendi flagrare desiderio, adeo ut conuicia non metuant ulla, modo suos adiuuare possint. Quid miri? Nam uirtus est sui diffusiua.

Antonius [1] uenatur quotidie sedulo animulas, quas Christo lucrifaciat, et capit quidem: sua in omni re diligentia nos aedificat: rerum suarum ita satagit, ut uolupe tibi foret audire; sed qui isthinc huc accurrerint (ut fit interdum) etiam uidere poterunt re ipsa.

Antoninus [2], seu coquum agat, seu praeceptorem, seu fabrum, seu medicum, seu asinorum actorem, semper est sui simillimus, hoc est, perfectae obedientiae studiosus, ut iumentum dicas esse quale deceret omnis perfectionis professorem.

In utraque uero schola sementis quidem habita, sed messis nondum aduenit. Expectatur in patientia sed optima spe. Sunt e doctioribus, qui Despauterii primam secundamque partem satis probe calleant; sed inexercitatio facit ut non id praestent, quod nonnulli, minus foelicibus fundamentis jactis, exequerentur facile.

Nos consolatur quod dici solet iuuentutis moderatorem similem agricolae. Prima graecismi rudimenta capimus, postea magis serio graecaturi. Numerus horum idem est; sed unus accessit, et quidem olim P. Desiderii [3] discipulus. Duodecim elementarios exercuimus iam multis hebdomadibus in his, quae Despauterium audituris sint quam necessaria. In inferiori classe multi ad latinitatem praeparantur. Si omnia prosequutus essem, quae occurrunt, apertius uideres non omnino uanam fuisse spem, quam alio quadrimestri nunciabamus. Sed superiorum obliti ad anteriora tuis, R. P., freti orationibus sanctissimisque sacrificiis, quibus nos imprimis commendamus, conuertamur. Vale, R. P.

Tyburi, ex nostro Collegio, 1555 Calend. Septembris.

Ex commissione P. Laurentii,

indignissimus ingratissimusque filius,

Petrus Syluius.

---

[1] **Antonius de Robore.**
[2] **Antoninus de Henricis.**
[3] **P. Desiderii Girardin.**

CDXIX

P. Ignatius de Azebedo (?)
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipona. 1 Septembris 1555 [1].

†
Jesus

Reuerende admodum in Christo Pater.

Gratia et pax Christi habitet semper corda nostra. Quam breuissime exponam his literis, quae singulari Dei opt. max. beneficio per quatuor hos menses gesta sunt in hoc Ulyssiponensi collegio, et in praesentia geruntur.

Principio igitur integra omnes ualetudine sumus, nec animo minus quam corpore ualemus. Bona pars temporis (vt alibi scriptum est) confessionibus audiendis, concionibus ad populum habendis scholasticisque occupationibus impenditur. Magnum est omnibus diuinae quaerendae gloriae studium, et suae quisque et proximorum saluti diligenter consulit, quo omnis Societatis spectat industria. Diebus dominicis ac festis conciones crebrae habentur domi nostrae in magna auditorum frequentia, nec cum minore animarum utilitate, quibus de more absolutis, multi eorum qui audiunt, sese ad eucharistiam ardenti quodam desiderio comparant: quod nonnulli faciunt singulis hebdomadis, alii uero frequentius; quibus cum satisfieri non possit (magnus enim fit hominum concursus), in profestos dies confessiones differuntur, quamquam his etiam diebus multis occupationibus Patres teneantur, scholasticorum confessiones audientes. Caeterorum autem, quorum nuper memini, charitas non vulgaris moram omnem et molestiam patienter ferre solet: expectant be-

[1] Apographum in folio duplici, n. 528. Ex vol. anni 1556.

ieuolo, animo quousque Patribus nostris otii aliquid suppetat; accedunt tandem ad eucharistiam non cum minore affectione nentis et peccatorum suorum contritione, quam reliqui. Vocai Patres aegros inuisunt frequenter, eos audiunt, et amicis uerbis morientes confirmant et consolantur, quorum tantus numerus est, ut nonnulli nostro patrocinio, nobis inuitis, necessario leserantur, quam repulsam minus moleste ferunt, et inueterae nostrae consuetudinis et urgentium occupationum non ignari. Quanta uero sit horum hominum (de quibus nuper agebam) pietas et deuotio, egregium cuiusdam facinus uidetur declarare, qui cum non haberet quid erogare posset, subucula, qua erat ndutus, mendicum quemdam, opem et auxilium petentem, miro quodam amore donauit. Quae sane res indicauit quantopere ille n hac spiritali uia profecisset. Caeterum quamplurimi dominicis diebus caeterisque festis ecclesiam nostram frequentant, conciones illas audituri, quibus scholastici omnes more instituoque nostro christianam doctrinam edocentur, quas ubi attente audierunt, intenta acie mentis in Deum, in hoc nostro templo deuote meditantur, quousque nox eos inuitos et repugnantes expellat; in quo exercitio multi eorum alio etiam tempore uersantur, aliis curis posthabitis.

Porro amplissimi fructus ex scholasticorum confessionibus percipiuntur, siue uirtutis siue doctrinae rationem habeamus. Impense diligunt praeceptores; quo quisque nobilior est, eo libentius, paret et obtemperat; mira est inter omnes tranquillitas; nobiles et ignobiles nullo discrimine habentur; nec superiores inferiorum familiaritatem respuunt. Illud tamen mirari satis non possumus; multos scilicet illorum esse, qui, nullis coacti legibus, extraordinario tempore sacramenta frequentant. Nouimus enim horum adolescentum ingenia, qui non facile ad uirtutem traducuntur, neque in ea traducti retinentur.

Praeteritis hisce diebus christianae fidei religiosissimi censores, quos inquisitores uocant, cumque his regius frater Cardinalis [1] a Patre Mirone [2] multis precibus contenderunt vt nonnullos ex nostris in carcerem mitteret, qui uinctos omnes domi-

[1] Henricus Cardinalis et Archiepiscopus Eborensis.—Post verbum *Cardinalis*, scriptum in apographo est *et infans, quos dicunt;* sed haec verba lineis superductis suppressa sunt.

[2] P. Jacobo Miron, Provinciali.

nicis ac festis diebus salutaribus praeceptis informarent, quibus iusta petentibus negari nihil potuit: nunc enim fratri cuidam, nunc Patri, hoc negotium dabatur, quos uincti summa alacritate et laetitia excipiebant. Hunc arbitror laborem Deo opt. max. non ingratum fuisse, tum quod externi spiritaliter aedificabantur, tum quod magnam utilitatem auditores percipiebant. Tanta est inibi fex et sentina malorum, tanta hominum multitudo et uarietas, judaeorum, maurorum, haereticorum, ueneficorum, qui anteactae uitae poenitentia ducti peccatorum suorum poenas in uinculis luunt; quod si ulla fiebat intermissio, cum aliae emergerent occupationes, summo propemodum dolore affecti uehementer rogabant ne se deseri neue tanto commodo priuari pateremur.

De his rebus hactenus; nunc ad studiorum nostrorum rationem redeo. Praeceptores, quanta quisque potest industria et diligentia, contendunt non minus literis quam uirtutibus adolescentum animos excolere; qua in re et sibi et discipulis plurimum proficiunt; nec bonorum authorum, quos publice enarrant, lectione contenti, horis succissiuis alios utriusque linguae authores euoluunt. Non exiguus est ingeniosorum adolescentum prouentus, quorum multi magnam de se spem quotidie excitant. Neque desunt nobili loco nati adolescentes, qui et ingenio et industria non sunt caeteris inferiores. Maior in dies concursus fit, maiorque omnibus cupiditas incessit; neque enim aestus saeuitia ullius unquam studium retardauit quominus frequentes uenirent; quo tempore mira paucitas esse solet. Humaniores literae septem classibus edocentur. Theologiae casus octauam occuparunt. Crescente autem scholasticorum numero, adeo ut capere uenientes subsellia non possent, singulari Patris Mironis consilio cautum est ne ulli aditus esset, nisi iis, qui ad superiores classes aspirarent, cum in inferioribus magnae essent angustiae. Quingenti igitur plus minus in publicum cathalogum relati sunt; quinque et uiginti excipio adolescentes, qui ex prima classe ad grauiores capessendas disciplinas prodierunt, cum in graecis et latinis non parum promouissent; alii ad ingenuas artes, alii ad iurisprudentiam animos adiecerunt. Vrgente autem uere, vt contracta lassitudo leuato onere tantisper leuaretur, binae singulae *(sic)* praelectionibus dabantur horae, quo tempore quidam ex nostris eas perceptiones in magna auditorum coro-

ıa enarrandas suscepit, quas Joannes de Sacro busto breui li-
›ello *de sphaera* conscripsit [1] et cum summo omnium applausu
ıd extremum usque perduxit.

Rex interim post longam et diutinam deliberationem Aca-
lemiae conimbricensis collegium Societati nostrae committit et
radit [2]. Pater Miron plurimos ad se ex ea Academia et fratres
:t patres euocat, quos Ulyssiponae instructos et exercitatos,
ın eamdem postea Academiam remitteret; cum enim liberalibus
ırtibus et theologiae eo tempore operam nauarent, non ita erant
humanioribus literis imbuti, ut instituendae iuuentuti idonei ui-
derentur. Vicit autem longam dessuetudinem nonnullorum die-
rum exercitatio. Caeterum minor erat praeceptorum numerus
quam ut explere omnes classes posset. Ad patrem Franciscum [3]
Pater quidam mittitur, qui rem omnem a principio narret, ut
quid esset in tanta penuria decernendum breuissime constitue-
ret; quae dum Ulyssiponae geruntur, quidam pater ex his qui-
bus id muneris erat iniunctum, morbo consumptus obdormiuit
n Domino, quem tuis orationibus satis arbitror esse commen-
latum.

Iamuero uix dici potest quot quantique ei illiterati et literati
.dolescentes ad Societatem aspirent, quibus si aditus pateret,
›lena et referta essent huius prouinciae collegia, caeterasque
›rouincias multitudine uinceremus. Est sane quod Deo opt. max.
mmortales gratias agamus, siquidem omnia Patris Mironis
ırudentia ita gubernantur, ut ii soli in nostrum numerum refe-
antur, quorum multo usu cognita uirtus et perspecta satis est,
uosque sperat instituto nostro satis idoneos futuros. Eorum
ıutem, qui nostris scholis literis incumbebant, sex ingenio et
ıirtute praestantes iuuenes non prius sunt admissi quam eorum
›arentes certiores facti et nobis et literis integram potestatem
ecerunt; multi praeterea externorum, quos certo numero com-
›rehendere nequeo, diligenter examinati, partim Conimbricam,
›artim Euoram, jussu Patris Mironis, missi sunt; quae ex

---

1 *Sphaera materialis* a Joanne Halifax de Sacro Bosco († 1256) conscripta. Cf. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 415; et HANSEN, l. c., pag. 321, ubi, annot 2, lectorem remittit ad GUNTHER, *Geschichte des Mathematischen Unterrichts*, pag. 184.—Illis temporibus ubique fere *Sacro busto*, ut hic, appellatum reperimus.

2 Vide TELLEZ, *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, parte II, lib. VI, cap. 18.

3 P. Franciscum de Borja, Commisarium.

utriusque collegii literis plenius et cumulatius poterunt intelligi. Reliquos uero, qui simili desiderio tenentur, ad uirtutes excolendas, quantum in nobis est, adhortamur; nec omnem prorsus spem abiicere permittimus. Speramus fore ut nostrae aliquando Societati et incremento et accessioni sint futuri.

Habes, admodum Reuerende Pater, quae ad has quadrimestres literas pertinere uidebantur. Reliquum est ut rerum omnium auctori pro tantis in nos beneficiis ingentes gratias et agamus et habeamus; quem pro tua in nos pietate precari ne desinas, ut hoc confirmare uelit, quod operatus est in nobis. Ad extremum quotquot Ulyssipone sumus non exiguam spem in tuis orationibus et sacrificiis habemus, quibus nos omniaque nostra magnopere commendamus.

In collegio S.ti Antonii, calendis Septembris 1555 [1].

In quarta pagina, alia manu: Quadrimestri del Collegio de Lisbona.

Et alia: Credo sia del Genn.° *(sic)* 1556.

---

[1] Haec, a verbis *In collegio,* addidit manu propria Polancus.—Caret subscriptione et superscriptione. Vix tamen esse dubium potest quin a Patre Ignatio de Acebedo, Ulyssiponensis Collegii Rectore, scriptae sint, aut ex ejus commissione.

CDXX

Nicolaus Bellefille,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 2 Septembris 1555 [1].

Jesus

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi cum omnibus no-
›is. Amen.

In his, quae breui compendio enarrari possunt (obseruandis-
ime Pater) longas contexere orationes superuacaneum omnino
ideretur, apud eos potissimum, quorum promptam ingenii so-
ertiam laconismis delectari compertum est. Quapropter pro-
ressus nostros quadrimestres summatim, quantum fieri pote-
it breuissime, perstringemus, ea leui pede praetercurrentes,
uae molestias potius ingerere posse, quam voluptatem suspi-
amur, quamuis si perpetuo et in omnibus, vt strenuos decet
hristi milites, animum intendamus ad Coryphaeum et autho-
em nostrum, cuius nomine arduos subire labores et aduersa
equo animo tolerare est gloriosissimum et immarcessibili di-
num corona, nihil non jucundissimum et obuiis vlnis ample-
andum nobis obortum esse conqueri poterimus. Quin potius
um Paulo et exultabimus et gloriabimur in tribulationibus
ostris, quarum meminisse olim non mediocriter iuuabit; vtque
ım plurimum nos exhilarent, recreent et consolentur, cui igi-
ır haec audire molestum erit? Cum suo etiam fructu non ca-
eant, sed tanquam palma quae oneri succumbere nescit, quo
ıagis opprimitur, vehementius in altum contendit. Virescit
amque vulnere virtus, et quo vehementiores sunt contradictio-

[1] Autographae, totae manu Nicolai, duplici in folio, nn. 324 et 325.

nes, maiorem nobis animum addunt. Nuncque demum maxime confidimus futurum aliquando, vt, si vsquam locorum, hic et celebretur et floreat Societas; nec solidiora desideramus argumenta quam istos (cum Domini negotium geramus) continuos insultus, quibus vndique obruimur; difficilia enim sunt (vt trito prouerbio fertur) quae pulchra. Quandoquidem qui discordiarum, litis et malorum omnium est author, et bonorum perturbator, ac euersor, salutis hominum osor, praeuidens quodammodo fructus, qui hinc in horreum dominicum augeri poterunt, nullum non pro more suo mouet saxum vt nos deturbet: ingens ille draco rufus, continuo stat ante mulierem parturientem, vt statim partum ipsius deuoret; sed, eo inuito, in coelum rapietur partus, nec poterit mulierem ipsam aquis obruere, diuina eam protegente gratia.

Omnium certe conciliauit animos, ut pusillum gregem discerpant et disperdant, quemadmodum vobis aliqua ex parte innotuisse arbitramur. Omnia tamen per Dei gratiam adhuc integra sunt. Mitto quod antea ita commouisset et senatum et theologos, vt non erubescerent palam et publice proclamare nos, flagris per compita caesos, profligandos esse. Sed et tum qui iuxta summorum Pontificum statuta murus aeneus nobis erat et contra omnes aduersas calumnias esse debuerat, adeo infensum reddidit, vt non solum non auxiliatrices manus exhibuerit, verum et conatus nostros et institutum funditus et euertere et delere sit conatus; quod cum dudum alta mente repositum asseruaret, tametsi multoties variis ostendisset argumentis, nondum tamen attentare fuerat ausus, donec se tanquam inexpugnabili propugnaculo sorbonica censura instructum senserit. Tum demum, quasi solidissimis fundamentis innixus, aduersum imbelles omnem vim suam atque alienam experiri non dubitauit. Contra ius omne in ius conuocando, vbi neque ius locum vllum habuit. Quid? pulchrum enim fuit eius vicariis insontes, indicta causa, probris statim ac contumeliis pene infinitis vexare, lacerare ac discerpere, hypocritas, schismaticos, conuenticularios, nouarum sectarum authores vocitare. Quid postea? Censuras ecclesiasticas vltro citroque fulminare, carcerem minitari, et interminare cum imploratione armorum saecularium ne in posterum vel religiosos vel fratres nos diceremus aut vllo pacto Religionis formam obseruaremus iuxta ritum instituti

nostri, nec sacra faceremus, aut audiremus confessiones, aliaue huiusmodi sacramenta exerceremus, vt abunde in eorum edicto declaratum est. At truculenta eorum vesania deflenda certe magis mihi videtur quam pluribus exprimenda. Innumera enim subticeo, quae absque stomacho nec recenseri, nec audiri possunt.

Interea autem a praeclaris eorum edictis atque inhibitionibus ad Sedem Apostolicam prouocauimus praeter eorum spem, vt qui ad Archiepiscopum nos pertrahere conarentur. Quare cum sese ita laeuiter delusos et sua expectatione frustratos esse viderunt, qui aliis cruces parabant, cruciari misere ipsi coeperunt et angi, sed et literas prouocationis, quandiu potuere, concedere protraxerunt. Multis etiam molestiis ipsum Patrem nostrum [1] (quod ad se adire alternis diebus compellebat) afficientes frequentissime; cuius tamen importunis solicitationibus obsistere non potuerunt, et quem prius minis deterrere nitebantur, iam blandioribus verbis demulcere studebant, vt Episcopi imperio institutum nostrum subiiceremus.

Cum autem tot procellis et fluctibus obrueretur cymba nostra, suasu praestantissimorum virorum, ab audiendis confessionibus apud S. Germanum, quo accedere consueuimus, aliquantisper cessatum est, ne gladio ignem confodere videremur, quousqe diploma prouocationis ad Sedem Apostolicam (quod ad nostri tuitionem necessum erat) extorsissemus. Nec tamen inter tantas vndas ac tempestates agere remos, quantum suppetebant vires, destitimus, nec minus quam antea spiritalibus negotiis insudauimus. Consiliis piisque exhortationibus, quotiescumque fieri commode potuit, et pernoctando apud infirmos, et dum animam agerent corroborantes cum magna omnium aedificatione, quod rarum sit et pene inauditum, vt ita libere et gratis ac sine vlla remuneratione nos alienis obsequiis deuoueamus.

Obseruandissimus autem Pater D.nus Paschasius, qui nullis adhuc potuit cogi habenis quominus suae vocationi satisfaceret, nunquam minus otiosus, quam quum praescriptum et iniunctum fuit ocium. Monialium liberius frequentabat monasteria, quas multum promouit in confessionibus et priuatis exhortatio-

[1] P Paschasium Broët.

nibus. Praeterea etiam inuisere coepit eos, qui propter scelera sua coniiciuntur in vincula, cum Episcopatus, tum senatus[1], cum maxima miserorum et applausu et consolatione, apud quos aliquando sacrum fecit: frequenter autem illorum audit confessiones, quod certe hactenus insolens fuit, vt quibus semel in anno confiteri (nisi iis qui ad tormenta rapiebantur) erat consuetudo, sed tanquam bruta animantia ibi degebant ignari, nec curantes vllo modo quae sunt spiritus, nec quae christianum decent. Jam vero per Dei gratiam mira facta est metamorphosis, ut quae aloga antea erant, homines efficiantur, nouumque vitae genus instituant. Hoc peperere inhibitiones nobis factae. Itaque diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ex malis enim bona elicere norunt et omnibus bene vti.

Postquam autem diploma prouocationis extorsimus, reclamantibus pene omnibus amicis, quod nobis grauissima pericula imminere viderent, ne videlicet in carcerem coniiceremur, aliisque pluribus molestiis vexati exploderemur, sublato omni metu, et diuino honori, vincula, carceres, ceteraque id genus, quae in nos poterant moliri, postponentes, diuina spe freti rursus ad S. Germanum reuertimur, et Instituti nostri munia, vt prius, obire pro viribus nitimur. Verum non pauci eorum, qui nos accedere consueuerant, et sacram communionem frequentare et nobiscum familiariter conuersari, quique non vulgares progressus in pietate fecisse videbantur, tum iuuenes, cum matronae, orta tempestate succubuerunt et defecerunt in tribulationibus nostris, partim censura Episcopi deterriti, partim suasu et consilio reuocati quorumdam Doctorum, qui nullis parcunt technis vt nos inuisos reddant et suspectos omnibus cuiuscumque status et ordinis, ipsos conuenerunt principes, praelatos, et aulicos pene omnes, eos autem maxime, quos aut fauere nobis, aut bene erga nos affectos suspicantur, sinistra, impia, scelerata, vbique de nobis improbe euomentes: quare mirum quam male apud omnes audiamus, hypocritas, schismaticos, arrogantes, contumaces, pacis ecclesiae perturbatores, nos proclamant. Quid superest? Si denique facile aures exhibuisset, aut assensum praebuisset Regia Maiestas, imo nisi re-

[1] eos, qui... conjiciuntur in vincula, cum ab Episcopo in carcere ecclesiastico, tum a Senatu in civili, seu saeculari.

stitisset multorum oblatratibus et calumniis, iamdudum extra Galliam profligati fuissemus. Adde quod aulicae mulieres, huiuscemodi calumniis obrutae potius quam imbutae, in nos etiam coram Rege debacchantur, nec verentur nec erubescunt insanas sententias effutire et impudentissimo atque impuro ore nos dilacerare.

Tantam nobis conflarunt omnium inuidiam doctores, neque tamen adhuc cessant iurisperitos exacerbare et totis conatibus concitare, imo et ipsum vulgus, suas perpetuo et Episcopi censuras iactitantes vt nos tandem deiiciant; in ore omnium, siue nobilium siue ignobilium, praelatorum seu priuatorum, eruditorum ac rudium fabella sumus. Nullum celebratur conuiuium, nullum prandium, nulla coena, in quibus mille modis non dilaceremur. Vel ipsi professores sacrae theologiae in suis praelectionibus non raro inuehuntur in Institutum nostrum. Si omnia quae dicuntur et obiiciuntur recensere studerem, totum me deficeret tempus.

Sed nec silentio praetereundum quod non dudum ad nos quasi schismaticos sorbonici quemdam fidei inquisitorem Augustiensem *(sic)*, virum sane probum ac mansuetum mandarunt, qui ne suo deesset officio minusue suscepto oneri satisfaceret, alium accersiuit virum doctissimum ac syncerum, vt Institutum nostrum explorarent. Vnum ex fratribus conueniunt, cui diuturna experientia clara erant omnia, quem quum singillatim interrogassent quam dudum et a quibus haec esset instituta Religio, circa quae potissimum versaretur, de forma conuersationis, victus et habitus, et vtrum omnes sine aliquo discrimine, Religiosi, facinorosi, excommunicati, schismatici, et caetera id genus admitterentur, quibus etiam votis astringeremur, quando profiteremur, quas haberemus probationes; item de studiis aliaque permulta, quae recensere longum esset: quibus omnibus ita satisfecit dictus frater, vt tandem obstupescentes admirarentur, vnde tot calumniae improbique nascerentur rumores, quantumque periculosum sit eis assensum praebere acclamarent. Itaque cum maxima congratulatione Institutum nostrum comprobantes, humillime veniam deprecabantur, quodque non maleuolo animo accessissent, sed id sibi ex officio incumbere; et quinam essent, fratri cui omnino incogniti erant, manifestarunt, et obnixe sese piis omnium suffra-

giis commendarunt, qui cum ad suos rediissent, ac nihil non orthodoxum, non pium, non sanctum, reperisse testarentur, illi denuo suam censuram obtrudentes, nouos ingerunt scrupulos. Quare ipse inquisitor fidei iterum ad nos reuersus sibi diplomata nostra ostendi deprecatur, dubius nobis ne an theologis fidem adhibere debeat. Cumque sese habere omnia, vt a fratre acceperat, comperisset, non poterat non succensere in theologos, quos cum excusare quodammodo conaremur, quod non satis ea intellexissent, ipse autem: "quis, inquit, adeo rudis qui haec non percipiat? Nam et mihi, quantumuis ignaro et imperito, satis clara sunt omnia.„ Et sic totus cogitabundus discessit.

Haec sunt (Pater obseruandissime) praecipua, de quibus visum est Paternitatem Tuam esse monendam, duabus de causis, quarum prima, obseruatio praecepti tui, quo nobis praescriptum vt de rebus lapsu temporis succedentibus te ad veritatem faceremus certiorem, et qualiter nostrum se habeat negotium. Altera, vt unanimi intentione Domino Deo pro his, qui ita nobis insultant, iuxta doctrinam Domini nostri Saluatoris identidem preces fundamus, non futuras quidem calumnias vllo pacto, meriti argumentum, formidantes, sed quod cedat illis ad animae detrimentum. Igitur nobis consultum est hilari animo insistendum precibus, quo tandem cacoëthes illud deponant, et a cacologiis cessent assuetis. Res sane lachrymarum fonte deploranda, videre christianos fratres in errore obfirmatos esse, a quibus quodammodo synceritas fidei in Gallia videtur pendere, et ita caecutire vt dicant bonum, malum, ponentes lucem tenebras, quod certe tendit ad interitum. Quandoquidem qui se sanum putat, consulit medicum nemo: enimuero sine charitate nullus saluabitur. Ecquis diceret, insontes persequi, charitatem esse? Et quamuis malum reuertatur in caput irrogantis (liuidus enim patienti nequaquam infert iniuriam, sed tantummodo sibi), quis tamen hominem debere suo benefactori, et suppeditanti ea, quae ad humanam vitam faciunt, bene precari negabit? Vita nostra quae est abscondita in Christo, nonne ea est vt pro Domino Jesu contumeliam patiamur? Non igitur dubium est quin illos (a quibus vita nostra incrementum accipit in dies) commiseratione et amore prosequi debeamus, quamquam actus illorum videantur secedere a vero tramite rationis. Trahat post se

Dominus Jesus pro sua diuina clementia christiano nomine insignitos, vt curramus omnes in odorem vnguentorum illius, vno ore, concordi jubilatione et mente syncera perpetuo illi depromentes laudem.

Hic finem verbis imponam, R. P., Tua interim Reuerentia nos Deo opt. max. (si placet) commendabit, quatenus dignetur sua inenarrabili bonitate nobis in his procellis suppeditare vires, ne ab aliquo nostrum vnquam victoriam reportet antiquus hostis, dicens, *praeualui aduersus eum*. Nec exiguam spem habemus in orationibus R.doium Patrum ac fratrum, qui istic agunt, quibus speramus nos adiutum iri.

Vale feliciter, R. P. in Christo Jesu, cui honor et gloria in omni aeuo.

Lutetiae Parisiorum, die secunda mensis Septembris 1555.

De commissione R.di D.ni Patris Paschasii,

R. P. T.

Seruus indignissimus,

NICOLAUS BELLEFILLE.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Xpo. Patri D.no Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis nominis Jesu in aedibus Beatae Mariae della Strada. Romae.

Alia manu: 1555. Parisiis. Quadrimestres 2 Septembris.

Vestigium cerae sigilli.

CDXXI

Angelus Pullicinus,
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 3 Septembris 1555 [1].

†
Jhus.

La somma gratia et amor eterno di X.° nostro Signor sia sempre nelli cuori nostri. Amen.

Molto R.do in X.° Padre.

Hauendo io da render conto alla R. P. V. per ordine della santa obedientia di tutto quello che tra questi quatro mesi già passati per la diuina bontà s' è qua operato, mi par conueniente cominciare dalli scholari nostri, delli quali alcune cose occorreno, che sono di molta edificatione. Percioché, oltra il frutto ordinario che per l' Iddio gratia hanno fatto et fanno nelle lettere, essercitandosi al spesso con noui essercitii, et nel spirito per li mezzi costumati, molti sono di loro, li quali s' han dato con gran feruor' alle cose spirituali, di modo ch' altri si confessano et communicano di 15 in 15, altri di 8 in 8 giorni, uiuendo con buona edificatione delli prossimi. Alcuni s' han confessato generalmente con proposito di fare per l' aduenire meglior uita. Altri d' essi li giorni passati si sono fatti frati, altri di altre religioni, doue al presente perseuerano (come crediamo) nella uita spirituale et religiosa secondo la loro uocatione.

Molti più sono, li quali fanno molta instanza per essere riceuuti nella Compagnia, delli quali alcuni sono assai nobili, et di molti buoni parti; ma l' intreteniamo con buona speranza, parte per meglio far proua della lor constanza, parte per espet-

[1] Autographae duplici in folio, nn. 240 et 241.

᷾ il consenso delli parenti; la qual cosa se non fosse, alcuni
r il grande desiderio che tengono, si sforzarebbeno ad un
rto modo contra uoluntà del padre di restare nel collegio.
ıesto l' hauea tentato uno giouane di molti buoni parti, lo
ale però fù da nostro Padre [1] mandato uia con gran difficultà,
rciochè detto Padre non l' ha uoluto riceuere contra uoluntà
lli parenti: et questo è detto delli forastieri.

Li domestici s' essercitano in casa con noui et uarii esserci-
, et uanno per l' agiuto del Signore sempre inanzi, non solo
lle letere, ma etiamdio nel spirito, mettendo molto studio et
ligenza, principalmente in acquistare le virtù, et l' acquistate
nseruare; de maniera che sono in essempio a quelli di fuora,
nto di dottrina, quanto di buona uita.

Nel collegio siamo tutti 32, otto Padri, gl' altri laici; tutti oc-
pati nell' officii necessarii. Le prediche, le quali si sogliono
e le domeniche et feste nella chiesa nostra, si frequentano
nostro Padre con molto frutto de gl' oditori. Dal me-
simo Padre ogni uenerdì si legge la dottrina christiana con
n minor' utilità et frequentia d' oditori. Non s' è lasciato, nè
lascia di predicare nel nuouo monasterio [2], in quello delle
nne conuertite, nell' hospitale de gl' incurabili, una parte del
npo all' huomini, l' altr' alle donne, che nel medesimo hospi-
ıe in un luogo appartato se curano; et per la gratia del Si-
ıore si fa assai frutto, il quale si cognosce nella mutatione
lla uita et frequentatione delli santi Sacramenti.

Nel Giubileo che pochi giorni fa s' è publicato, li Padri hanno
ato grandemente occupati in confessione per la gran moltitu-
ne d' i penitenti, benchè nella Madonna di mez' Agosto fos-
ro stati non molto men' occupati. Per la qual cosa con tutto
ıe fossero 6 Padri di continuo dalla matina a buon hora impe-
ti, per insin' a decennou' hore et venti, et dopo non molto dal
anso insin' a duoi et tre hore di notte, non si bastò però a
ıtti sodisfare. Quelli che se communicorono la domenica, la
ıale seguitò, nella chiesa nostra, sono stati più de 400; con tutto
ò, una buona parte di quelli che si confessorono alli nostri
adri, si communicò, parte nella madre chiesa, parte nelle sue

[1] P. Paulus d' Achillis Rector.
[2] Vide Polanci *Chronicon*, t. III, pags. 226-228, nn. 497-502.

parochie, per non s' hauer possuto commodamente da noi co municarse.

Molte confessioni generali sonno state udite li giorni pass con grande utilità delli penitenti, non solo di laici, ma etiamd di Monache. Perche in molti monasterii sonno chiamati alcu delli Padri per la detta causa: l' Abbatesse delli quali portan gran reuerenza ad essi, et quella non senza molto timore, pe ciochè hanno paura che quelle, le quale si confessano con ess non si facciano monache del monasterio riformato, al qua molte con gran desiderio domandano d' esser riceuute per ma gior frutto spirituale dell' anime loro. La medesima causa è p che molte donne principale non uengono alla chiesa nostra p confessarsi, timendo li loro mariti, poco timorosi del Signor la mutatione della uita d' esse mogli, dicendo che quelli, li quali si confessano alli nostri Padri, di mondani diuentano relligiosi, di carnali spirituali. Lasso molti che s' hanno confessati per non hauere rimasti sodisfatti della confessione fatta in altri luoghi, li quali, fatta la confessione, si sonno da noi partiti non poco per la gratia del Signore consolati.

Ma per uenir' alle cose più particolari; tra quelli, che si sonno confessati questi giorni, vn' è stato, il quale con tutto che hauesse da molto tempo determinato d' ammazzare la sua moglie, confessato che si fù, mutò lo proposito et la uita. Vn' altro fù, il quale quasi tutto il tempo della sua uita si era confessato fittamente, lasciando per uergogna di manifestar' alcuni delli più graui peccati al confessore, nondimeno mai lasciaua di confessarsi et communicarsi al spesso, come non hauesse peccato alcuno in se che li grauasse la conscienza. Confessandose dunque costui con vno delli Padri et essendo per manifestar il suo peccato, cominciò prima per inganno del demonio a tremare, et dopo sudare per gran fatica, la qual senteua dentro di se, di modo che quasi due hore stette dinanzi che si confessasse intieramente con gran trauaglio suo et del confessore, il quale non cessaua essortarlo, et alla intera confessione, et alla oratione, per la quale quella dal Signor potess' impetrare. Confessato che si fù, se partì per la diuina misericordia grandemente consolato. Tre donne, le due delle quali da tre anni et mezzo, et la quarta *(sic)* da quatro et alcuni mesi de più, non s' erano confessate, stando in adulterio, se confessorono con molto penti-

ıto della passata uita, di maniera che non solo allontanatese
li lor' adulteri hanno cominciato a confessarsi spesso, con
posito di frequentare questo Santo Sacramento; ma ancor'
ı di quelle, per più fermeza nel suo proposito di uiuere casta-
nte, alquanti giorni dopo la confessione, fece uoto *sponte* di
tità. Dell' adulteri ancor' uno propose con assai buona uo-
tà, di ritornarsene al suo paese, ritornando alla sua moglie,
uale per amore dell' altra falsa moglie hauea deliberato las-
e dell' in tutto. Il numero di quelli che da 2 anni et mezzo, 3,
, 6, 9, 12, finalmente mai s' erano confessati, per hauer stato
ıi grande, non ci occorre; tutti questi si confessorono con
t' emendatione della uita loro: et questo basta quanto alle
fessioni d' hauer scritto.

Jn giouane di molte buone parti, delli più richi et nobili
a terra, li giorni passati ha fatto l' essercitii, et si deter-
ò farsi delli capuccini. Vn' altro che si soleua confessare
un Padre delli nostri, come lo già detto giouane, mosso dal
ıore per farsi frate delli capuccini, con tutto che dalli pa-
i et amici fosse con diuersi modi et mezi impedito, non di-
ıo dispregiata la carne, dispregiato il sangue, se n' andò al
derato conuento delli detti capuccini, non a quello ch' è ui-
› alla città, ma un' altro ch' hanno detti frati in Castrogio-
ne [1], acciò tanto più tranquillamente et perfettamente ser-
e Giesu X.° quanto fosse dalli parenti più lontano.

Del nouo monasterio [2] non tacerò alcune cose tra molte che
: se potrebbeno, nel qual par ch' il Signore operi mirabil-
ıte, perciochè, dopo la felice intrata di quelli XI, delli quali
crisse alla R. P. V. nell' ultime letere che fù con molto gran
corso d' ogni sorte di genti, alli quali con assai sodisfattione
utti predicò il P. Don Paulo, Rettore, son' entrate altre tre,
e quali una è delle più nobili et ricche di questa città, Ba-
issa qua la domandano, donna molto prouata et di grande
denza. Et benchè fin qua fossero stati molti di quelli che ri-
cauano leuarl' il buono et suo santo proposito, non dimeno,
fortata dal Signore, virilmente quelli superati et tutti l' al-
impedimenti, finalmente con sua grandissima consolatione
rò nel desiderato monasterio. Ha dato alla sustentatione di

Castrogiovanni, oppidum in medio Siciliae, non longe ab urbe *Caltanissetta*.
Vide supra, pag. 514, annot. 1.

quello venti et sett' oncie d' intrata, et perpetua rendita ogni anno da pagarse: va di ben' in meglio con tutte l' altre sorelle, delle quali alcune poco tempo è fecero la lor' professione et prouocano l' altri ad imitarli. Habbiamo al presente diece vergini, delle quali sono alcune di nobil sangue, che fanno grande instanza per esser riceuute; speriamo nel Signore, ch' alcune presto se riceueranno.

Molte altre cose lasso da parte che di loro si potrebbeno dire, delle molte elemosine che se sonno fatte a poueri, di molti (la qual cosa conueniua dire di sopra) che quasi disperati della salute loro, uenuti alli Padri, per confessarsi, si sonno dopo la confessione partiti molto consolati, et ripieni di speranza; perche dubito non essere troppo prolisso. Questo dunque solo dirò dinanzi che metta fine alla presente, che quel moro, del quale si scrisse vltimamente essersi battizato, serue ancora nel collegio con assai diligenza et ua sempre in meglio nella uia del Signore con feruor' et desiderio tanto, che dona grande edificatione, non tanto alli domestici ma ancor' alli forastieri. Sia di queste et de tutte l' altre cose ringratiata la diuina buontà, le quale s' è dignata operare per suoi uilissimi instrumenti, dond' ogni cosa buona procede, come d' un indeficiente fonte, alla quale sia data la gloria et honore in ogni tempo. Amen.

Queste sonno le cose ch' al presente ci son' occorse scriuer' alla R. P. V. Resta alle sue sante orationi et sacrifitii humilmente tutti raccomandarci, acciò per quelle si degni visitare questa nostra uigna, mandandoli operarii necessarii quello [1], che s' ha degnato con la sua destra piantare.

Da Palermo, alli 3 di Settembre 1555.

Della R.da P. V. indegno in Giesu Christo figliuolo et serue inutile,

ANGELO PULLICINO.

Superscriptio in quarta pagina: † Al Molto R.do in X.° P.e il P.e Mtro. Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia di Jesu.

A Roma.

Alia manu: 1555. Palermo. Quadrimestri uolgari di 3 di Settembre.

[1] Sic, at desunt fortassis verba *per conservare* quello, aut quid simile.

CDXXII

P. Petrus de Acevedo,
Ex commissione Patris Gonzalez,
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 3 Septembris 1555 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre,
Pax Christi, etc.

Las cosas que de los dias passados hay que scriuir á V. R., más largamente se auian de scriuir, si las occupationes ansí mias como las que ay sabemos ay de más importantia, dieran lugar. Collegiré en vrebe suma.

Tres dias antes de San Juan Babtista, despues de auer hecho la doctrina, como se ha de costumbre los viernes, á la qual se hallaron casi todos los studiantes, los quales, como vuiessen entendido auerse de mudar las cosas de casa á las casas nueuas, todos se aparejan y cada qual carga de los vancos de las schuelas y de las cátredas con grande alegría, en cuerpo, determinados á passar la grita del público. Era cosa de uer el esquadron de las gentes [2] que yua, y la gente mucha que como spantada los miraua, dauan gratias á nuestro Señor, admirándose de la humildad é modestia de tantos muchachos, mancebos y hombres ya con barba. Entre estos yuan tambien nuestros Padres y Hermanos cada qual con su carga acuestas. Cosa fué que allende que admiró á otros muchos religiosos, mouió á muchos hombres de la cibdad honrados tomar tambien sus car-

[1] Autographae, duplici in folio, primo n. 554, altero non numerato.
[2] Sic perspicue; *oyentes, ayudantes?;* fere certum est intelligendum *oyentes,* ut infra.

gas. El negotio andaua con grande heruor y por las calles apenas cabian los que iuan y tornauan. Ansí se passó todo lo que auia, libros, camas, sillas, vancos, mesas y uasijas; y por decirlo en una palabra, era tanto el contentamiento que lleuauan, que no parecia sino que esperauan alguna dignidad temporal. Mancebos tambien generosos, que al collegio vienen muchos, no recusaron la carga, ántes en ello mostraron su verdadera nobleça, lleuando cargas de mas pesso que los otros, persuadidos quán suaue y jocunda cosa es seruir á Jesu Christo, por cuio amor lo hazían.

Ansí que, venida la víspera del bienabenturado Babtista, en que auiamos de passarnos al nueuo collegio, júntanse todos los oientes [1], muchos hombres honrados, el Cabildo de la Iglesia y de la cibdad, de las Ordenes muchos religiosos, yuan todos por muy buen horden. Las calles todas llenas de alberdin [2] y de gente dauan muestra de la pública alegría de la cibdad.

Llegados que fuimos, el Señor D. Juan [3] recibiéndonos humaníssimamente nos entregó las casas, no sin lágrimas y palabras que testificauan la interior alegría de su ánima, como aquel que tenía entendido bien recebir beneficio del Señor en dar el beneficio. Estaua la casa toda armada de ricos tapices. Hízose vn altar donde se hiciesen los officios diuinos, y aquella tarde vnos *(sic)* de nuestros Padres predicó [4], mouió mucho los ánimos de todos; finalmente no auia en la cibdad hombre tan peregrino á cuia notitia no vuiere venido esto.

Venido el dia de San Juan, díjose la missa solemnemente con música y cantores. Predicó vn frayle de Sto. Domingo [5], varon muy religioso y de grande doctrina. Acabado se ua cada vno á su casa. Quedaron muchos religiosos y señores, ansí de la iglesia como de la cibdad, á comer, porque el Sr. Don Juan auia aparejado vn muy solemne combite, en el qual ministraron los Padres.

Succedió á este otro combite de letras; porque luego subido en vna cathedra vn mancebo generoso hizo vna oration, en

---

[1] *oientes, oyentes,* scholastici qui nostras scholas frequentabant lectiones *audituri.*
[2] *alberdin,* positum videtur pro *verdin,* herbae, virides rami, folia, per vias strata.
[3] Joannes de Corduba, Cordubensis ecclesiae decanus.
[4] P. Alphonsus, seu Basilius, de Avila.
[5] Fr. Petrus de San Juan.

ion del bienabenturado S. Juan Babtista. Estauan
ıdiantes, de los quales el primero propuso vn tema
ırar: los otros dos cada qual defendió su parte con
s razones que parecia el negocio auerse traido al Se-
deliberar dél. El quarto, que era el juez, pronunció
.a en griego, y despues en latin. Quién podrá creer,
e comer tal comida, poder los combidados oir con
leclamationes? y con todo esto oieron atentíssima-
que los mancebos con su dezir mouian atencion.
:l vltimo acto para acabar de contar lo que en este
Alçadas las mesas, muchos de los combidados se
ecialmente los religiosos; quedaron empero muchos
a comedia, que aquella tarde se auia de representar,
ımo estuuiese tan diuulgado, acudió mucha gente:
o los votos de todos. La comedia se intitula *Acolas-*
das della algunas cosas que pudieran offender los ojos
los presentes; y lo que contenia cada acto declara-
os castellanos de las mismas, sacada alguna exorta-
las costumbres.
:as despues voluieron los studios, en los quales enton-
algun tiempo otro, los oientes empeçaron á poner
entia. Lléuelo el Señor adelante para su mayor glo-
ı.
le las confessiones crece cada dia el número; házense
enerales. En lo del jurar ay buen cuidado. En las ca-
as son auisados; de buena uoluntad acceptan la co-
:anto que hincadas las rodillas dizen en penitencia un
estro; y ansí van determinados de no jurar juramento
o que sea. Hospitales se visitan; á la doctrina los do-
ncurre más gente que nunca; pienso estos dias pasados
o mas de ochocientos ó nouecientos hombres. De pocos
a parte se junta buena copia de estudiantes con algu-
ienen de fuera, y tienen su hora de oration en la ca-
póneles un Padre materia sobre que mediten. Espe-
el Señor auerse de cojer copioso fructo. Algunos es-
e han admittido en la Compañía; han hecho tambien
ıs exercicios, y á muchos otros no se puede satisfa-
esean entrar. Dé el Señor fuerças spirituales y corpo-
ı que se trabaje á gloria y honra suya, para lo qual

pedimos ser aiudados en el Señor de las orationes de V. R. y de mis Padres y Hermanos charissimos.

3 de Setiembre, año 1555.

Por comission del P. Gonzalez,

Indigno hijo de V. R. é inútil siervo al Señor,

† AZEUEDO. †

Superscriptio in quarta pagina: Jhs. Al muy R.do en Chro. Padre, el P. Maestro Ignatio, Prepósito General de la Compañía de Jesus, etc.

Roma.

Alia manu: 1555. Córdoua. Quadrimestre de 3 de Sett.e

Vestigium cerae sigilli.

Praecedentium Patris Petri de Azebedo litterarum latina versio [1].

IHS

Pax Christi, etc.

Fusius narrari oportebat quae acta sunt proxime lapsis diebus, si liceret per occupationes, quas isthic etiam multo grauiores non deesse certo scimus. Breuiter tamen, quantum fieri possit, rerum summam perstringam.

Triduo ante Beatissimi Joannis Baptistae solemnitatem, habita concione, quae diebus veneris mane fieri assueuit ex praescripto, cui vniuersi fere scholae huius auditores interfuerunt, cum ab eis esset intellectum domus suppellectilia in aedes nouas

[1] Bina sunt hujus versionis exempla, et quidem autographa; primum in folio duplici, n. 552; alterum in folio item duplici, n. 553.—Differt unum ab altero verbis quibusdam paucis et aliorum verborum dispositione: hanc tamen differentiam huc transcribere, cum sensum non afficiat, visum est supervacaneum.

obilissimi Joannis reportanda, accingunt se operi omnes; hu-
ieris imponunt sedilia, quibus nostra abundant gymnasia, tum
iam cathedras, summa animorum alacritate, palliis exuti, vul-
i voces contemnere parati. Videris longum auditorum agmen,
mnium oculos in se convertentium, qui velut stupefacti, tan-
m puerorum, adolescentum, etiam eorum, quos prolixa barba
osset prae pudore ab incoepto opere vel retardare vel reuoca-
, modestiam admirantes, Deo opt. max. gratulabantur inces-
nter. Inter hos ibant quoque Patres ac Fratres, suum quisque
o viribus portans onus. Quae res, praeterquam quod viris
iam aliis religiosis admirationi fuit, multos mouit ciues vt hu-
eris onera subiicerent. Feruebat opus ac publica via vix ca-
ebat euntes ac redeuntes; ita quidquid in vetustis aedibus
at, deportatum est: sellae, subsellia, mensae, dolia, lecti, li-
i, et vt vno verbo complectar, eam in hoc negotio incredibi-
m voluptatem animo capiebant, vt singulos ex ea re diceres
pectare sibi temporariam dignitatem et quidem amplissimam.
eque ingenui adolescentes (qui huc ad nos veniunt non parum
ulti) onus subterfugere; imo hoc vno indicarunt quam essent
re nobiles, qui non leuia pondera, sed reliquis grauiora por-
bant. Tam Christo Jesu seruire suaue ac jocundum in ani-
um induxerant, cuius amore id a se fieri intelligebant.

Venit itaque Beatiss. Joannis peruigilium, quum nobis erat
aedes nouas commigrandum. Conueniunt scholastici, ciues
mplures, adest vterque huius vrbis senatus, ex ordinibus viri
rmulti religiosi, qui omnes miro procedunt ordine; viae pu-
icae spectatoribus plenae, viridique stratae fronde, ciuitatis
mmunem publicamque laetitiam videbantur indicare.

Eo vbi ventum est, a Permagnifico D. Joanne humanissime
obis exceptis aedes tradidit ipse possidendas, non sine lachry-
is ac vocibus, animi internum gaudium testantibus, vt qui in-
lligebat pro se beneficium accipere, cum beneficium daret.
rnabant aulaea domum; erecta ara est, vbi sacra perageren-
r. Tunc e Patribus vnus concionem habuit, qua mire mouit
imos omnium. Denique nullae erant tam peregrinae aures,
ae in peruagato hoc ciuitatis sermone non versarentur.

Illuxerat iam Sacratissimi Joannis dies, coepitque peragi sa-
um non sine omni modulaminum genere; habita concio est
tis celebris a P. ex ordine dominicanorum, viro et doctrina et

religione praestanti; quibus rite peractis omnibus, quisque in sua remeat.

Manent conuiuae tamen Religiosi complures cum aliquot ex primoribus vtriusque senatus; parauerat enim D. D. Joannes lautissimum conuiuium, in quo Patres ministrarunt.

Excepit istud literarium aliud conviuium; commodum enim fuerant sublatae mensae, quum ingenuus assurgit adolescens, atque e suggestu coepit Sanctiss. Joannis laudes decantare; aderant et alii quatuor, quorum primus declamatorium thema proposuit; ex aliis duo, quisque suam tutatus est partem. Diceres rem in Senatum esse delatam; nam sedulo quisque ad victoriam contendebat validis rationibus. Quartus, cui iudicandi negotium fuerat demandatum, et graece et latine sententiam pronunciauit. Quis credat a prandio lauto et opiparo accomodaturum aliquem patientes aures declamaturis? et tamen attentissime audierunt, sibi enim audientiam dicendo faciebant adolescentes.

Superest vltimus actus vt quae hoc die gesta sunt vtcumque narrentur. Finito prandio, discedunt ex conuiuis multi, religiosi praesertim; manent multi latinam comoediam spectaturi, quae vesperi erat per studiosos adolescentes agenda. Qua de re cum iam disseminatus dispersusque rumor esset, accurrit innumera turba; qui latine sciebant, nihil se vidisse vnquam, quod placuisset magis, asseuerabant. Tulit enim omne comoedia punctum, cui *Acolastus* titulus est, aliquot exsectis scaenis, quae poterant spectatorum aures et oculos offendere. Singulos actus explicabant hispanici rithmi, adiecta breui atque ex ipsa re nata exhortatione, quae ad mores spectaret.

Triduo post intermissa reuocantur studia, in quae (si vnquam alias) auditores diligentissime incubuerunt. Prouehat Dominus foeliciter coepta, cedereque faciat in suam vnius gloriam et honorem.

Quae ad confessiones attinent in dies accrescit numerus; nam alii alios inuitant. Sunt generales confessiones non quidem paucae. De iuramentis cura vel praecipua est; nam publice in uia admonentur qui iurant. Et aequo animo se corrigi patiuntur, adeo vt flexis genibus precationem dominicam supplices pronunciare non dubitent; atque ita discedunt vt dicant se amplius neque leue iusiurandum sermonibus admixturos. Aegro-

antium inuisuntur hospitia. Diebus dominicis ad audiendam loctrinam christianam conueniunt plures quam vnquam antea; rbitror fere octingentos aut nongentos viros hisce diebus inerfuisse concioni. Paucis abhinc diebus bona scholasticorum ars cum aliquibus aliis orationi vacant singulis diebus, estque lis in sacello signatus locus, et hora praescripta: e Patribus nus meditandi materiam suggerit: speramus fructum vberem Domino percipiendum.

Hisce diebus aliquot sunt ad Societatem admissi; multi etiam spiritalibus se exercuere; sunt etiam alii, non quidem pauci, uorum piis votis nequimus facere satis. Confirmet Dominus ugeatque vires mentis et corporis, vt vniuersi nostri labores in psius gloriam cedant et honorem. Quod vt fiat, precationibus uis assiduis, tum etiam Patrum ac fratrum suppliciter petinus adiuuari.

Corduba, 3 nonas Septembris anno Domini 1555.

Indignus tuus filius ac invtilis servus in Domino,

Ex commissione Patris Gonzalez,

† AZEUEDO. †

In utroque apographo:

Superscriptio in quarta pagina: Jhs. Admodum R.do in Christo Patri, P.i Nostro Magistro Ignatio, Praeposito Generali Societatis Jesu etc., Romae.

Alia manu: 1555. Corduba. Quadrimestres 3. Non. Septemb.

Vestigium cerae sigilli.

CDXXIII

Adrianus Adriaënssens
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 10 Septembris 1555 [1].

IHS

Gratia et pax X.[i] nobiscum.

R.[de] in X.[o] Pater.

Tempus est vt paucis repetam, quae hoc quadrimestri p R.[dos] Patres nostros Louanienses acta sunt.

In primis quatuor Patres manemus Louanii cum vno famulo. Omnes, Deo laus, corpore et animo sani, excepto P. Candido [2] qui nondum plene restitutus est pristinae corporis sanitati. Concionatur tamen subinde magna cum gratia; reliquum vero tempus cum P. Spiga [3] studiis theologicis diligenter incumbit. Pater vero Arnoldus [4] et ego indignus audimus confessiones in ecclesiis consuetis: in nostra absentia P. Candidus supplet locum nostrum. Nec labitur dies, in qua non veniant vtriusque sexus nouae personae ad confessionem. Nouas vocare lubet, quia cum a multo tempore non sint confessae, noua voluntate nouoque spiritu confitentur, exuuntque veterem hominem. Benedictus in omnibus Dominus.

Honor Venerabilis Sacramenti semper augetur, tam per frequenter communicantes, quam per exteriorem ornatum. Nam praeter ea omnia, quae alias scripsi, collocant nunc etiam calicem in altari cum paruis hostiis consecratis, tegiturque hic ca-

---

[1] Autographae, totae ipsius Adriani manu, in folio duplici, nn. 347 et 348.
[2] P. Adriano Candido, seu *de Witte*.
[3] P. Petro Spiga.
[4] P. Arnoldus Hezeus, seu *van Hees*.

a pretiosaque veste aurea: conficiuntur etiam angeli ntes argentea candelabra in manibus; ii ab vtroque aris collocabuntur, quandocumque collocabitur Venecramentum in altari. Quod fit singulis diebus dominicstis et diebus seu feriis quintis vsque post octauam

:is pentecostalibus multum rogatus fui vt inuiserem n Abbatiam monialium, dictam Wounterbrack [1], eo issime haberent conciones. Iui ergo, et bis ibi concion; inde rediens veni ad quamdam Abbatiam dictam ad quam Regina nobilesque omnes Bruxellae agentes er diuertunt. Inueni ibi omnis generis homines, aulicos ere quinquaginta extraneos. Domina vero Abbatissa nes audire concionem, quam ibidem feci, et quantum otui (nam cum omnibus simul sumpsi prandium) non ctu, omnesque aedificati fuerunt. Deinde Louanium aulo post profectus fui in Hollandiam et spatio 14 diebus in eo itinere fui, concionatus sum decies et ter in ciuitatibus; idque semper in monasteriis aliquibus, ibus aliis extraneis: vbique vero omnes fuerunt multum i.

uam denuo Louanium redii, misimus P. Arnoldum vt t locum Jordani, confratris nostri [3], qui cum aliis quaP. V. iam proficiscitur. Fungitur igitur P. Arnoldus astoris in Culenberch [4]; sed iam eo deuenerunt omnes eum aliud agere quam studere, concionari et audire nes; tantus enim est populi et nobilium concursus ad s omnes, vt vix simile visum fuerit eo in loco, etiamsi lie in diuersis praedicet ecclesiis. Concionatus est etiam in curia Illust.ae Comitissae [5], et eo quoque tanta conltitudo, vt locus quamuis amplus non caperet omnes; m vno ore clamitant: quid poterimus facere vt eum noervemus? Est ista admodum nobilis Comitissa Hoch-

---

olanci amanuensis in *Chronicon*, t. v., transcripsit *Ubonterbrach*.
:ia Dominae Nostrae de Camer, prope Bruxellas, dicta etiam *de Cameren*.
POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 292. n. 624.
anc Culenborg.
na de Culenborg, Comitissa de Hooghstraeten; Anna, Comitissa de Rendua Philippi de Lalain, Comitis de Hooghstraeten? Cf. BUTKENS, *Trophées t*, t. II, lib 3, pag. 150.

stratensis et Domina eiusdem ciuitatis Culembersis *(sic);* plurimi nobiles vndique eo frequenter confluunt: volunt ipsa D.na Comitissa cum aliis scribere ad P. V. vt eum possint seruare. Omnes confitentur Patri; et ipsa Comitissa, iam vidua, pretiosissima quaeque sua, quibus mundo hactenus seruiuit, dat diuinis usibus, et vult cum Dei gratia omnes suo exemplo praecedere, et singulis dominicis diebus confiteri et communicare; similiter plurimi alii. Ego vero ad haec respondi consultius videri vt paulatim assuescant frequentiori communioni, et simul habituentur in omni virtute, quia dubium non est quin plurima omni ex parte patientur. Erigit ipsa Domina et alii altare cum ornamentis sicut hic Louanii, vt singulis dominicis diebus honorifice exponatur Venerabile Sacramentum pro commoditate communicantium. Itaque cum videamus fructum non parum, statuimus dictum Patrem ibi ad aliquod menses relinquere, nisi aliud significauerit P. V.

Confrater noster P. Petrus Hispanus [1] haesit hac aestate duobus pene mensibus in fontibus prope Leodium, propter quasdam corporis infirmitates. Contulerant vero se eo quaedam Ducissa ex aula Caesareae Maiestatis et summus secretarius Caesareae Maiestatis cum D.no Alexio Fontana [2] et aliis uariis nobilibus. Noster autem dictus Pater fere quotidie celebrauit ad ipsorum instantiam; cumque vellent diuersa ei dare, recusauit. Tandem etiam ipsa Ducissa cum aliis confessae sunt et communicauerunt sub praedicto Patre nostro; et vt mihi etiam retulit D. Alexius, omnibus fuit aedificationi.

Haec, Pater R.de, sunt praecipua, quae in praesentiarum occurrunt scribenda. Commendamus nos nostraque omnia precibus P. V. omniumque Patrum ac fratrum, quos omnes in Domino Jesu plurimum salutamus. His valeat in Domino Jesu P. V.

Raptim. Louanii, 10 Septembris anno 1555.

R.dae P. V. seruus in Domino,

ADRIANUS ADRIANI AB ANTUERPIA.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. R.do in X.o Patri

---

[1] P. Petrus Spiga. Vide supra, t. II, pag. 594, annot. 2.

[2] Cf. DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas,* pag. 20, annot. 1.

M.tro Ignatio de Loyola, Generali Praeposito Societatis Jesu, apud S. Marcum in S. Maria de Strada.

Romae.

Franco.

Alia manu: 1555. Louanio. D. M.ro Adriano 10 di Settembre. Rta alli 19 d'Ottobre. Quadr.

CDXXIV

Robertus Clayssonius
Patri Ignatio de Loyola.
Billiomo, 13 Septembris 1555 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Quae, Deo auctore, hoc prope quadrimestri tempore in Auuernia a me acta sint, ex ternis literis superioribus R.da Paternitas tua abunde intellexerit. Proinde ea singula, ceu per anacephalaeosin, in summarium compendium absque vllis ambagibus redigam, tantummodo vt sacrae obedientiae a me ex praescripto obtemperetur.

Itaque decimosexto Maii Reuerendissimum Dominum Claramontanum [2] comitatus, Lutetia relicta, in Auuerniam iter ingressus sum, humanissime, paternoque plane affectu, ab ipso eiusque familia semper tractatus. In ipso itinere, in oppido Diui Petri nomine insignito, Praefectus ipse aedes suas vitaeque necessaria obtulit, si bini Societatis, instituendae juuentutis gratia, quorum alter verbi diuini ministerio fungeretur, eo se conferrent. Quo de negotio fusius prima epistola apud Reuerentiam tuam egi.

Vigesimo quinto Maii Euscopiam [3] ad castrum Episcopi per-

---

[1] Autographae quadruplici in folio, nn. 333 et 336.
[2] Gulielmum du Prat.
[3] Sic; *Beauregard?* Ita intellexit POLANCUS et in *Chronicon* suum transcripsit.

uenimus, in quo sedem figere consueuit. Postridie (dies enim erat dominicus), primam in Auuernia Euscopiae concionem habui circumstante frequentissima hominum corona, atque adeo Episcopi familia. Postremo Maii ingressus sum, duce Episcopi medico, Biliomum, concionaturus ibidem feriis Pentecostes, quod et a me praestitum est quatuor concionibus tribus illis feriis ibidem habitis cum maximo populi confluxu et applausu. Quinto Junii professionem theologicam, inchoata D. Pauli ad Romanos epistola, auspicatus sum cum numeroso Canonicorum, scholasticorum ac ciuium conuentu atque fauore. Septimo Junii Clarmontem profectus, postridie ab Episcopo ad Diaconi munus promotus sum. Nono, ab Episcopo missus, concionatus sum apud Montemferranum, oppidum Clarmonti proximum. Undecimo eiusdem mensis aliquot Canonici, postero die ciues potiores, impendia mihi offerentes, Euscopiam venere, meque ab Episcopo precibus victo exorarunt. Itaque duodecimo Junii, Praefecto vrbis duce et hospite, Biliomum reuersus, altero die, Eucharistiae sacro [1], in foro publico concionatus sum. Die vero dominico proximo, tum in aede Diui Lupi, tum in templo canonicorum, concionem Biliomi habui: tantumdem praestiti vigesimo tertio Junii, qui dominicus erat. Feriis Natiuitatis D. Joannis Baptistae mane in summo templo, feriis Sanctorum Petri et Pauli in aede D. Lupi concionatus sum. Trigesimo Junii, solemni supplicatione celebrata (dies erat dominicus), ante meridiem in templo D. Lupi; post vespertinum officium apud Montem Morinum [2] milliario a nobis dissitum, a Domina loci per literas inuitatus, concionem habui. Feriis Visitationis Sacratissimae Virginis in summo templo mox a prandio Biliomi, postque vespertinum, apud Montem Morinum, officium, Euangelium enarraui.

Sexto Julii Ryomum, urbem ingratam [3] celebrem, profectus: postridie, vt multum expectatus antea, ita omnium instantissimis precibus victus, geminam in ea vrbe concionem habui, ciuibus adeo acceptus, vt, literis Episcopo missis, in proximum diem dominicum, quo solemnis pauperum agenda erat

---

[1] In festo Corporis Christi.
[2] Montmorin.
[3] Sic; cur autem *ingratam* urbem Riom appellet Clayssonius, singularum urbium Galliae historiam investigantibus relinquimus.

processio, me rogarint et impetrarint; qua ratione factum est vt decimo quarto Julii in eadem vrbe bis de pauperum subuentione concionem instituerim. Nec hoc iterato officio ciues contenti, mihi vniuersas vitae commoditates offerunt, si apud ipsos commorari placeret; nam antea D.nus Praepositus D. Virginis, Vicarius Generalis R.di Abbatis coenobii D. Amabilis [1], penes quem deligendi in Aduentum Ecclesiastae auctoritas est, mihi proximo Aduentu concionandi munus obtulit. Cui respondi Rmum. Episcopum iam fidem dedisse Biliomensibus. Itaque decimonono Julii D.nus Praepositus Euscopiae apud Episcopum pransus, persuadere Episcopo nititur, vt, vel Aduentu, vel Quadragesima proxima, mei concessione Ryomensibus gratificetur. Verum Episcopo fidem Biliomensibus seruante, repulsam passus, hinc Biliomum ad me venit, accepta tamen ab Episcopo pollicitatione se mei copia cum suis conciuibus Ryomi aliquoties potiturum vel ante Aduentum. Hinc accidit vt Biliomenses pia quadam aemulatione aduersus Ryomenses contenderint. At Episcopo praeside freti sedatiores euasere.

Vigesimoprimo Julii Biliomi concionatus bis; postridie, rogatus a D.no Praeposito Ryomensi, in pago Estendeul [2] (dies erat sacer D. Magdalenae) concionem habui, ex proximis pagis compluribus in mei gratiam confluentibus. Feriis D. Jacobi Maioris ante meridiem Biliomensibus Euangelium exposui. Proximo die dominico, vigesimo octauo Julii, binas Issorii [3] conciones habui. Cui vrbi adeo gratus fui, vt a ciuibus domum, vitaeque impendia, denique liberale stipendium, offerentibus, ad perpetuam moram inuitatus fuerim, obsecrantibus etiam me in proximum Aduentum. Verbis sane consequi nequeam, quam mirifico me affectu ac honorifico studio Biliomus, Ryomus, atque Issorium prosequantur. Primo Augusti in aede D. Lupi concionatus sum apud Biliomenses; die vero dominico, quarto Augusti, post prandium in summo templo Biliomi; post vespertinum officium apud Montem Morinum, rogatus a Domina, concionem habui.

Quinto Augusti literas a Ryomensibus accepi, quibus in Assumptionem Beatissimae Virginis me efflagitabant, apud quos,

---

[1] *Saint-Amant-Roche-Savine?*
[2] Sic; Estandeuil.
[3] Issoire.

ne Biliomenses offenderem, excusatione legitima vti coactus fui. Feriis Transfigurationis concionatus sum Biliomi in aede Canonicorum. Praefectus Biliomensis itidem et primarius Consul Issoriensis filium suum apud hospitem meum collocauit in gratiam mei, vt solo vitae exemplo et arbitraria opera mea ad bonam frugem vtriusque filius prouehatur. Discipulorum caterua me obrueret, si eos vellem admittere. Vndecimo Augusti, dominico die, mane apud D. Lupum, post prandium in templo summo concionatus sum.

Eodem die a Domino Darson [1] in Assumptionem Sacratissimae Virginis rogatus sum, missis ad me et ad Consules literis, cuius vere pii ac nobilis viri precibus suffragari non potui, nisi cum offensa Biliomensium; quamquam is propediem, mei consortii desiderio ductus, huc commigrare decreuerit e pago Brocaeo [2] quinque abhinc milliaribus dissito. R.dus Abbas D. Amabilis, simulque Curio Ambertinus, mei desiderio tacti, me Ambertum [3], oppidum celebre, inuitant. Feriis Assumptionis Marianae, mane apud D. Lupum, mox a prandio in summo templo Biliomi, denique post vespertinum officium apud Montem Morinum concionatus sum. Proxime subsequenti die dominico, bis itidem Biliomi Ecclesiastae munere functus sum.

Feriis D. Bartholomaei in pago Bord nuncupato, hinc duobus milliaribus distanti, concione habita, honorifice a nobilibus exceptus sum. Die Dominico 25.° Augusti, in pago Fayet nominato, mane, et apud Montem Morinum, Fayeto vicinum, post prandium verba ad populum feci. Vigesimo Augusti Reuerendissimus Episcopus Clarmontensis Biliomum venit, meaeque interfuit theologicae professioni, cui non parum placuit ea lectio, quam tunc temporis coram ipso habui. Is me insigni quodam affectu amplectitur, et Euscopiam non raro vocat ad se, qui Collegii extruendi animum promptissimum concepisse asserit: qua de re 20 Augusti ad R.tiam T. literas misit, ac secundas parat [4].

---

[1] Sic; eritne hic quem Prat appellat *Le Seigneur d'Apchon, gouverneur du pays?* Loc cit., part. III, lib. I, pag. 317.

[2] Le Broc.

[3] Ambert.

[4] Binae hae litterae periisse videntur; nullam enim earum mentionem facit Prat, in his rebus diligentissimus.

Vigesimo octauo eiusdem mensis in oppido Soriac [1], vbi feriae Juliani martyris celebrabantur, a Curione inuitatus, concionem habui. Festo decollationis D. Joannis Baptistae, post prandium, in summo templo Biliomi verbi ministerio functus sum. Ex oppido, Pont de Chasteau appellato, preces ad me destinatae et ex Monte Morino, quibus suffragari impeditus nondum potero. Praefectus pagi Rauel [2] precibus me ad se inuitat. Nec admodum refert hic commemorare quanto honore atque obsequio, equis sociisque missis, ab inuitantibus excipiar, nam patientiae occasio forsitan me magis delectaret, quam commoditatum vniuersitas; gaudeo tamen populi affectum cum lucro euangelico semper accrescere. Certe obstupesco ipse et erubesco prope tot honoribus tantisque obsequiis.

Calendis Septembris mane Biliomi in summo templo concionatus sum, eoque die hic habitae sunt disputationes publicae, in quibus primus mihi locus assignatus. Atqui, summo moderatori scholae Clarmontanae honore cum omni instantia delato, et ab ipso tandem suscepto, secundum locum vel inuitus sortitus sum, idque non sine fauore auditorum. Eodem die Ryomo a Praeposito D. Virginis literae ad me missae sunt, quibus ex communi suffragio et voto canonicorum in ferias Natiuitatis Marianae ad solemnem illum sermonem me inuitat, repulsam prae me passis grauissimis viris, Priore Dominicanorum Clarmontensium, Doctore theologo, Priore Carmelitarum eiusdem vrbis, Priore Augustinensium oppidi Saignat, viro eloquentissimo, ac denique Gardiano Ryomensi Minorum, qui singuli hanc concionem perquam celebrem expetierant; at responsum est alium expectari, quamquam nondum ad me scripsisset quispiam. Itaque literis suffragatoriis, ignarus repulsae tantorum virorum, fidem habendae concionis dedi. Secundo huiusce mensis iam tertio vocatus sum Ambertum, equo sociisque oblatis. Abbati et Curioni obtemperabo fortasse feriis D. Cosmae et Damiani admodum in ea vrbe, septem milliaribus a nobis dissita, solemnibus.

Eodem die a Consule Vicensi [3], ex ciuium potissimorum commissione, rogatus sum; his parebo prima occasione; locus hinc

---

[1] Sic; *Sauriac?* At in vicinia urbis Billom nullum reperimus hujus nominis oppidum.

[2] Ravel-Salmerange.

[3] Oppidi *Vic-le Comte?*



distat duobus milliaribus. Eo etiam die per litteras rogatus sum a Canonicis et ciuibus oppidi Lozou [1], Episcopo subditi ciuili jure, in ferias D. Taurini, eius loci patroni, quinto Septembris celebrandas, quibus petita praestiti honorifice a Praefecto exceptus. Sexto Septembris, pransus negotii spiritalis gratia apud Dominam Montis Morini, post lectionem theologicam accersitus sum a Reuerendissimo Domino Euscopiam, apud quem hospitatus, postridie Ryomum profectus sum. Itaque feriis Natiuitatis Sacrae Virginis binas apud D. Virginem conciones habui, quum vnica haberi solita sit, cum tanto populi confluxu, quantum locus capere potuit. Canonici, cum Praepositi praesentia, gratiis actis, nummarium stipendium obtulerunt mihi, qui dolebant me nihil admittere; at hunc Societatis morem esse respondi, ne amplius vrgerent; Praepositus D. Virginis Ryomensis, studiosa quadam aemulatione alteriusque prioris hospitis permissione, me in alienis aedibus hospitari minime passus est. Itaque aedium copia mihi offertur, piaque de hospitii oblatione inter complures altercatio fit. Praepositus D. Virginis, qui et Canonicus sacri sacelli Ryomensis, summo affectu desiderabat feriis Exaltationis Sanctae Crucis solemnem illam concionem in sacro sacello habendam offerre; verum quia Biliomi solemnior agitur festiuitas, nec ipse satis ausus est me precibus vrgere, nec ego potui ipsius votis suffragari; nam et feriis Natiuitatis Virgineae, Biliomenses, licet altero concionatore freti, aegre tulerant Ryomensium vota. Atqui piae aemulationi omnia tribuens, Biliomenses, neutiquam erga me offensos, ratione legitima pacaui.

Non pauci ex aliis ciuitatibus ac locis ad primum missae sacrificium, decimo abhinc die, Septembris 22.°, in summo templo solemni officio a me, Dei gratuita dignatione, offerendum, Vestrae auctoritatis imperio ad Sacerdotii dignitatem 21.° die, D. Matthaeo dedicato, ab Antistite Clarmontano promouendo, in hanc vrbem confluent; inter quos D.nus Praepositus cum aliquot sacerdotibus pietate commendatissimis, Ryomo, Sacerdotes Canonici ex oppido Lozou, Domina Montis Morini, e suae ditionis pago, cum sua familia, et permulti ex finitimis locis huc conuolabunt. Nam Rmus. Episcopus sacrificii primi diem

[1] Sic; *Lausson*.

permisit arbitrio, qui Clarmonte ordines sacros con-

eriis Exaltationis, crastino die celebrandis, cum mira ho-
ım frequentia, ob pretiosi sanguinis commonstrationem,
haec ciuitas claret, mane inter missae solemne officium in
mo templo concionabor. A prandio, sexto Septembris, a
ıario consule Issoriano, penes quem summa vrbis est au-
itas, per literas inuitatus proficiscar Issorium, binas die do-
co conciones ibi habiturus.
iuibus Issoriensibus Rmus. Episcopus alterius anni quadra-
nam, vt proximam Biliomensibus, assignauit, mihique in-
it vt, si qui alii secundam postulent quadragesimam, pro-
ionem praemissam respondeam.
berrimum in hac ciuitate fructum spero; nam nonnulli ob
esis suspicionem male audierunt. Theologicam prosequor
essionem, Paulinae ad Romanos epistolae iam octauum ca-
explicans, cum frequenti auditorio. Decimo Septembris lin-
hebraicae professionem auspicatus sum. Ad consolatio-
infirmorum, dissidentium reconciliationem, et conscien-
vt vocant, casuum definitionem huc atque illuc vocor, qui-
quantum in me est, non absque fructu satisfacio, semper-
inter labores vires crescunt. Discipulorum *(sic)* hospitis mei
trariam non raro operam impendo. Itaque messis multa,
arius vnicus.
axit Christus vt, ad animorum lucrum, Societatis hic cre-
numerus; quamquam nondum occurrerit, qui ad tantam
inciam aptus mihi videatur. Expendi apud me num consul-
esset necne, etiam ante collegii erectionem, aliquot adiuto-
ad me destinare; nam hic vberrimus fructus mihi speratur,
ynergos quispiam idoneus, vel bini, mihi associentur. P.tis
e erit pro tua prudentia omnia ex arbitrio agere et im-
ıre.
.mus Episcopus se tuae R.tiae officiose commendat. Vale,
ı Christo Jesu obseruandissime, qui te diu nobis seruet inco-
em. R.dae P.ti Tuae humiliter supplico vt me hoc potissi-
n tempore sacrificiis et orationibus suis apud Deum com-
dare dignetur. Quas preces uniuersis Patribus fratribusque
rre ex me R.tia Tua non grauabitur, vt dignissimum digne
offeram sacrificium.

Ex Academia Biliomensi, decimotertio Septembris 1555.
R.dae P.tis tuae minimus in Christo filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS Brugensis.

Superscriptio in octava pagina: Rdo. in Christo Patri Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito gnali. Societatis nois. Jesu. Romae.

Alia manu: 1555. Beliomo. Ex Auernia. Quadrimestres mri. Roberti Clayssonii 13 Septembris. Q. V.

CDXXV

P. Christophorus Rodriguez
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 13 Septembris 1555 [1].

†
IHS

Muy R.do en Christo Padre.

La gracia y amor del Señor sea siempre en nuestras ánimas. Amen.

Ad gloriam Dei diré algo de lo que en estos quatro meses ha hecho su Majestad por ministerio deste collegio; y començaré por los moriscos. En este reino de Valencia ay muchos moriscos, y dícese que comunmente guardan la seta de su Mahoma, y dello dan muestra en ayunar el alcoran y en otras cosas. Es cierto grandíssima lástima; y están tan indispuestos para la verdad que no quieren oir, *praecipue* si les hablan de Jesu Christo, nuestro bien. Un Padre deste collegio procuró de

[1] Autographae, duplici in folio, primo n. 517, altero non numerato.

lar con los alfaquís [1] y con otros principales, con cada vno
sí, en secreto, para que conociendo lo que tenian *in corde*,
iese medios convenientes para enseñarles la verdad; y des-
s de muchas pláticas yban conortados prometiendo de se
fessar, mas luego se les olvidava, avnque les tornaba á ha-
r. Ase confesado vn alfaquí muy principal, y bien, gloria al
ior; y ay esperança que trayrá á muchos. Tambien se con-
ó otro morisco muy entendido. Anse predicado los manda-
ntos en dos lugares de moros algunos domingos, donde pa-
ia que se hacia fruto, *praecipue* en vn viejo muy entendido,
despues de muchas pláticas y réplicas suyas dijo que se de-
minaba á seguir de veras la fee de Xpo. Creo cierto que si
uno de la Compañía entendiese continuo en enseñarles, que
aria gran fructo.

A Denia fueron deste collegio dos Padres vn dia antes de
estra Señora de Agosto [2], y se sirvió mucho al Señor ansí
las muchas confesiones como en la doctrina y sermones:
el pueblo muy dispuesto, y muestra grande affícion á los de
Compañía.

En este collegio todos los Padres y Hermanos están bien
pados: los estudiantes en sus estudios de theología, no ol-
ando el estudio spiritual conforme al instituto de la Compa-
: los sacerdotes se ocupan en confessiones, que ay muchas,
n ayudar á bien morir, y en poner paz entre los enemista-
s, y en otros pios y sanctos exercicios. Dízese la doctrina
stiana todos los domingos y fiestas con mucha copia de
entes, ansí niños como hombres y mugeres; ay continua-
ente plática de doctrina los domingos en la tarde, y óyela
ucha gente, y tambien los sermones que á la mañana pre-
can.

Pocos dias ha que llamó la justicia para que fuese á confe-
r y ayudar á bien morir á vn hombre que querian justiciar, y
uvieron dos padres con él de noche y á la mañana hasta que
ahorcaron; y dióle el Señor tantas lágrimas, y conocimiento
sus culpas, y muy grande esperança en la misericordia del
ñor, y tan claro conocimiento de la merced que le hazía en

---

[1] *Alfaqui*, inter saracenos Mahumeti legis doctor.
[2] Festum Assumptionis B. M. V.

darle parte de su cruz, que deseaba que se acercase la hora preguntándole si quería comer, respondió que no, que luego comeria con Jesucristo; y dezia que yba más alegre que fuera á bodas: querian ayudarle á llevar vna cadena grande y dixo que le dexasen, que más pesada era la cruz de nuestro Redentor: y finalmente abiéndole consolado por el camino y junto á la horca, murió tan bien, que no solo quedó la gente muy consolada, mas muchos tenian envidia [de] su muerte, y deseaban morir como él. Los Padres dixeron que nunca vieron tan buena muerte.

A tres mugeres peccadoras sacó el Señor del público, las cuales se confessaron en este collegio, y enseñábamos la doctrina. A vn morisco questava preso, fueron deste collegio á enseñar la doctrina, el cual la oia de buena gana, diziendo que la avia de enseñar en su lugar. Ay en este pueblo algunos negros, los quales vienen los domingos, y el portero les enseña la doctrina.

Esto es parte de lo que el Señor obra por este collegio. V. P. le dé gracias por ello, y le suplique conozcamos la crecida merced que nos haze en quererse servir de nosotros, para que con más diligencia y crecido amor sirvamos á su Magestad.

Todos los Padres y Hermanos se encomiendan en las oraciones de V. P. El Señor nos dé su amor para que en todo á su mayor gloria cumplamos su divina voluntad.

De Gandía y Setiembre 13 de 1555.

De V. P. indigno y inútil siervo en el Señor,

RODRIGUEZ.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al muy R.do en xpo. padre el P.e M.ro Ignat.o de Loyola, prep.to gnal. dla Comp.a de Jesus en

Roma.

Alia manu: 1855. Gandía. Quadrimestre de 13 de set.e

ientium Patris Christophori Rodriguez litterarum latinum exemplum [1].

IHS

ıodum R.de Pater.

ia et pax Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus
ımen.

maiorem gloriam praepotentis Dei, charissime Pater,
ris literis te faciam certiorem de omnibus, quae per nos
uor mensibus proximis (adiuti *(sic)* gratia diuina) acta
itiumque faciam ab ipsis neochristianis huiusce nostrae
ae, in qua et plurimi sunt, et (vt fertur) sectae Machu-
ligiosi cultores; quam rem aperte declarant ieiunia va-
ınimus vehementer addictus operi Machumetico, quod
ıum appellant. Deploranda sane calamitas videre ani-
ʼum ad veritatem amplexandam adeo male affectos, vt
lire recusent, praesertim cum illis fit sermo de Domino
ıristo. Quidam Pater huius nostri collegii coepit summo
ːt diligentia sigillatim conuenire magistros huius pesti-
nae sectae et primates eorum, atque cum eis clam col-
: saltem hac ratione quid in animo haberent deprehen-
uo facilius posset eos a secta praua ad veram religionem
ocare; cumque in ea re perseueraret, post multa illi se
ʼe versari ingenue confessi sunt, libenter se peccata con-
s pollicentes. Verumtamen statim promissi obliti fue-
ıamquam eos et hortari et monere Pater ille non desi-
His proximis diebus quidam magister eorum, qui inter
ːtur principatum obtinere, confessus est nobis sua pec-
recte (gratias Deo), ita vt speremus eius opera multos
em esse facturos. Id quod fecit iam quidam ex eis valde
sus. In duobus pagis, in quibus eorum est frequentia,
diebus dominicis quidam ex nostris publica concione

ıgraphum duplici folio, n. 516.

docebant eos decem praecepta decalogi, quibus visi sunt aliquid profuisse, praesertim cuidam seni acuto, cum quo posteaquam saepe disputatum fuit, dixit tandem se decernere ex animo complecti fidem Christi. Non dubito multos ex eis vberrimos fructus esse capturos ex labore assiduo, ab aliquo ex nostra Societate suscepto, in illis instruendis in fide.

Duo Patres ex nobis pridie diei sacri Virgini Mariae, qui mense Augusto celebratur, Deniam accesserunt, qui suis concionibus frequentibus, auditione confitentium peccata et instructione doctrinae christianae plurimum (vt ex multis colligere licuit) Deo grati fuerunt. Sunt omnes illi Deniani bene affecti, posteaquam nos illos salutare coepimus, ad suscipiendam veram doctrinam: quorum dicta et facta aperte declarant quam vehementer nobis omnibus sint addicti.

Quod ad Patres et fratres attinet, scias omnes peculiaribus occupationibus detineri, nam qui literis incumbunt, [qui] lectionibus theologicis, habentes perpetuo rationem virtutum et propriae abnegationis, in omnibus, quoad eius fieri potest, se ad institutum sanctissimae Societatis conformantes. Sacrifici autem in variis et multis confessionibus, in subueniendo iis, qui iam animam agunt, in pace inter inimicos componenda, atque aliis recte factis, in quibus magna vtilitas continetur, totum suae vitae tempus absumunt. Docetur summo studio et diligentia familiariter a nobis diebus dominicis et aliis festis doctrina christiana frequenti auditorio, non puerorum modo, sed virorum etiam atque mulierum, de qua in nostris aedibus sacris diebus dominicis hora fere tertia a meridie publicae habentur conciones, ad quas multi audiendas accedunt; nec minori studio ad eas, quae mane habentur. Paucis abhinc diebus vocati fuimus a iudice huius nostrae Gandiae, vt quemdam morti condemnatum, peccata sua confiteri volentem, audiremus et ei morituro nostris admonitionibus opem ferremus, quam prouinciam cum duo ex nostris Patribus suscepissent, per totam noctem vna cum parte sequentis diei, donec vltimo supplicio afficeretur, ita sunt cum illo collocuti de omnibus, quae ad salutem animi pertinebant, vt magnam copiam lachrymarum, cognitionem scelerum, spemque maximam fuerit consecutus. Praeterea cognouit manifeste quantis beneficiis a Deo afficeretur, quod se cruci affigi permitteret: adeo lubens ad supplicium accedebat, vt de

latione ferme conquereretur. Rogatus autem num comedere ellet, respondit se statim cum Christo esse pransurum: praecans se libentius multo ad crucem sibi paratam, quam si ad iptias inuitatus fuisset, ire. Multi optabant ei auxilium dare catena ferrea grandi portanda, quibus ille dixit grauiorem ulto crucem Jesu Christi fuisse. Tandem, vt paucis finiam, ad ucem vsque magna solatia accipiens, vitam foeliciter cum orte commutauit; ita vt omnes pro tam singulari beneficio eo gratias immortales agerent. Illius morti multi inuidebant, eodem desiderio animique pietate mori appetebant.

Relatum nobis est a Patribus, qui in omnibus rebus non som interfuerunt, sed etiam praefuerunt, se nunquam vidisse ortem tam dignam admiratione.

Tres meretrices, ope Dei in meliorem statum conuersae, sua :elera quibusdam Patribus nostris aperuerunt, quae ab eisdem ι fide instructae sunt. Neochristianus quidam, in carcere dentus, a quibusdam ex nostris in eadem fuit institutus, quam um diligenter disceret, passim se alios municipes in eadem fide hristi instructurum pollicebatur. Ad extremum, multi aethioes erudiuntur priuatim in singulos dies festos ab ipso ianitore.

Haec sunt, quae mihi ad te scribenda putaui, vt de beneficiis cceptis vna nobiscum Deo gratias ageres, orans eum, qua sos assiduidate, vt omnibus nostris semper faueat studiis, quod ιcturum sine vlla dubitatione te deprecatore confido. Vale.

Gandiae, decimo septimo calendas Octobris.

Tuus seruus indignus in Domino,

RODERICUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do Padre en hristo el P.e M. Ignatio, Prepósito general de la Compañía de esus, en

Roma.

Alia manu: 1555. Gandia. Quadrimestres Septembris.

CDXXVI

P. Sanctius Ochoa, Navarrus,
Patri Ignatio de Loyola.
Monte-Regali, 15 Septembris 1555 [1].

†
Jhus. Maria.

Pax Christi etc.

Molto R.do in Christo Padre.

Per satisfar alla santa obedientia, per questa auiseremo a vostra R.da Paternità de quello che in questi quattro mesi passati se ha atteso qua, mediante la gratia del Signor, tanto in casa come de fuora.

In casa sempre si ha attenduto alli nostri essercitii ordinarii.

Circa li scolari, in insegnar le lettere et leggerle la dottrina christiana, com' è il solito nostro, benche il numero delli scolari quando cresce, quando manca, per esser stati in parte questi due anni forti et contrarii alla loro pouertà temporale, et quasi conformi alla pouertà spirituale, che è peggio et quasi maggior del temporale, et consequentemente penso essere causa in parte di tanta pouertà temporale.

De numero certo delli scolari non possiamo dare a V. Paternità certezza, perche poche uolte sonno tutti ordinarii, massimamente in questo tempo che vanno per la necessità a guadagnare, chi di qui, chi di illa; quando si raccogliono tutti, sogliono essere poco più o manco di cento. Nostro Signore li faccia abundare de richeze spirituale et temporale quanto parerà

[1] Autographae duplici in folio, nn. 252 et 253.

più expediente a sua diuina bontà per magior gloria sua et salute delle loro anime.

Li scolari che attendeuano ad imparare arabico [1], alcuni sonno stati impediti per infermità, cioè quelli schauetti, che già quasi due mesi fa che li piglia la febre ogni giorno: delli altri il fratello Gaspar Sanchez fa frutto, perche intende la lingua alcun tanto ben, et sa già quasi ben scribere, come vederà V.ª P.tà per vna che viene con questa; et li altri dui che erano che imparauano a scribere, l' uno che intendeua vn poco la lingua, si è mancato, et l' altro è stato impedito, et perche manco intendeua la lingua non ha potuto attendere.

Nella nostra chiesa ogni domenica ordinariamente si è dechiarato sempre lo euangelio a quelli che sonno venuti, et habbiamo sentito le confessione di quelli che ci vengano; sonno pochi anchora quelli che frequentano ogni domenica li Sacramenti, perche son tanti scrupolosi et timenti d' Iddio, che molti temano a far bene et non fanno scrupolo quasi del male, de modo che pare *quod ibi timent vbi non est timor,* come dice il propheta; pur sempre si crescano et colla gratia del Signore incomenziano a cognoscere *quam suauis est Dominus diligentibus se.* Sonno stati alcune vedue iouene et disposte per il mondo, che hanno fatto voto di castità, et alcune vergine de entrare in religione et ibi dedicarse al seruitio del Signore, altre de viuere castamente in casa delli loro padri; sonno molte che hanno fatto confessione generale et si confessano ogni festa principale et ogni mese, et si non hauessero impedimento de mariti, figlioli et pouertà, si confesseriano più spesso.

Siamo duoi sacerdoti al presente, io indegno et vn napolitano, quale poco tempo fa che fù receuuto in casa, et si chiama Don Carlo, che è quasi circa de sessanta anni secondo il mio giudicio.

Io lego al monasterio de Sancto Crasto all' monache vna lettione tre uolta la settimana sopra vn libretto spirituale a loro sole in fra il giorno, et questo il luni, mercor' et vener'; et son commosse molte de loro a far bene et vorrebono confessarse con me; pur per fin adesso vna sola ho sentito in confessione, quale depoi in qua da buono odore di se, et penso che moue ad

[1] Vide supra, pag. 303.

alcune altre con suo essempio; et questo fu perche io fu chiamato per confessar vna donna secolare, che sta nel monasterio, quale si confessaua innanzi con me, et quando hebbe sentito la confessione di quella, mi venne pregando con grande desiderio, con licentia della Abbadessa, che volesse sentir in confession.

Abbiamo fatto anco liberare alcuni poueri della pregione, che stauano per debbiti et altri calomniosamente accusati, essortando il gouernator et all' aduocato delli poueri ad adjutarli, et ad altri darli eleemosyna per amor de Dio. Siamo stato ancora nella pregione a confortar alcuni che stauano per essere iusticiati, et siamo andati acompagnarli per adjutarli per ben morire.

Habbiamo anchora procurato con buon modo dal Signor gouernator, che fossero leuati doi officiali, capitaneo et maestro notario [1] di questa città, li quali assassinauano publicamente alli poueri con callumnie, et timorizando con aminacii alli poueri, che se uoleuano defenderse o lamentarse de loro, per esser stati loro quasi patroni nel tempo del gouernator' passato, perche lo gouernatore, quando andaua vno a lamentare contra loro più credeua all' loro bugie che all' pianti delli poueri; et per questo li poueri erano più oppressi; perche, vltra lo assassinamento de loro, el gouernator' li donaua vn' altro castigo, essendo ingannato delle loro bugie, et con questo che è venuto de nuouo erano incomenzati a far lo simile, se prima il Signor non prouedeua et il gouernator, per li auisi che noi ci dassimo, non auesse procurato di sapere la verità; per che non ci era nessuno altro che hauesse hauuto ardire di parlare al gouernatore di questa cosa; perche anchora lo Episcopo haueua quasi più timore di loro che de Dio: cossì il gouernator per li viglacherie importante di loro che ha trouato, li ha leuati dello officio, et anchora stanno in plegeria, et penso che haueranno da restituire più di quello che hanno guadagnato, et non so se potranno scampare senza qualche castigo di pena corporale, perche sonno cento et tanti testimonii pigliati contra di loro de vegliacharie et sassinamenti importantissimi che loro hanno

[1] Decurtatum est hoc vocabulum in ms., nec clare perspici potest an scriptum sit *not.°* an *norb:* ideo certi non sumus bene nos legisse *notario*.

'atto, vltra di quelli che ogni giorno se pigliano. Il Signor li dia ;ratia de cognoscere il suo errore et corregersi.

Hora li morrealesi ci chiamano padri della patria, et dicono :he siamo fatti inmortali in Morreale, per hauer liberato alla :ittà di Montreale de Egypto et della servitù de Pharaone; et il ;ouernatore ci ha più credito hora che mai, hauendo visto la ;perientia della verità, perche hora a lui proprio lo cercano de ıssassinare con tutto questo, et lo hanno accusato al Vizo-Re le essere contrauenuto a certi pragmatici suoi.

Habbiamo anchora cercato certi gentil homini di qua paci-icarli, li quali ha più di duoi anni che sempre hanno auuto odio mortale l' uno et l' altro, et mai pottero accordarsi; hora si sonno redutti a far la pace. Si è fatto anchora fare remissione et perdonare de alcuni parti adversarii et dal gouernatore ad alcuni, li quale per alcuni errori casuali che erano stati sbanditi della città.

Non ci occorre altro per hora se non che tutti insieme ci ar-riccomandiamo con tutto il cor nostro che V.ª R.da Paternità ci habbia sempre in memoria nelli suoi Santi sacrificii et oratio-ni di raccomandarci al Signore come suoi indegni et bisognosi figlioli nel Signor, che ci dia a cognoscere et perfettamente adimpire *in charitate et simplicitate cordis* la sua santissima voluntà.

De Monrreale, alli 15 de Septembro 1555.

De V. R. Paternità indegnissimo figliolo nel Signore,

SANCTIO NAVARRO.

Superscriptio in quarta pagina: Jhus. Al molto R.do in Christo Padre il P. Mtro. Ignatio Loyola, Preposito generale della Compagnia di Jesu, in Roma.

Alia manu: 1555. Monreale. Quadrimestri uolgari delli 15 de Settembre. Q. V.

Vestigium cerae sigilli.

CDXXVII

Franciscus Stephanus,
***Ex commissione* Patris Antonii Vinck,**
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 17 Septembris 1555 [1].

IHS

Ne multa quae alias dicta sunt, R.de in Christo Pater, hic repetantur, si quid habemus noui quod P. T. non acceperit, id nunc, quam fieri possit breuissime, dicendum est.

Montis (quem vulgo *pietatis* dicunt) habuisti ex nostris litteris proxime scriptis rudia quaedam initia ac veluti informem formam. Nunc, Domini imprimis benignitate, mox R. P. Praepositi [2] cura et apud Proregem huiusque ciuitatis primarios diligentia, coeptus is est et institutus; hic certe mons est *in quo beneplacitum est Domino habitare in eo* [3], in quo etiam (vt speramus) habitabit in seculum seculi: hoc opus pietatis, vt Deo acceptissimum credimus, ita ad multorum subleuandam inopiam vtilissimum fore non dubitatur.

Accessit huic pio operi hoc mense Augusti aliud quoddam non minus pium, quod, vt nouum, ita nouo uoluerunt appellari uocabulo, *Concilium charitatis* seu officium, vbi nihil eorum, quae ad pietatem pertinent, omittitur. Sanctissimi huius operis quem credamus auctorem alium, nisi Deum optimum maximum? Sed tamen, vt ex hominibus, voluit summa bonitas vt id eiusdem R. P. Praepositi opera fieret. Is itaque, spiritualis commodi studiosus, frequenter ad Proregem profectus, saepe cum

[1] Autographae in folio unico, n. 223.
[2] Intelligendus videtur Provincialis Praepositus, Pater Hieronymus Domenech.
[3] Ps. LXXVII, 17.

eo, vt quem rebus hisce gaudere nouerat, de ratione inuenienda egit, qua rebus spiritualibus maximeque charitatis operibus consuli posset. Ac demum, diuino afflante Spiritu, excogitatum est vt quemadmodum institutum in hoc regno erat concilium, in quo quae ad bellicam artem facerent parari quaecumque possent, ita et aliud esset, in quo de rebus, quae ad charitatem pertinent, ageretur. Sed ne hoc idem cum pietatis monte esse putes. Illic enim pauperibus dumtaxat subuenitur; huc uero, quicquid spirituale est, pertinet; hic pauperibus prospicitur et illis restituuntur ablata; cauetur ne quid uiduae et pupilli iniuriae patiantur; templa, monasteria, hospitalia, aut lapsa iam restituuntur, aut ruinam minantia confirmantur; atque huiusmodi multa, quae et fiunt et sperantur non parui momenti futura.

Est quoque edicto publico statutum vt notarii, si quae sciant legata ab aliquo relicta, quae in pia opera impendi voluerit, etiam haeredibus recusantibus aperiant, et iis, qui huic charitatis officio praesunt, quamprimum referant. Qua ex re illud effectum est, vt iam non parua pecuniarum summa indicata sit in pauperes eroganda, aut piis operibus insumenda, quae hactenus latuerant. In hoc concilium sunt sex electi; hi octauo quoque die, idque in nostro collegio, conuenire simul solent. Sunt autem duo theologi, quorum alter est R.dus P. Praepositus, alter uero dominicanus quidam, celebris in hac vrbe nominis, vnus ex iudicibus magnae curiae; duo Messanenses, alter nobilis et inter primos, alter ciuis ipsa etiam aetate uenerandus; est sextus ex iis vnus, qui Regi sunt a secretis. Qui omnes decimo quinto quoque die referunt ad Proregem quid decreuerint faciendum. Accedit etiam illud, quod est ab eodem Prorege diligenter curatum, vt in omnibus huius insulae ciuitatibus duo eligerentur, alter ciuis, alter ecclesiasticus, vterque pius, qui singulis quibusque mensibus, per literas, huius operis praefectis significent sintne aliqua, quibus consuli oporteat. Cum Prorex animum semper erga nostrum collegium beneuolum ostenderit, beneuolentissimum certe in hoc charitatis officio declarauit, non solum quod eius bonam partem commiserit R. P. Praeposito, et quod eos, qui huic operi praesunt, in nostrum collegium conuenire voluerit, uerum etiam quod decimo quinto die, ex quo erat hoc institutum Concilium, in nostrum collegium cum sex illis, quos huic destinatos operi di-

ximus, uenerit, vbi et concionem audiuit, et post pransus est, suntque non pauca eo die a fratribus nostris in eius operis laudem composita carmina, quae quam Proregi fuerint grata declarauit illud, quod valetudinarius ipse libenter audiret memoriter pronunciata, et legeret sibi oblata. De iis fortasse plus satis.

Quod uero ad nostrum collegium et scholas spectat, cum habeat P. T. R. Patrem Praepositum [1], qui omnia praesens significare potest, commodius me facturum sum arbitratus si meas ei relinquerem partes. Sed ne nihil omnino dicam, nostri Patres piis pro more insistunt operibus: carceribus detentos piis monitionibus a peccatorum carcere liberare omnibus modis student: adstant etiam crebro infirmis, ac morituris non paucis subueniunt. Multae quoque puellae ex iis, quae nostrum templum frequentant, suam Deo virginitatem consecrarunt.

Est ad nos Pontificis diploma (iubilaeum vulgo appellant) missum, quod R. P. Praepositi cura hic impressum est, et publice, ita rogantibus Patribus Conscriptis, a R. P. Hieronymo Otello in templo maiori populo est pronunciatum, quo tempore plus minus 600 sanctissimam una die in nostro templo (vt alia omittam) sumpsere Eucharistiam: quod uero ad lectiones, confessiones et communicantium frequentiam spectat, idem est, qui antea, fructus.

Ac decem uiri, qui res publicas administrant, et multi alii optimates ad Cardinales aliquos et Summum Pontificem scripserunt, ut huic nostro Collegio subueniretur, cum uires ciuitatis nullae sint, nec efficere quicquam per se possint; sibique fieri beneficia dixerunt, quae in nostrum hoc Collegium conferuntur. Laudauimusque paucis ante diebus Ill.mi et R.mi Cardinalis Fuluii in nos animum, qui ad quemdam nobilem uirum rescripsit nullo se unquam tempore nobis defuturum, et se prius quam nos in egestatem deuenturum.

Haec sunt, quae scribenda in mentem uenerunt. Interim tuis orationibus nos omnes commendamus.

Datum Perusiae, septimo idus Octobris 1555.

T. P. seruus indignus,

GIO. ANTONIUS VIPERANUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Plurimum R.do in X.o P.i M. Ignatio a Loyola, Praeposito gnali. Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1555, Perusia, Quadrimestres, 9 Octobris.

Vestigium cerae sigilli.

CDXXXIV

Alphonsus Hernandez
Patri Ignatio de Loyola.
Genua, 10 Octobris 1555 [1].

IHS

Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi.

Quoniam pluribus uerbis minime delectaris, ubi materia breuis offertur, admodum obseruande in Christo Pater, dabimus operam ut breuiter ea, quae his proxime elapsis 4 mensibus hic facta sunt, perstringamus. Nam hoc idem angustiae temporis, quibus sum interclusus, a me postulare uidentur; uix enim possum aliquid temporis his literis exarandis suppeditare; tot distringor occupationibus: tamen, cum sanctissima obedientia mihi ante oculos uersaretur, malui hoc onus subire, quam ab illa transuersum (quod aiunt) digitum discedere.

Atque ut a confessionibus, quae piis hominibus et angelis Dei gaudium laetitiamque afferre solent, initium sumam, in hisce bellorum tumultibus et barbaricae classis metu plerique confessi sunt, oblata praesertim occasione sacri jubilaei; totque ad nos uenerunt, ut uix liceret R.dis Patribus nostris feriatis etiam diebus a templo abesse. Dedit haec res merendi occasionem. Nam aliqui, qui non consueuerant nisi semel in anno crimina sua detegere, a nostris patribus inducti frequentius se Deo reconciliare solent; cui quo dignius deinceps adhaerere et sacram Eucharistiam frequentare possent, quicquid sceleris, quod

[1] Autographae in folio duplici, nn. 192 et 193.—Est et apographum exemplum omnino simile in folio item duplici, n. 191.

a primis (ut dicitur) unguiculis designauerant, confessi sunt; ita ut non abs re escam bonorum confessionem appellare possimus, quod, uidelicet, ea homines capiantur, ut hamo pisces. Caetera huius generis praetereo, nec commemorare aggredior quam multi, a perditis moribus pessimaque uita reuocati, sacramentorum praesidio se muniant; cuius rei euidentissimum inditium est deuotorum numerus maior, qui singulis diebus dominicis ad sacramenti mensam accedunt. Quidam, cum in extremis laboraret, noluit alio quam Patri nostro confiteri; tanto erga nos amore ducebatur.

Non paruam quoque eodem ipso tempore spiritalem utilitatem hauserunt nostri scholastici. Nam omnes, quibus per aetatem licuit, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserunt tanta cum modestia, ut non defuerint qui dicerent propensiores iam pueros ad uirtutem esse quam senes. Miri sane sunt progressus, quos cum in literis tum uero in spiritu faciunt. Nam ut omittam eos singulis mensibus confiteri, necnon prouectiores frequentius sacramentum suscipere; sunt etiam nonnulli, qui diuini amoris inflammati desiderio, fratres, sorores (sed quid dico sorores?) imo et patres suos ad honorem cultumque diuinum cohortentur; hoc saltem unum possum confirmare: uirum quemdam prouectae iam aetatis increpatum a fratre suo, qui nostras frequentat scholas, quod chartarum ludo nimis uacaret, ludum omisisse aut saltem a ludo praesente fratre abstinuisse.

Tres iuuenes, absolutis primae hebdomadae exercitiis, quae R. P. noster Joannes Baptista [1] eis ministrauerat, se religioni nostrae uouerunt atque dedicarunt; at Pater noster, optimum factu ratus si eorum ingressum differret, noluit statim aditum illis praebere, donec aliqua constantiae eorum signa experiretur; tempore enim ingenium hominis dignoscitur et turpius eiicitur quam non admittitur hospes. Ipsi, semper in eadem sententia permanentes, confitentur singulis diebus dominicis.

Duo sunt ex nostris scholasticis, qui praeter caeteros religionis nostrae habitum inducre se uelle profitentur, quorum alter a suis impeditur, quominus uoti sui fiat compos; quod factum, quoniam auditu iucundum existimo, silentio praeter-

---

[1] P. Joannes Baptista Viola, qui superintendens Collegii erat.

re non possum. Res ergo ita se habet. Adolescens hic diuino (ut credere dignum est) spiritu tactus, et patrum fratrumque nostrorum uita atque exemplo incitatus, in animum induxit suum Societatem nostram ingredi, cuius rei R.dus P. Baptista, per iuuenem ipsum certior factus respondit ut omnino diffideret se assequi posse quod optabat, nisi prius matris suae, et eorum, qui ipsius curam habent, uoluntatem uenaretur (hoc enim immatura eius aetas postulabat). Nec multum temporis interfluxit, quin ille Patris nostri jussa exequeretur matrique rem omnem indicauit (pater namque obierat); quae tantum abest ut aliena a filii sententia fuerit, ut etiam eodem quoque flagraret desiderio, cuius rei preces, quas ad omnipotentem Deum effudit, nobis argumento esse possunt. Nam, ut adolescens nobis postea retulit, ipsa genibus prouoluta immortales Deo gratias egit, quod eam mentem animumque donauerit filio. Noluit tamen prius potestatem illi facere quam iuuenis auum consuleret animumque tentaret, qui principio non renuit, voluit tamen scire essetne iuuenis nostro hortatu in eam sententiam ingressus necne; cumque id minime uerum esse comperisset, placuit nepotis animum experiri, pollicitusque est nunquam se deducturum de [sua] sententia iuuenem, si modo ipse in ea permanebit. Haec omnia acta sunt uuenis patruo inscio, sub cuius tutela ille est; qui cum primum em cognouit, prohibuit ne ad nostras scholas amplius ueniret, perans se hoc modo facile auersurum a nobis adolescentis nimum; sed multo aliter se res habuit. Nam etsi ille ad scholas on ueniat, tamen aliquando fallit patruum et ad nos se conrt, nostrum implorans auxilium. Pater tamen Joannes Baptita immaturam eius aetatem causatur, ne si forte ipsum admisset inuito patruo (qui ex primoribus urbis est), fama per urem manaret pueros familiaritate nostra allici ac decipi; quae es non paruum nostris scholis afferret detrimentum. R. P. Tua lum Deo suis orationibus commendet; magna enim me tenet pes aliquando tandem religionem nostram ingressurum.

Est etiam alter, qui eodem quoque tenetur desiderio, cuius ei gratia patrem in collegium nostrum adduxit, qui animum lii summis laudibus ad coelum extulit, promisitque non solum lum non impediturum, si in eadem sententia permansisset, imo llum currentem incitaturum.

Hoc quia nonnihil gratiae habere uidebatur, recensere uo-

lui: nunc ad caeteros scholasticos ueniamus, quorum numerus in dies augetur, crescetque amplius hac hyeme. Nam hac aestate multi uillas et uineas incoluerunt, qui, aduentante frigore, in urbem se recipient; nunquam tamen centum sexaginta, et plures adhuc, defuerunt, qui feruente etiam sole ad nos uenirent. Pro innouandis literarum studiis ad mensis sequentis initium compositae sunt duae orationes, quae a duobus scholasticis habebuntur, necnon grammaticae theses, quas discipulus quidam est tutaturus, quae a caeteris impugnabuntur more parisiensi; alii item poëtarum partes subibunt. Haec autem omnia eo tendunt, ut uel hinc ciuitas intelligat quantam afferant lucem haec nostra studia iuuentuti, quam caeteri praeceptores deludi et decipi, tempusque frustra conterere affirmare non uerentur, qui etsi nos clanculum dente theonino mordent, tamen diligentiores multo modo se praebent quam antea, ut ea diligentia possint pueros retinere, quorum multi ad nos ueniunt, hincque sunt illae lacrymae. Nonnulli porro ex magistris uolunt ordinem nostrum imitari praesertim in precibus, quae absolutis lectionibus a nostris fiunt, sicque daemon interim illuditur, suisque ipse artibus capitur.

Omiseram sane id quod actum est a nostris discipulis in festo Corporis Christi, quod minime omittendum existimo. Cum hic dies uniuersam ciuitatem omnesque cuiuscumque ordinis religiosos frequentes soleat aduocare ad supplicationem Deo immortali decernendam per omnes uicos urbisque plateas, composita fuerunt a Rdo. P. Joanne quaedam carmina in laudem Sacramenti, quae decantata fuerunt a quatuor pueris coram sanctissimo Sacramento, Duce, Senatu, atque Episcopo, caeteraque uniuersa nobilissimorum ciuium caterua, in altari, quod pro foribus collegii nostri struximus, imitati morem collegii Romani: quae res maximam attulit uniuerso populo admirationem propter nouitatem (in tota siquidem urbe nihil simile factum est), adeoque grata fuerunt ciuibus carmina, ut plerique ea postulauerint, nec defuerint qui ea etiam excudere uellent. Tandem, ut uno uerbo dicam, omnia ita fiunt ut per totam urbem bene audiat hic locus, praesertim apud Episcopum, qui non solum uerbis sed etiam epistola ab ipso exarata, quae publici testimonii uicem obtinet, id, quod de Societate nostra sentiret, indicauit, in qua summis prosequitur laudibus Societatem, ut

quae maximum emolumentum in literis bonisque moribus huic urbi afferat, cuius exemplar iam ad Paternitatem tuam misimus, missuri postea alterum Ducis totiusque senatus, qui idem omnino confirmant [1].

In scholis omnia pro more fiunt, nihilque est immutatum ex eo quod R. Pater Natal instituit: legitur doctrina christiana pueris diebus ueneris a P. Joanne, qui etiam diebus dominicis concionatur in quodam xenodochio, in quo etiam fiunt a nostris fratribus frequentes cohortationes, uaria colloquia, atque admonitiones, quae sigillatim recensere superuacaneum esset; neque eo in loco tantum, sed ubique, ubi commoditas offertur. Nam cum quidam a nostris bis essent deprehensi chartis ludentes, cum id factum a nostris [fratribus] non laudaretur, illi, omisso ludo, chartas dilacerauere atque in mare projecere, promittentes se uenturos in collegium nostrum ad confitendum. Benedictus sit Dominus, cui haec omnia accepta referre debemus, qui efficit ut eam praestantiam uirtutis atque ingenii (si qua est) quam hominibus impertitus est, impertiant ipsi suis, communicentque cum proximis; fructus enim ingenii et uirtutis tum maxime capitur, cum in proximum quemque confertur.

Si haec, Pater optime, parua tibi uidentur, habemus quid nos quoque causari possimus; primo collegii nostri situm importunum; deinde aduersam ualetudinem R.di P. Baptistae, qui, si ualeret, non dubito quin multo plura fierent; tum uero penuriam concionatoris, absentiamque R. Patris Laynez, qui ab omnibus quotidie expectatur. Spero modo aduentu R. P. Doctoris Olarti [2] melius se res habituras quam hactenus. Interim tamen haec, utcumque sunt, R.de P., benignus accipe, quando plura tibi offerre non possumus.

Nihil iam superest nisi ut nobis ignoscas, ueniamque a Deo pro nobis petas si quid boni a nobis negligentia praetermissum est, et diuinam implores clementiam, ut possimus eius uoluntatem cognoscere et perfecte exequi. Vale.

Genuae, sexto idus Octobris anno 1555.

filius et seruus inutilis in Christo,

Alphonsus Hernandez.

---

1 Vide Polanci *Chronicon*, t. v, ubi de Collegio Genuensi agitur.

2 Sic; est autem sermo de P. Gaspare Loarte.

Superscriptio in quarta pagina: † R.do in Christo Patri Magistro domino nostro [1], Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1555. Genoua. Quadrimestres. 10 Octobris.

Praecedentium Alphonsi Hernandez litterarum italica versio [2].

†
Jhus.

R.do in Christo Padre.

Pax X.i etc.

Percio che alla R. V. non piaceno longhe parole, quando la cosa se puo dire in poche, procureremo breuemente narrarli quello che in questi quattro mesi passati s' è quì fatto, et la breuità del tempo questo medesimo richiede, conciosia cosa che apena mi resti tempo per scriuere questa per le molti occupationi; nientedimeno essendomi proposta l' obedientia, elessi più tosto pigliare questo incarico che tanto o quanto dall' obedientia suiarmi.

Cominciando adunque dalle confessioni, le quali sogliono et gli huomini da bene et li spiriti celesti fare rallegrare, in questi rumori della guerra et tumulti di barbari, parechi per cagione dello sacro giubileo se sono confessati et tanti ne uennero da noi che apena poteuano li R.di nostri Padri, ne' giorni anche de lauoro partirse dalla chiesa. Percio che nel uero quelli, li quali non si soleuano confessare più d' una uolta l' anno, tirati di nostri Padri, più spesso si confessano, il che, accio più spesso si possa meglio fare et frequentare la communione, tutti i peccati, quali da loro fanciullezza commisero, han confessato, tal che con ragione si puo la confessione dire esca delle buone ope-

[1] Voces has *domino nostro* cancellavit antiqua manus.

[2] Autographum, ut videtur, exemplum in folio duplici, nn. 189 et 190, manus autem nobis ignota.

·e, colla quale si sogliono li huomini, come pesci nel hamo, pigliare.

Lascio delle altre si fatte cose, de quali non uoglio far mentione. Moltissimi da tristi costumi et maluagità di uita si sono retirati, quali si mantengono colla uirtù de sacramenti, la qual cosa si conosce chiaramente per l'accrescimento delli deuoti, li quali ogni giorno di domenica se ne uanno alla sacra mensa. Uno ue n' era fra gli altri il quale in sul punto della morte non uolse d' altro, saluo che da nostri Padri, confessarsi.

Nè li scholari nostri de così fatta commodità cauorno poco spirituale profitto, concio sia che tutti quanti furono per l' età capaci, con grande deuotione la Sacra Eucharistia pigliorno, al che si diceua che i fanciulli sono più inclinati alla uertù che vecchi: è cosa nel uero da marauigliare il frutto che essi, et nelle lettere, et nelle uirtù fanno, imperoche, accio io tacia del onfessarsi ogni mese, et i più prouetti anche communicarsi, gli ue ne sono alcuni tanto dal diuino amore accessi, che i fratelli et sorelle, anzi i medesimi padri et madri, al diuino honore et seruigio essortano. Questo ui posso dire che un homo già attempato fu d' un fratello suo, il quale uiene alle nostre schole, ammonito per cio ch' era tropo uso di giocare alle carte, il quale assò stare il gioco o al meno in presentia del suo fratello.

Tre giouani poi che hebbono fatti gli essercitii della prima settimana per mezzo del P. Giouan Battista, se diedero alla nostra religione; ma pensando egli essere meglio il prolongarli ' intrare, non li uolse de subito riceuere senza prima far proua della sua constanza, percio che il tempo scuopre la natura et ngegno dell' huomo, et ancho è meglio non allogiare i forasieri che poi di riceuuti li cacciarli uia. Essi pur si confessano da noi ogni domenica.

Due de nostri scholari fra gli altri uogliono intrare nella religione, l' uno de quali da suo padre et madre è impedito, la qual cosa, per esser degna di saperse, non la lasciarò. Questo anciullo adunque mosso (come e degnamente si puo credere) dal diuino spirito, et incitato colla uita et buoni essempi delli nostri Padri et fratelli, si deliberò di farse delli nostri; il che poi uenne a notitia del R.do Padre nostro Battista, facendoglilo il medesimo giouane sapere: rispose il Padre che non poteua da nostri essere riceuuto se prima la madre (percio che padre non

ha, per essere di questa uita passato) et gli altri parenti, che di lui hanno cura, non ne fossero contenti. Nè esso si restò lungo tempo di fare il comandamento del detto Padre, anzi ogni cosa manifestò alla madre, la quale grandemente il medesimo desideraua, dil che le preghiere et ringratiamenti a Dio da lei fatti ci ne dettero testimonio, anzi non ch' ella per conto alcuno l'hauea impedire il suo buon desiderio. Percioche, si come doppò egli lo narrò a noi, ingenochiata ch' ella fu rendette gratie a Dio che tal uoluntà et desiderio gli haueua dato. Et pur ella non gli uolse si fatta licenza prestare per insino che n' hebbe il padre di lei, et del fanciullo l' auolo, auisato et il suo animo circa il tal negotio tentato. L' auolo prima non disse di no, anzi uolse sapere se noi l' hauessimo a tal proponimento essortato, il che sappendo non essere stato, uolse prouare l' animo del suo nepote, dicendo de non mai suiarlo di tal proponimento, perseuerando egli in esso. Tutto questo passò, non ne sapendo il zio nulla, sotto cui tutela il detto giouane dimora; il quale, poi che seppe come passaua la cosa, gli uietò la uenuta alle nostre schuole, pensandosi per così fatta maniera suiarlo da noi; la qual cosa gli uienne altramente fatta che egli credeua; percio che quando il giouane puo uenire, senza essere dal zio saputo, se ne uienne da noi per cagione di domandar conseglio, benche non uenghi alla schola. Niente di manco il P. Battista teme la sua poca età, acciò che se forse contra la uoluntà del zio se pigliasse, il quale è de buoni di questa terra, non si spargesse la fama per la terra che noi tiramo con lusinghe a fanciulli, che intrano nella nostra religione: la quale cosa farebbe grande danno alle nostre schole. La R. P. V. il raccomandi a Dio Nostro Signore nelle sue santi orationi, percio che ho grande speranza che al fine, doppo il molto prolungare, entrarà nella nostra religione.

Et ce n' è anche un' altro col medesimo desiderio, per il che menò il suo padre al nostro collegio, il quale somamente laudò l' animo del figliolo et promisse di non solamente impedire, ma che egli stesso l' incitarebbe, se però permanesse nel buon desiderio.

Questo mi è piaciuto narrare per hauer non so che di gratia. Hora ueniamo alli altri scholari, il numero de quali s' aumentarà et crescerà più ogni giorno questo inuerno, concio sia

:osa che molti questa state sono dimorati nelle ville, quali nel ïreddo alla città se ne torneranno; mai però sono stati manco li cento sessanta, quali anche nelli grandi calori alle schole ueniuano. Due orationi si sono composte per la renouatione delli studii, le quali reciteranno due de nostri scholari, et anche cer:e conclusioni di grammatica, quali uno solo ha de sostentare et gli altri disputaranno a guisa di Parigi; altri reciteranno versi; et tutto questo si fa accio questa città intenda quanta luce liano questi nostri studii a giouani, quali gli altri Mastri danno l' intendere d' essere ingannati et perdere il tempo indarno, quali di nascosto ci abaiano. Sono nondimeno molto più diligenti che prima, accio per la diligentia possano ritenere gli scholari, delli quali molti ne uengono da noi; per cio tanto ci ibaiano alcuni; pur ne uogliono imitare principalmente nelle orationi che si fanno dalli nostri in sul fine delle lettioni; et così l demonio alle uolte è irretito et pigliato con le sue proprie arti t lasci.

Ma con questa calca delli scholari mi si era tolto de memoia l' altare che fu fatto quì dalli nostri il giorno del *Corpus Domini*, oue passando la processione generale, la quale da tutta a terra et d' ogni sorte di religiosi è solita in simili giorni di arsi, furno recitati certi uersi, composti in honore del Sanctisimo Sacramento dal R. P. Mtro. Giouanni, in presenza del Vescouo, et Duce, et nobili cittadini; et questo diede grande admiratione a tutto il populo per la nouità, per cio che non se sono fatte simile cose in tutta la città; ma questo fecemmo noi seguitando il modo usato di Roma. I uersi piacquero a cittadini, percio che parecchi ce li chiesero et ne furono anche di quelli che uoleuano si stampassero; et in somma così ogni cosa si fa che se ne dice bene per tutta la terra; il che il Vescouo il dimostra non solamente colle parole ma ancora con una lettera, dando testimonianza di quello ch' egli sente di nostra Compagnia, laudando essa, concio sia cosa che grande frutto faccia a questa terra colle lettere et buoni costumi; la cui copia mandammo a V. R. P. et poi ne mandaremmo un' altra del Duca et de tutto il Senato, la quale contiene il medesimo.

Nelle schole ogni cosa si fa come si suole; nè s' è mutato nulla di quello che il P. Mtro. Natale ordinò. Ogni venerdì se legge la dottrina christiana dal P. M. Giouanni, et anche il det-

to Padre le domeniche predica in un spedale, nel quale anche spesso si fanno essortationi dalli nostri fratelli, le quali sarebbe dauanzo narrarle in particulare; nè in quel loco solo, ma per tutto, quando c' è commodità; per cio essendo alchuni due uolte dalli nostri trouati nel gioco, et essendo ripresi, lasciorno il gioco et straciorno le carte, promettendo de uenirse a confessar dalli nostri. Sia benedetto Iddio, a cui s' han tutte queste cose de attribuire, il quale fa che dalla uertù et ingenio, che ha dato a uno, se ne faccia parte a gli altri; perciochè all' hora si riceue il frutto del ingegno et uirtù, quando si communica col prossimo. Se queste cose, R.do Padre, ui pareranno piccole, possiamo lamentarci della incommodità del collegio et della malatia del R.do P. Battista, il quale se stesse bene, senza dubio se farebbono molto più cose, del manoamento de predicatore et absentia del P. Laynez, il quale è ogni giorno aspettato da tutti. Spero che hora colla uenuta del R.do P. Loarte le cose anderanno meglio. Queste cose non dimeno, R.do P., come se' uogliano che siano, receuetele con amoreuolezza, non li possendo dar altro.

Non mi resta altro saluo che V. R. P.tà ci perdoni et domandi a Dio nostro Signore perdono per noi, se alcuno ben habbiamo lasciato per nostra negligenza, et implori la diuina clementia accio possiamo cognoscere la sua uoluntà et quella perfettamente seguitare.

Da Genoua, a dì 10 di Ottobre 1555.

Questa l'interpretò il P. Giouanni.

Superscriptio in quarta pagina: † Al Molto R.do in X.° Padre, il P. Mtro. Ignatio, Prep.to Generale della Compagnia de Jesu.

Roma.

Alia manu: Genoua. 55. X di Ott.bre.

CDXXXVI

Stephanus Baroëllus,
Ex commissione **Patris Philippi Fabri, olim Leerni,**
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 11 Octobris 1555 [1].

†
Jesus Maria.

Padre, diciararemo a V. R. in breuità quello pocco che è atto in Modena.

Primo era tanto grande inimicitia intra la madre et figliola t genero suo, che machinaua male il vno contra di l' altro; la ual cosa intendendo vno de gli Padri primo feci chiamar la nadre, doppo il genero, et odendo le raggioni del' vno et del' ltro, adoperando etiam lo auxilio del perrochiano, se pacifiorono.

Un confessor delli nostri fu chiamato che visitasse vn certo nercadante molto amalato non solamente del corpo, ma etiam lel' anima, perche non si era confessato nella Pasqua, hauendo dio con vno et desideraua uindicarsene, et fu mosso per il medesimo confessore a far pace, et receuuto che hebbi li sacranenti, se ne morsi: la qual cosa vedendo il suo fratello, il qual aaueua odio con quel medesimo et non essendo confessato nella Pasqua, et sollicitato dal sopradetto confessore, se confessò. Un cittadino amalato domandò vn confessor delli nostri con il qual feci la confessione, et riceuuti li santi sacramenti della chiesa, se ne andò al Signore.

Io penso che V. R. sapia d' vn certo romano, il qual si chia-

---

[1] Autographae in unico folio, n. 168; in his tantum subscriptio, *per commissione della santa obedientia, Stephano Baroello,* est ipsius Stephani manu.

mava Stephano Cardello, il qual essendo in vna graue infermità ritornò in tal manera in se stesso, che spessissime volte parlaua della misericordia che Iddio l' haueua fatto, essendo però spesse volte visitato del nostro Padre, col qual se confesso più volte, armato delli santi sacramenti felicemente se ne andò al Signore.

Un huomo, il qual essendo stato in peccato mortale con vna donna otto o 9 anni, pur si confessorono tutti duoi, et poi la pigliò per moglie. Si sono datti anchora gli essercitii a vn gioueni de buone parte, il qual, doppo aver dato bono essempio alla casa sua, è intrato nella Compagnia.

Visitandoci il Padre Commissario [1], auemo tutti insieme renovati gli votti.

Il Ducha di Ferrara ci porta bene verso de noi, il qual havendo scripto primo al gouernatore et Vescouo, acciò che hauessimo alcuno loco, et non essendo fatto nulla, Sua Excellenza venendo in Modena ci a datto vn poco di terreno nel qual potremo edificare, et gli amici si sono offerto di agiutarsi et auendo edificato alcun loco, speramo nel Signore che se farà gran frutto nelle anime; il qual in fin a qua è stato poco per molte cause.

Mutinae, quinto idus Octobris anno 1555.

Per commissione della santa obedientia

STEPHANO BAROELLO.

55. Mutinae etc.

---

[1] Sermo est, ut in latinis exemplis exprimitur, de Patre Hieronymo Natali.

Praecedentium Stephani Baroëlli litterarum latina versio [1].

†
Jhs. M.[a]

Pax X.[i]

R.[de] Pater: Pauca a nobis Mutinae peracta breuiter tibi explicabuntur. Inter matrem et filiam ac generum adeo grauis nimicitia erat, vt mala vnus contra alium cogitaret [2]; quod audiens alter Patrum primo vocari jubet matrem, deinde generum, et auditis partibus, simulque vtens auxilio curati tandem nter eos, Deo fauente, pax composita est.

Confessarius ex nostris vocatus vt inuiseret quemdam mercatorem pauperem, ualde infirmum non solum corporis sed et animae, propterea quod non fuerat confessus in paschate, habens odium aduersus quemdam, et cupiebat se vindicare, si solum potuisset; sed per eumdem confessorem inductus est ad faciendam pacem, et, receptis sanctissimis sacramentis, migrauit ad Dominum. Qua de re motus eius frater, qui erat et ipse in eodem peccato, et inductus per eumdem dictum confessarium, confessus est. Ciuis quidam aegrotans accersiri jubet confessorem ex nostris, cum quo fecit confessionem, et receptis sacramentis ecclesiasticis, obiit diem suum.

Nec te latere debet de romano illo, cui nomine erat Stephanus Cardellus, qui graui morbo affectus, ita ad cor rediit vt saepe loqueretur de Dei misericordia sibi a Deo facta, et adhibita diligenti cura a Patre nostro, quocum aliquoties est confessus, sacrosanctis sacramentis munitus obdormiuit in Domino.

Vir quidam, qui vna cum muliere in peccato mortali jacueat 8 vel 9 annis, praemissa confessione duxit eam in uxorem; praeterea data sunt exercitia juueni bonarum partium, qui cum

[1] Duplex est harum litterarum exemplum autographum. Primum in folio unico . 169, in quo quaedam subdidit manu propria P. Joannes Le Pelletier; caret subscritione. Secundum, in folio etiam unico, nullo numero distinctum, caret his a P. Le Peltier additis, sed superscriptionem quamdam habet, quam infra transcribemus.

[2] *machinaretur* habet alterum exemplum.

bono exemplo fuisset domesticis, ingressus est nostram Societatem.

Visitante nos Patre Natali, renouauimus vota omnes simul.

Dux Ferrariae scripsit ad Gubernatorem et Episcopum pro habendo loco, et cum nihil factum fuisset per eos, ipse nobis assignauit locum vbi poterimus erigere collegiolum, ad quod aedificandum amici adiuuabunt, se enim ad hoc obtulerunt, et eo constructo speramus magnum fructum fore in animabus, qui hactenus valde exiguus fuit propter causas ad te saepe scriptas.

Mutinae, 11 Octobris 1555.

Ex praecepto sanctae obedientae,

STEPHANUS BAROËLLUS.

Hic addidit manu propria P. Joannes Le Pelletier, Ferrariensis Collegii Rector, cui et Mutinense subjacebat: Queste sono le quadrimestri di Modena doue si po vedere che cosa po M. Stephano nel latino, non so che sara col suo hebreo, dal principio io volea chel studiasse alquanto in humanità, ma non gli fu ordine; pur tandem pare seria più necessità che dare opera al hebreo et non sapere niuno delli dua.

JOANNES PELLETARIUS.

Superscriptionis loco in alterius autographi exempli secunda pagina: Litterae quadrimestres Collegii Mutinensis.

CDXXXVI

P. Joannes de la Plaza
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 31 Octobris 1555 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Cristo.
Pax Christi.

Porque aunque immérito me ha mandado nuestro P. Prouincial [2] tener cuidado de los nouicios, que están en la casa de probaçion, siendo yo de los que más necessidad tienen de ser ayudado principalmente en este caso, scriuo á V. P. lo que nuestro Señor se ha dignado obrar en estos sus sieruos, y lo que les ha comunicado en este poco tiempo que ha que están aquí recogidos, que en respecto de lo interior, que á cada vno avrá dado, es poco.

Domingo en la noche, veinte de este mes, entramos en esta casa, y con los que despues acá han venido somos diez y siete. Luego en el principio se començó á sentir ensanchamiento en el espíritu con el recogimiento corporal, dando muestra dello el grande contentamiento y paz que todos sienten en la manera de proçeder. Despues se començaron á exercitar en diuersas maneras de mortificaçiones, y estas se han continuado hasta hora, que no ha quedado dia que á comer y á çenar no las aya pidido; y esto con tanto feruor que andauan á qual pidió primero para salir antes que el otro, y con tanta instançia las piden aora como si de nueuo començaran; allende que en cosas particula-

[1] Autographae in folio duplici, nn. 105 et 106.
[2] P. Bartholomaeus Bustamante, que in hoc officio paulo ante successerat Patri Michaëli de Torres.

res procuran deshazerse de aquellas á que sienten mas affection. El contento y alegría, que todos tienen, es para dar gracias á nuestro Señor verle: y lo que más me marauilla es que hasta aora no se ha sentido difficultad en hacer mortificaçion, qualquiera que sea, con ser algunos muy nueuos. Allende de los exercicios spirituales y pláticas ordinarias, se exercitan corporalmente algunos ratos en hazer pleita para esteras; y ay algunos buenos maestros della, aunque antes no lo vsauan, especialmente el P. Madrid [1], que entró en Granada, y otros estudiantes.

Tiénese grande cuidado en la guarda del silencio y en la promptitud en la obediencia, y generalmente en la guarda de las reglas generales y particulares; y acerca desto, aunque otros lo avrán escrito á V. P., no lo dexaré de repetir, pues nuestro Señor me ha fauoreçido con mi parte; y es que despues que nuestro P. Bustamante vino á esta prouinçia se ha sentido en las casas della vn ensanchamiento de espíritu con grande confiança de fácilmente aprouechar en el seruiçio diuino, que ha causado admiraçion: y la causa que todos dan es auerse subyectado con entera resignaçion de sus uoluntades y juizios á la perfecta obseruaçion de las reglas y constituciones, en las quales pareçe auerse abierto vn camino muy fácil y seguro, por la clara luz y conocimiento, que nuestro Señor ha comunicado, del grande thesoro que en ellas está encerrado.

De las cosas más particulares desta casa sabrá largo V. P. por la de nuestro P. Prouincial, y por tanto no las refiero aquí. Estamos todos buenos de salud corporal, con deseo de crecer en la spiritual, para la cual nos encomendamos en las oraciones de V. P. y de nuestros Padres y Hermanos charíssimos en el Señor nuestro.

De Córdoua, jueues, último de Octubre 1555.

De V. P.

indigno sieruo en el Señor nuestro,

JUAN DE LA PLAÇA.

Superscriptio in quarta pagina: I✝HS. Al mui R.do Padre

---

[1] P. Antonius de Madrid.

nuestro en Christo, el P. Maestro Ignacio de Loyola, General de la Compañía de Jesús, en

Roma.

Alia manu: 1555, Cordoua, De Juan de la Plaza, 11 *(sic)* de Octubre. R.da á los 7 de Abril.

Vestigium cerae sigilli.

CDXXXVII

P. Quintinus Charlart
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 8 Novembris 1555 [1].

IHS

Pax Christi nobiscum.

R.de in Cristo Pater.

Quid nos egerimus proximo mense et altero praecedente accipiat paucis Reuerenda Vestra Paternitas.

Confessiones quotidianae fuerunt et multum frequentes, dum dies aliquis festus et celebris appropinquabat; inter quas complures fuere generales; multi infirmi in fide per easdem confirmati sunt; adhuc enim plurimum infestant gregem Domini in hac ciuitate Lutherani, sacramentarii, et imaginum osores et fractores: uix dum octo dies sunt, ex quo duo huius urbis praetores iusserunt proclamari se daturos certam quamdam summam ducatorum accusatori quorumdam fractorum imaginum, et se ueniam daturos complicibus, si se et alios uelint accusare.

Per hebdomadam praeparamus nos ad praedicationem pro die dominico; pergimus semper in doctrina christiana et euan-

---

[1] Autographae in folio unico, n 374.

gelio Dei explicando, prout Dominus uires suppeditat; solebamus statim a concione, paululum prius spiritu refocillato, sedere ad confessiones audiendas usque in uesperum; sed nunc istud onus Patri Antonio [1] commisimus, ne quid nimis etc. Porro in templo maiori quotidie sedemus ad audiendas confessiones, prope magnum altare, extra chorum, a quo quidem loco nos exturbare et modum illum audiendi confessiones, canonicis insolitum, interrumpere nonnulli ex canonicis tentarunt non ita dudum, trahentes in dubium nostram facultatem; sed ecce, dum haec fiunt in absentia nostra, Dominus pugnat pro nobis; nam ex pluralitate uocum nil contra nos concludere potuerunt. Sit Dominus benedictus. Proinde, ut coepimus, pergimus confessiones audire in eodem loco tantisper dum Reuerendae Paternitati Vestrae placuerit.

Praeterea est et aliud, quod non parum me et quemdam alium canonicum exercet, nempe cura ex mandato capituli nobis commissa duorum coenobiorum mulierum, cum beghinagio a Vicario Episcopi commisso mihi soli, ubi singulis dominicis praedicamus et P. Antonius confessiones audit: desideramus et tentamus in dictis coenobiis disciplinae monasticae rigorem reuocare; sed adhuc parum promouimus; nam caremus hic coenobiis uirorum reformatis, qui nobis possent esse adiumento; sunt autem potius nocumento ob dissolutam ipsorum uitam. Dicta coenobia habent suos confessarios ordinarios, nos autem extraordinarie, dum aliquid insolitum contingit, adsumus illis.

Postremo, quantum ad temporalia nostra bona attinet, illis sustentamur, et ob caristiam annonae pauperes ualde multi nos interpellant domi forisque, quos uerbo et eleemosyna, quantum possumus, in Domino consolatos dimittimus. Inde factum est ut serius ad Reuerendam Vestram Peternitatem aliquam summam pecuniae remiserimus ad subleuationem expensarum collegii romani. Nunc proinde per Alexium Fontanam [2] dedimus P. Bernardo [3] transmittendam ad R. V. P. summam 40 ducatorum.

De canonicatu uero nostro commutando uel resignando nulla se obtulit adhuc occasio, quam obnixe expectamus a Do-

---

[1] Patri Antonio Bouclet.
[2] Vide supra, pag. 634.
[3] Patri Bernardo Oliverio.

mino, cui negocium istud totum frequenter commendamus et committimus sub Vestrae Reuerendae Paternitatis obedientia, nil fere aliud spectantes et suspirantes quam uidere diem illum, quo nudi nudum Christum sequi ualeamus.

De P. Ursmari[1] negotio, quia nondum expeditum, tacemus.

Reuerendae Vestrae Paternitatis precibus et sacrificiis nos omnes plurimum commendamus.

Tornaci, octauo die Nouembris 1555.

R. V. P.

seruulus inutilis,

Quintinus Charlart.

Superscriptio in altera pagina: R.do in Christo Patri, Domino M. Ignatio de Loiola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1555. Tornaci. Quintinus Charlant *(sic)*. 5 *(sic)* Nouembris.

Et alia: Questo è stato un' huomo santo.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Patris Ursmari Goysson.

CDXXXVIII

Robertus Clayssonius
Patri Ignatio de Loyola.
Billiomo, 15 Novembris 1555 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Gratissimus Domini Hieronymi Bassii atque adeo Magistri Petri Canalis [2] aduentus me summa laetitia recreauit, quorum vterque singulari modestia nec vulgari eruditione summam frugem in hac Aruernorum regione colligendam mihi pollicetur. Atqui in hac Biliomaea Academia, vberrimo incremento florentissima, ipse adhuc solus, Agricolarum nostrae Societatis subsidio destitutus, pondus diei et aestus perferre cogor. Nam R.mus D.nus Antistes Claromontanus, hisce rationibus adductus, tum quod professorum hic copia ad ferias vsque Divi Joannis Baptistae anni proximi abunde suppetat, quibus ad id vsque temporis docendi munus propagare liberum est ex conuentione, tum quod domus atque supellex necessaria paulatim leuiori impendio comparanda sit; D.num Hieronymum Claramontensibus assignauit, vt xenodochio labenti pia institutione suppetias ferat, ac Magistrum Petrum Euscopiae [3] apud se detinet, vt commodius maturiusque valetudinem recuperet in aëre tum serenissimo tum amoenissimo, quem tamen interdum me inuisendi gratia Biliomum se missurum recepit.

Proximo Paschate Collegium Societati erigendum mihi pollicetur, jussitque vt ad Paternitatem tuam literas transmittam, quibus senarium professorum numerum, vt minimum, scholae

---

[1] Autographae in folio duplici, nn. 231 et 232.
[2] Hi duo Roma ab Ignatio Billomum ad Collegium inchoandum missi sunt.
[3] Vide supra, pag. 685, annot. 3.

iliomensi in proximum Pascha a Paternitate tua exorem; qua
e re eumdem per literas cum Reuerentia Tua propediem actu-
m arbitror. Interea domus atque adeo supellex nobis praepa-
bitur, cuius comparandae paulatim curam Magistro Petro
iunxit. Domum suam, quam incolo, duodecim pauperibus
holasticis, in morem Collegii istic Germanici, Societatis ma-
sterio instituendis atque alendis destinauit. Aream vero, a
rba secretam, aedibus his contiguam, gymnasii classicis or-
nibus dicauit animi sui decreto. Societati vero domum am-
issimam, cui proxime vicinum est templum D. Michaëli sa-
um, Societati dicandum, atque area publica suffragio ciuium
bis donanda, designauit, quam pretio redimere instituit.
axit Christus vt quam ocyssime negotium omne conficiatur.
erte Biliomenses summo affectu ac spiritu anhelo ad Collegii
ectionem aspirant, optantque vt non dispersi separemur, sed
mul vna in domo commoremur.

Caeterum quantum ad occupationum spiritualium, quae me
rope obruit, turbam attinet, compendio historiae ordinem Pa-
rnitas Tua accipere poterit, quamquam res gestae complures
int numero. A postremis igitur literis Octobris 17.° scriptis [1],
uctus concionum discretis in locis habitarum vberrimus,
hristi gratia duce, extitit, non modo Biliomi sed et Claro-
onte, quo loco quatuor concionibus habitis, partim in Xeno-
ochio, partim in aede Divae Virginis du Port, denique in sum-
o dioeceseos templo, praesente D.no Episcopo, bonus Christi
dor in auditorum pectora e nostri ingenioli vasculo dispersus
st. Fragrantissimus vero circumstantium coronam odor re-
reavit orationis solemnis in synodo Claromontana a me habi-
ae die Octobris 24.°, quae, de residentia atque functione pasto-
um instituta, adeo Rmo. Domino placuit vt eam typis excudi,
diunctis constitutionibus Episcopalibus recens promulgatis,
nandarit [2]. Nonnulli etiam hinc pio affectu commoti super
nere conscientiae suae me consuluerunt, quorum e numero
nus Abbas fuit. Binis concionibus in coenobio Virginum Mart-
ac nuncupato prope Ryomum habitis, multis antea precibus

[1] Periisse hae videntur.

[2] An, juxta Gulielmi du Prat mandatum, oratio haec typis excussa sit necne, igno-
ramus. Certe Clayssonii nomen non reperitur in *Bibliothèque des écrivains de la
Compagnie de Jésus*.

earum ac Episcopi suffragio inuitatus, haud vulgarem ipsis consolationem attuli.

Denique in oppidulo Soriaco, in Prioratu de Laueme prope Maringum [1] vrbem, apud Montem Morinum nobis vicinum, atque Euscopiae, Episcopi jussu concione habita, verbum Dei energiam suam exercuit, quam testatur fauor omnium, ad sacrificii a me offerendi ministerium promiscuu concursus et caetera id genus indicia. Ryomenses me iterum ad solemnem de eleemosynarum collatione sermonem, trimestri quoque spatio haberi solitum, inuitarunt; quibus Episcopi, meo tamen omnia permittentis arbitrio quae ad sacrum hoc negotium pertinent, judicio consentaneo suffragatus sum. Issiodorum reditum adorno, et in Abbatiam Steensem profectionem instituo ante Aduentum, quem Biliomi (repulsam passis Ryomensibus et Issiodorensibus) verbi ministerio quotidiano intentus transigam. Sed de me, plus satis inutili ac delicatulo, iam satis.

Dominus Hieronymus Bassius ex quo Aruernos reuisit, piis negotiis vacare non cessat. Feriis Sanctorum Omnium (quibus me canonici Ecclesiae cathedrali optarant, repulsam ab Episcopo, Biliomaeis suffragante, passi tamen) Claromonte in paroecia Divae Virginis du Port cum frequentissimo auditorio concionatus est, ac jam diebus singulis in xenodochio sacrificio, verbi ministerio, pauperum paternae sollicitudini vacat, apud D.num Cancellarium R.mi Domini hospitio honorario exceptus, apud quem familiari consuetudine degit. Verbis conse qui nequeam quantum in ea vrbe auctoritatis Societati concilia rit tam exiguo temporis spatio, quamque vberem animorum frugem iam collegerit.

Magister Petrus Canalis Euscopiae et Episcopum extimulare ad Collegii erectionem laborat, ac piis moribus ac colloquiis fraternae correctioni studet; qui si valetudinem paulatim recuperet, maximam eruditionis ac probitatis suae spem nobis praebet, quamquam nec modo inutilis sit.

Reverendissimus Dominus, vestibus necessariis ministratis preces nostras suis eleemosynis jure meritissimo promeritus est nuperrime.

Vale in D.no Jesu Christo, Pater obseruandissime, nosque

[1] Maringues.

filios tuos sacrificiis orationumque suffragiis commendatos habere digneris, humilis promptissimum obedientiae Paternitati tuae offerentes obsequium.

Decimoquinto Novembris, 1555, Biliomi in Aruernia.

R.dae Paternitatis tuae obsequentissimus in Christo filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri D.no Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556 *(sic)* Billone, di 15 di Nouembre. R.ta alli 16 di marzo.

CDXXXIX

P. Petrus del Pozo.
Patri Ignatio de Loyola.
Burgis, 9 Decembris 1555 [1].

†
Jhus.

Muy R.do en Xpo. Padre.

Gratia et pax Xpi. sit semper nobiscum. Amen.

Lo que de 4 meses acá ay que auisar á V. P. es en suma que los studios que se començaron por nuestra Señora de Setiembre [2] an ido siempre en aumento con gran concurso de estudiantes, el número de los quales creo pasa de 200, con mucho aprouechamiento ansí en letras como en virtud. Los precepto-

---

[1] Autographae duplici in folio, olim unico n. 365, nunc nn. 127 et 128.
[2] In festo Nativitatis B. M. Virginis, 8.a Septembris.

res son el P. M.º Hernandez [1], prefecto de los estudios; el H.º Ruyz, buen humanista, lee de maiores; el H.º Heredia de medianos y mínimos; y menores tiene el H. Orive, que es buen talento: vino en lugar del H.º Martinez [2], que se sacó de aquí para otra parte por órden del P. Francisco [3].

El P. Gaspar [4], que auia sido nombrado para ir al Perú á instancia del Virrey [5], está aora aquí por Rector, que creo quiso el Señor impedirle el viaje del Perú por su secreto juizio y prouidencia, ansí porque el nauío en que auia por ventura de pasar, segun hemos entendido, se pereció con otros en el mar, como por quererse su Majestad seruir dél en las Indias de Burgos, que creo no son de poca granjería; es aquí muy açepto, tiene fama de gran confesor, síguele mucha gente, y principal, haze mucho fructo en las confesiones, etc.

El P. Hernandaluarez [6], que auía quedado aquí por Rector, fué a auilla [7] por orden del P. Francisco para lleuar adelante la obra de aquel Collegio, y por ser de la cibdad tan pedido y açepto, y tambien por serle esta tierra muy contraria á su salud, como está esperimentado por el tiempo que aquí a estado, que siempre se sentia mal dispuesto de vna enfermedad vieja que tiene, que es perlesía.

La frequentia de los sacramentos y concurso de las confesiones es muy grande: tanto que a auido dia de comulgar en nuestra capilla mas de 100 personas; por todo sea el Señor loado, que solo por no aber amplitud de casa no son muchos más. El P. Gaspar anda negoçiando cómo ayamos otra casa mayor, aunque sea alquilada, por no caber ya cómodamente en la nuestra el mucho concurso. El Señor lo prouea todo. Amen.

Los que aora son en casa por la bondad del Señor están buenos de salud corporal, y aprouechados en spíritu. Son en número once; tres Padres y 8 hermanos. Todos nos encomen-

---

[1] P. Gaspar Hernandez. VALDIVIA, *Historia*, ms. *de los Colegios de la Provincia de Castilla*.
[2] Ms. habet *myns*, quod est abreviatum *Martinez*. De hoc tamen, ut de praecedentibus Heredia, Ruiz et Orive, nihil certi statuere possumus.
[3] Pater Franciscus de Borja, Commissarius.
[4] P. Gaspar de Acebedo.
[5] Vide *Cartas de San Ignacio*, t v, pag. 246, annot. 2.
[6] Ferdinandus Alvarez.
[7] *Avila*, Abula.

damos en los sanctos sacrificios y oraciones de V. P. con todos los demás Padres y hermanos de esa sancta casa.

Rescebimos las del P. Polanco de 8 de Setiembre con vnas copias para el P. Francisco; con todas nos consolamos de ver los sanctos deseños, y aficion de Su Santidad [1]. Aumente el Señor en él sus dones, y gracias para gran bien de su yglesia y protection desta Sancta Compañía de Jesus, el qual sea siempre con todos. Amen.

De Burgos, 9 de Diziembre 1555.

De V. P. indino sieruo en X.°,

†
Pozo.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en Xpo. Padre el P. M. Ignacio de Loyola, General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556 *(sic)*. Burgos, de Pozo 9 de Dezembre.

Vestigium cerae sigilli.

---

1 Paulus IV.

CDXL

Pater Gaspar Fernandez,
Ex commissione Patris Gasparis de Azevedo,
Patri Ignatio de Loyola.
Burgis, 23 Decembris 1555 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et pax Christi, etc.

Cum ex laudatissimo more nostri instituti obseruatum habeamus, vt omnia quae per quaternos menses scitu digna apud nos fiant, Tua Paternitas a nobis accipiat, ne Christi et charitatis vinculum, quod nostra Societas profitetur, in hac vna epistolarum mutua communicatione deficeret, cum per eiusdem Christi gratiam in aliis superabundet; facere non possumus quin ea, quae apud nostrum collegium Burgense in dies diuina manus operatur, per epistolam Tuae P. nota faciamus.

Jam primum vt de patrum et fratrum numero intelligas aliquid, scias nos omnes esse decem, vt vel ex numero rationem

---

[1] Bina sunt harum litterarum exempla autographa; primum in folio duplici, n. 439, in volum. anni 1555; alterum in folio item duplici, n. 363, in volum. anni 1556.—Differunt autem sequentibus: 1.° in primo tantum subscriptio, a verbis *Bene vale,* est manu Patris Fernandez; alterum totum ipse exaravit. 2.° primum in pluribus emendatum est manu ignota, certo flandrica; alterum in paucissimis alia manu etiam ignota. 3.° in primo desideratur dies et annus, non ita in secundo. 4.° ubi primum *Tuus minimus in Christo,* alterum habet *Tuus in Christo.* 5.° primum post subscriptionem habet hoc verbum *Duplicata,* quod non est in altero. 6.um discrimen dabimus post superscriptionem.

Animadvertendum est etiam has litteras esse latinum exemplum, quod juxta *Constitutionum,* part. VIII, cap. I, M. confici Romamque mitti debuit, litterarum vernacula lingua scriptarum, quas praecedenti numero dedimus. Hoc tamen latinum exemplum hic distincto loco et numero ponimus, quia a) longius satis est quam hispanum et ad minutiora quaedam descendit, b) alio die datum est, et c) ab alio subscriptum.

sumere fas sit quantum ad diuina obseruandum mandata teneamur, qui ex ipso denario a sacro decalogo desumpto quotidie et passim admonemur ad ipsius exactam obseruationem. Quod si ad ipsam velimus aspirare perfectionem, ipsius etiam denarii perfectio, a uiris sanctissimis obseruata, non mediocre calcar addere videtur. Tres enim sunt patres et septem fratres. Vt neque desit in hoc quod nos ad indiuiduae et beatissimae Trinitatis adorationem impellat, et ad mutuum amorem inter nos obseruandum, si nos septem illa charismata Spiritus Sancti incessanter nobis donari petamus, vt vere simus fratres in domo Domini, et canere nobis liceat cum propheta: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in vnum* [1]. Sed quid moror? numerum accepisti, accipe etiam et nomina, Pater Rector Gaspar de Azeuedo, P. Pozo [2], P. Gaspar Ferdinandez, F. Joannes de la Carrera, F. Oribe, F. Ondarça, F. Heredia, F. Ruizius, F. Gabriel, F. Josephus [3], quae nomina vt scripta sunt in coelis, tuis quamprimum et charissimorum in Christo patrum et fratrum isthic commorantium orationibus iuuari postulamus.

Nostra studia, Deo auspice, a die Natiuitatis Deiparae Virginis initium sumpsere: habita prius in Basilica maiori huius ciuitatis publica oratione de nostris studiis et professione circa pueros instituendos: hanc habuit P. Gaspar Ferdinandez, Toletanus, qui rhetoricae facultatis munus obeundum accepit. Sunt et alii tres fratres singuli singulis classibus praefecti, optimam etiam sui muneris rationem reddentes. Jam in dies magis ac magis communis agnoscitur vtilitas, dum et patres filios modestiores et magis sibi obsequentes experiuntur: et studiorum optimam rationem reddentes, quae omnia in benignissimum nostrum Dominum vt in authorem iure referri oportet. Confluit ad nos tanta scholasticorum multitudo, vt vix domus eos capiat, cum et exigua sit, et huic legendi instituto non satis accommoda. Sed cum eos et plures viscera capiant charitatis, ca-

---

[1] Ps. cxxxii, 1.

[2] Petrus del Pozo.

[3] P. Gaspar Fernandez est ipse litterarum auctor; fr. Joannes de la Carrera notus est, praesertim ex Valdivia, *Historia de los Colegios de la Provincia de Castilla.* (Vide *Cartas de San Ignacio,* t. v. pag. 541 et seq.), et ex Nieremberg, *Varones ilustres de la Compañia de Jesus,* editionis antiquae, t. i, pag. 672, novae Bilbaënsis, t. ix, pag. 158; quorumdam fratrum Orive et Gabriel meminimus in annotationibus ad Polanci *Chronicon,* t. iv, pag. 391 et 408; sed horum, ut et caeterorum Ondarça, Heredia, Ruiz, Josephi, certi nihil statuere valemus.

piet etiam et domus, licet exigua, per amorem eiusdem, quem cum coeli capere non possent, potuit tamen vnius Virginis vterus accipere.

Scholastici fere ducenti sunt numero, quem in dies magis ac magis quotidie pullulantium adolescentum multitudo auget; messis quidem apparet multa, operarii autem pauci; sed neque omnia possumus omnes neque cuncta expetenda sunt ad nostrum votum. Verus Paterfamilias Christus Jesus mittat quamplurimos operarios in vineam quam plantauit dextera sua.

Exercitia literaria crebriora sunt in dies, publicae aliquando habentur orationes, interim dialogis latinis a nostris discipulis compositis, vel a praeceptoribus translatis, animos reficimus. In singulis sabbatis assertiones rhetoricae fulciuntur, in aliis etiam classibus suo modulo scholastici alternis vicibus interrogant et respondent: quibus hisce omnibus adeo studentium animus deuincitur, vt nullibi iam possent lubentius lectiones audire quam apud nostrates.

Sunt et alia maioris ordinis, in quibus diuina liberalitas thesauros misericordiae suae benignissime pandit. Nam et aliquae nobilissimae foeminae, quae nostrum adeunt sacellum, antea solitae et auro et gemmis et pretiosis monilibus exornari, omni iam mundano fastu deposito, moderatiores incedunt, et placet iam de rebus diuinis miscere sermones: aliae vero orationi vacant, et rebus spiritualibus operam dare satagunt, tum ad confessionem et sacram Eucharistiam adueniunt. Virorum autem quamuis non adeo magnus est numerus, illi tamen, qui ad nos veniunt, probatae sunt fidei, et incessanter perseuerant. Non est silentio supprimendum [1], quod non multis abhinc diebus Deus noster pro sua pietate operari dignatus est; nam et quidam, cui absque poenitentiae sacramento viginti et quatuor elapsi fuerant anni, mutatione dexterae Excelsi ad bonam mentem reuocatus, omnes conscientiae sinus aperuit, et cum maximis signis verae poenitentiae confessus est. Fuit et foemina quaedam, quae, duodecim annos peccato mortali pertinaciter adhaerens, et confitebatur et ad sanctissimum corpus Christi publice non formidabat accedere; cum tamen in omnibus confessionibus sciens et volens vnum celare peccatum voluisset; quam

---

1 Sic in altero autographo exemplo; primum habet *involvendum*.

Dominus ita mirabiliter tetigit, vt quantum humana coniectura assequi nobis conceditur, illam vere et christiane conscientiam aperuisse verisimiliter credere possimus.

Haec sunt, admodum R.de in Christo P., quae te nosse desiderabamus. Superest vt Deum Omnipotentem pro nobis omnibus orare non desinas, vt eum nobis semper animum impertiat, quo et nostri instituti rationem teneamus, et a vero tramite nunquam deuiemus, eiusque sanctissimae voluntati syncero animo semper obedire simus parati: quod vt facias te iterum atque iterum obsecramus. Bene vale in Christo Jesu.

Tuus minimus in Christo filius et inutilis seruus,

P. GASPAR FERNANDEZ.

Ex commissione nostri Patris Rectoris collegii Burgensis.—Duplicata [1].

In primi autographi pagina quarta, superscriptio: JHS. Al Muy R.do in Chro. P.e Nro. P.e Maestro Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Quadrimestres Collegii Burgensis mensis Januarii.

Vestigium cerae et sigilli.

In alterius exempli quarta pagina superscriptio: JHS. Al muy R.do in Chro. Padre Nro. Padre Maestro Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jhs, en S.ta María de la Strada, en Roma.

Alia manu: 1556. Ex Collegio Burgensi, 10 calendas februarii *(sic)* [2].

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Vide supra, pag. 706, annot. 1.

[2] En sextum discrimen inter primum et alterum apographum.

CDXLI

Erardus Avantianus
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 26 Decembris 1555 [1].

Jhs.

Gratia ex pax Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Amen.

Ut tuae pareamus voluntati, Pater in Christo Reverende, conabor breuiter percensere quae hoc quadrimestri, gratia iuuante diuina, sint ad Christi Domini gloriam illustrandam, et proximorum aedificationem promouendam a nostris praeclare gesta.

In primis quod ad scholas spectat, nihil ad ea adiiciendum existimaui, quae proximis literis sunt ad Vestram paternitatem fusius perlata. Nam pergunt more consueto studiosi nostri singulis mensibus confiteri, sacro quotidie interesse missae officio, in pietate ac literis iuxta promouere. Vnum tantum me remoratur, quominus ad reliqua me statim conferam. Hi enim piam quamdam tragoediam nuper in atrio huius monasterii exhibuerunt, tum vt studiorum suorum aliquod ederent specimen, tum vt a saeculi vanitate spectatorum animos auocarent. Idque tanto cum applausu effectum est, vt rumor per totam ciuitatem

---

[1] Autographae, totae manu Erardi in duplici folio, nn. 190 et 191. Subscriptae ab Erardo fuere anno 1556; sed aut ipse aut alius, certe antiquus, postremum numerum emendavit scribens 1555. Manus tamen romana, quae his monumentis inscriptiones superimposuit, huic apposuit annum 1556. At, cum verum sit Erardum, novitiorum instituendorum munere deposito, Vienna Romam aestate anni 1556 fuisse profectum et Laureti substitisse (Vide POLANCI *Chronicon*, t. VI), vix dubium esse potest quin hae litterae postremis anni 1555 diebus fuerint scriptae: quamvis vere mirum est nullam rerum in his litteris enarratarum factam reperiri nec a POLANCO nec ab ORLANDINI.

Omni carent superscriptione; sed si vere scriptae sunt anno 1555, nullum dubium esse potest quin ad Ignatium datae fuerint.

peruagatus multorum animos, eo quod non interfuissent actioni, dolore afficeret ac desiderio spectandi incenderet. Vnde ob quorumdam preces, vtilitate rei perpensa, non paulo accuratius alio quodam festo die eadem tragoedia iterum est exhibita. Adfuerunt tum praecipue viri nobilitate ac dignitate illustres, tum ex aulis regiis, tum ex ciuitate et academia viennensi. Adfuit et ad hoc spectaculum maxima hominum vtriusque sexus multitudo, quos miserandae vociferationes animae damnatae cuiusdam Euripi, et horrenda ac terrifica imago inferni ficticii vsque adeo commouit, vt hinc propositum melioris vitae nonnulli conceperint. Id testati sunt et ipsi, quin et lachrymae erumpentes et gemitus huius rei haud obscuram fecerunt fidem. Neque defuerunt ex iis spectatoribus etiam praecipuae notae, qui ex commiseratione animarum, quae igne purgatorio cruciantur, Missas fieri curauerunt. Haec ideo narrare collibuit quoniam praeter causam modo dictam non parum laudis atque commodi attulit nostris scholis ea puerilis actio.

De concionibus nostrorum non habeo quod ad ea, quae nuper scripta sunt, addam, nisi quod ex nostris duo coeperint hoc sacro Aduentu publice concionari, quos Reuerendissimus Episcopus labacensis [1], vt maioris essent apud populum authoritatis, suasit ad diaconatus dignitatem promoueri. Hi fratres, quemadmodum et alii, quibus talentum concionandi Dominus Deus tribuit, diebus dominicis ac festis verbum Dei populo communicant omnes in diuersis ecclesiis huius ciuitatis; et quidam horum etiam coram Rege [2] et eius filiis in templo Augustinensium aliquoties concionati sunt, non sine ipsorum admiratione ac satisfactione vt et aliorum omnium, nisi fortasse quibus doctrina catholica desiit minus *(sic)* bene sapere. Primus apud Regem obiit istud munus D. Martinus Stiuordianus [3], cuius concio, vt erat feruens et pia, Regi adeo perplacuit vt eum saepius audire cupiuerit. Quemadmodum et factum est. Successit illi in festo Diui Stephani P. Godanus [4]. Reliqui, vt putamus, subsequentur.

Fructus harum concionum est auctior confitentium nume-

---

[1] Urbanus Weber.
[2] Ferdinando I.
[3] Vide supra, t. I, pag. 146.
[4] P. Nicolaus Goudanus.

rus. Nam cum rarum sit his in regionibus, etiam magnis diebus, excepto Paschate, confiteri et communicare, plurimi tamen ad nos confitendi et communicandi gratia frequenter accedunt, praesertim mulieres. Inter quas fuere nonnullae, quae, postquam nostris confessae sunt, impudicam quam cum alienis uiris traducebant vitam, prorsus abdicauerunt, ac propriis reconciliatae viris magna nunc cum tranquillitate viuunt; aliae errores prauos, quibus male persuasae hactenus adhaeserant, a nostris instructae, reliquerunt, et vt ante consueuerant, ieiunia ac alia pia christianae religionis opera denuo excercent, licet non parua cum difficultate, quemadmodum et plurimae multis cum lachrymis sunt nostris fassae. Si quando enim ieiunant aut confitentur crebrius, a multis deridentur, ita vt hac ratione plerique cum Nicodemo ad confessionem et colloquia nostrorum non nisi furtim accedere audeant.

Male enim apud vulgus audimus, postquam concionatores quidam huc accesserunt, qui placentia populo proponunt et quacumque ratione possunt nos cunctis exosos reddunt. Haec autem fieri vt maxime propter hunc populum dolemus, ita nostra ex parte gaudemus, quod digni habeamur aliquid aduersi pro nomine Christi pati. Non enim solum verbis nos clam lacerant, sed et lapidibus fenestras cubiculorum nostrorum ac templi confringunt. In summa id multi contendunt ac moliuntur vt Jesuitae (sic enim nos appellant) quamprimum hinc expellantur.

Caeterum, quo magis conatur daemon per suos satellites fructum bonum impedire, nostrorum aestimationem deprimendo, eo magis apud probos bene audimus, ac fructus pietatis crescit. Nam et sacra nostra quotidie plures accedunt, et sacramenta, vt diximus, frequentant longe crebrius. Sed nolo his diutius immorari vt pietatis officia a nostris exhibita nonnulla breuiter subiungamus. Frequenter ad infirmos accersuntur nostri, quibuscum et pernoctant subinde, et salutiferis eos sacramentis muniunt magna cum ipsorum consolatione et aliorum aedificatione. Fuit et in aula Sere.mae Reginae Bohemiae [1] quidam Turca aetate iam prouecta, qui a quodam fratrum nostrorum catechizatus et multis adhortationibus in Domino confirmatus

---

[1] Vide supra, pag. 390, annot. 1.

alacriter sacrum baptisma suscepit, a quo alioqui prius satis abhorrebat. Est et iudaeus quidam, qui, ad eamdem gratiam aspirans, a nostris catechizatur; statim, vt speramus, baptisma suscepturus. Sunt hic pauperes quidam studiosi plures centum, qui, patriis destituti bonis, in domum quamdam siue Collegium recipiuntur ob hunc finem olim constructum, qui ostiatim quotidie victum quaeritant. Horum aedes cum vetustate nimia pene corruerent, curauit R. P. Lainoy [1] eleemosynis a nonnullis principibus et magnatibus vndique collectis eas egregie restaurari, necnon illis tam de vestibus quam aliis rebus subueniri, ita vt commodissima nunc habitatione fruantur: quibus et diebus festis doctrinam christianam praelegit.

Verum ne breuitatis limites transeam, paucula de nouitiis subdam, quorum numerus, pietas et, quod ab ipsis exigitur, studiorum fructus in dies augetur. Se enim faciles admodum ac promptos ad humilia officia exhibent. Ita vt subinde pie contendant quisnam culinam ad abluendas scutellas adibit et qui hebdomadam suam finierunt, se frequenter interruptos aiunt, vt hac occasione diutius illis manere liceat.

Horum pia conuersatione ac bono exemplo non parum aedificantur studiosi, qui nostros libenter alloquuntur, si quando per obedientiam ipsis liceat. Idque magno saepe cum fructu. Nam hinc quidam se nostrae adiungunt Societati. Alii idipsum optant, nisi aut aetas, aut ipsos parentes impedirent.

Hic, licet ad finem properem, duorum tamen juuenum, nepotum, inquam, cancellarii regii [2], qui per annum commensales nostri fuere, nequeo praeterire vehemens ad Societatem nostram desiderium; quorum junior, optima praeditus indole ac satis doctus, iamdiu noster esse cupiuit, et se nos sequuturum esse, si hinc migrare contigerit, constanter affirmat. Alter vero, de quo minus nobis pollicebamur (erat enim a nobis magis alienus), nostris se adiungere adeo cupit vt per multos dies, sicut nostris fassus est, de profunda nocte surgens nudus in terram prostratus orauerit feruenter Dominum vt superioris nostri cor ad ipsum suscipiendum moueret. Id vero cum non auderet Reuerendo Patri nostro proponere (est enim natura verecundus),

---

[1] P Nicolaus Lanoy, Rector.
[2] Jacobi Jonae.

aliquem ex fratribus subornauit, qui eius nomine rem totam superiori panderet. Caeterum cum rem tardius procedere cerneret, longiorem non ferens moram, aggressus est ipsemet patrem non semel sed saepius desiderium suum ei aperiens. Qui quamuis nondum sint recepti (sunt enim satis iuuenes), suo tamen tempore satisfiet, vt speramus, tam piis ipsorum desideriis.

Haec sunt, Reuerende Pater, quae breuiter scribenda duxi; quae, quo pauciora sunt, eo rogamus Tuam Paternitatem obnixius vt suis nos iuuet sanctis precibus quo ad gloriam Dei et maiora praestare possimus, ac tandem foelicem minimorum laborum nostrorum mercedem recipere, aeternae beatitudinis coronam, quam nobis tribuat Jesus Christus Dominus noster.

Viennae in Austria, 7 calendas Januarii 1555 [1].

Indignissimus seruus tuus,

ERARDUS AUANTIANUS LEODIENSIS.

Superscriptionis loco in quarta pagina: Literae quadrimestres Collegii Viennensis, anni M. D. L. V. [2].

Alia manu: 1556. Vienna, Quadrimestres ad Januarium usque.

---

[1] Vide supra, pag. 710, annot. 1.

[2] Hic etiam aliquis scripsit MDLVI; sed verso calamo ultimum numerum I delere curavit.

CDXLII

P. Petrus Acebedo,
Ex commissione Patris Alphonsi de Zárate,
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 27 Decembris 1555 [1].

IHS

Pax Christi, etc.

Quae relatu digna fuere, cum primum coeptum est habitari)llegium istud, proxima quadrimestri scripsimus: quid hacte-ıs acciderit, accipe.

Messis multa, operarii vero pauci. Accrescit enim poeniten-ım numerus in dies magis ac magis, aliis alios inuitantibus, is vltro ad nos concurrentibus, omnes tandem in Dei gloriam, n solum non ab incoepto desistunt, verum, degustato semel cratissimo cibo, mirum quam multorum incalescant animi, os peccatorum glacies multos iam annos constrinxerat. In ; adolescentes sunt non parum multi (missos facio audito-s [2], de quibus vel praecipua cura), qui nondum vitiis assueti, :ile in melius vitam commutant, virtutis dulcedine allecti, am altissimis speramus radicibus defigendam. Confert huic i non parum sedula et necessaria multarum rerum indagatio his, qui huc denuo veniut fassuri, quo fit plerumque, vt in-;ram totius anteactae vitae rationem reddere cogantur. Hoc, et principio aegre videantur ferre, tamen ad animae salutem pido quam necessarium persuasi, accingunt se operi, nulli)ori parcentes, quoad optatum portum tenere queant. Eo ubi

---

Duo sunt harum litterarum exempla; utrumque autographum et in duplici folio; ınum n. olim 508, nunc 107 et 108; alterum n. olim 506, nunc 109 et 110

Scilicet, qui nostras frequentant scholas.

peruentum est, acceptum a Domino beneficium intelligunt, eidemque gratias agere nunquam desistunt. Patres deinde, in quos fortasse principio nonnihil acerbius excogitarant, vehementi iam amore prosequuntur. Si ab aliis (dicunt) tam serio res ageretur, bona pars adolescentium non in tot vitia prolaberentur. Itaque posthabitis ludis atque aliis, in quibus turpiter tempus conterebant, nihil iam arbitrantur iucundius, neque vtilius, quam feriatos dies confessionibus et sacris et concionibus audiendis insumere. Hoc me certe adeo mouet, vt nescio quo pacto aliquando inuidere soleam, ut sic dixerim, tantam istorum in Domino felicitatem. Utinam vel hinc ipse compellar deplorare elapsi temporis iacturam, ac mihi ipsi in posterum cauere.

Venio ad conciones, quae et domi (ut mos est) et foris habentur. Qua in re mirum est quantum virium suppeditet diuina largitas in vtroque homine P. Prouinciali [1], qui nullum fere intermittit feriatum diem, quo et mane et vesperi concionem non habeat, non sine audientium frequenti concursu et profectu. Illud occurrit (quod fortasse praecipuum). Inter canonicos et portionarios, quos uocant, huius almae ecclesiae Cordubensis, multis abhinc annis dissidium est, et adhuc sub iudice lis, quae res multorum malorum est seminarium. Eo res venit vt a Patre Prouinciali studiose vna omnes contenderent, priuatim ea de re in capitulo, vbi solent convenire, verba faceret. Coepit atque id iterum ac saepius vt fiat postulant. Spes est futurum vt inter ipsos conueniat compositisque rebus pacificatorem amplectantur Jesum, qui venit dispersos congregare [2].

De studiorum ratione multo quam antehac diligentius, quia sedulo curatur vt regulae obseruentur, ita fit vt auditores in dies promoueant. Lucalia [3] non sine solemnitate transacta sunt. Est enim eo die ab vno ex auditoribus in laudem scientiarum habita concio, quam sequutum est colloquium per pueros actitatum non sine venustate: placuit et ornatu et inuentione. Dies etiam Beatissimae Catharinae [4] solemniter celebratus

---

[1] Patri Bartholomaeo Bustamante.
[2] Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 453, annot. 1.
[3] *Lucalia*, festa nempe Divi Lucae.
[4] Anniversarius is erat dies instaurationis scholarum Cordubensium. Vide POLANCI *Chronicon*, t. III, pag. 364, n. 797

est, et graece et latine compositis epigrammatis. Quo etiam die pronunciatae sunt declamationes. Thema, consultatio Dauid, quid de tribus, peste, fame atque hostium fuga potissimum eligeret [1].

Domi solita exercitia exequuntur omnes diligenter atque obseruandis regulis student praecipue. Et vt eo vno finem faciam, quod epistolae initium dedit, Messis multa, operarii pauci. Mittat Dominus operarios per Jesum Christum, qui te nobis omnibus seruet incolumem, atque obita militia ciuem faciat in beata illa Jerusalem.

Patres et fratres huius Collegii tuis petimus orationibus adiuuari, priuatim ipse, qui reliquis magis indigeo Domini benignitate, vt qui plus reliquis debeam.

Datum [2] Cordubae, 6.° kalendas Januarii Anno 1555.

Inutilis servus [in] Domino [3].

† AZEUEDO. †

Por comission del P.e Zárate.

Superscriptio in quarta pagina: Jhs. Al muy R.do P.e en X.° nuestro P. Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Corduba. Quadrimestres 27 Decembris.

---

1 Cumque venisset Gad ad David, nunciavit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera et vide quem respondeam ei, qui me misit, sermonem. II Reg., XXIV, 13.

2 Alterum exemplum habet *Datis*.

3 Alterum item exemplum habet *Paternitatis tuae in Christo Jesu servus indignus*.

CDXLIII

Josephus de Acosta
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 29 Decembris 1555 [1].

IHS

Admodum R.de in X.o Pater.

Gratia et pax Christi adsit nobis semper. Amen.

Hisce, Pater perquam obseruande, quae Christus Dominus per hos indignos adeo filiolos apud nos operari dignatur, vt instituto obsequar nostro, paucis exponam: primum auspicans ab obitu Patris Gometii [2] qui, decimo Kalendas Nouembreis anno a Christo nato millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto e uita mortali excedens, ad immortale regnum migrauit. Erat homo e Lusitania oriundus, theologus, latinis literis perinde ac graecis abunde praeditus, statura procerus, animo ad Societatis ministeria apprime idoneo, et qui breui a religionis ingressu mirifice claruit, obedientia praesertim. Accidebat interdum qui nimio, aegrotationis causa, taedio esset affectus, cum ab ore eructasset buccellam, obedientiae memorem vesci compellentis eam ipsam resumere enitique ad stomachum perferre. Cum vero ante obitum adeo grauiter animo linqueretur repente, ut qui aderant Patres ac fratres iam mortuum putarent hominem,

---

[1] Autographae in folio duplici, n. olim 378, nunc 421 et 122.

[2] Hujus nomen nec aperit hic Fr. Acosta, nec VALDIVIA in *Historia de los Colegios de Castilla,* nec POLANCUS in *Chronico;* immo quod infra narrat Acosta de hujus Patris obedientia, VALDIVIA id attribuit cuidam fratri, etiam lusitano, nomine Gonzalez, quem ait Methymnae obiisse anno sequenti, scilicet, 1556.—Verum vox *Patris,* nomen *Gometii* et annus *1555* perspicue admodum in his litteris apparent.—Eritne hic ille P. Ferdinandus Gomez, lusitanus, qui Salmanticae anno proxime praecedenti examen subiit? Cf. POLANCI *Chronicon,* t. IV, pag. 376, annot. 1.

adueniens tum temporis superior: "Mihi, inquit, non loqueris, Pater mi?„ at uero ille respondit ita vultu sereno vt nihil passum dixisses, in quo et donec receperit Sanctissimae Unctionis sacramentum feliciter perstitit. Exequiae ei et sacrificia, funebriaque iusta rite sunt persoluta, prout et ipse praecipis, et debitus amor postulabat ac pietas.

Quae ad D. Lucae diem pro rostris habita est oratio, scientiarum omnium laudibus prosequuta est instituta: virorum consessus affuit et frequens et illustris: ea res maxime placuit cunctis. Ex villis confinibusque locis ad noua haec collegia iamdudum aduenire coeperunt. Sunt igitur scholastici centum circiter et triginta: tum literis et moribus longe lateque patet boni incrementum.

Solebant quippe festo S. Nicolai ex eis episcopum vnumquemlibet quotannis fingere, quocirca mille adstruebant nequitias: abusum hunc expulimus, eos huc cereis candelis conuenire facientes ad rem sacram precesque uespertinas, ubi in honorem Sancti carmina aliquot sunt recitata.

Porro simili ratione propter festum Natalis Christi versu eis composuit instruxitque vnus ex praeceptoribus comoediam de Saluatoris ortu, quae adeo elegans extitit ac deuota. Tantum his atque id genus studiis iuuentus prouentum facit.

Populi autem senatus, qui nobis antehac grauiter aduersabatur, tandem vi [1] rei huius in uiam redit: nam, nihil nobis petentibus, tritici quantitatem non mediocrem [in] eleemosynam est elargitus.

Conciones solitas habuit hactenus multa cum frequentia diebus festis ac Dominicis Pater Sancta Cruz apud nos: quin etiam nundinis istis pro trapeziticis mensis bis concionatus est; quem cum semel praediues quidam mercator audisset, facultatibus omnibus extemplo reiectis, in Montem serratum (ut uocant) monachus ibi futurus sese recepit.

Hieronymus de Acosta, maior natu fratribus quatuor hic admissis et iam obedientia dispersis, nostra exercitia (vt ad te longiore titulo proxime scripsimus) capessit; nunc itaque sua vocatione enixe perstat, licet nunc temporis valde occupetur in iis, quibus est obnoxius, penitus absoluendis.

[1] Rasa hic charta, tantum litterae particula conspicitur; sed nec locus est nisi *vi* aut alii simili.

Caeterum Patres ac Fratres de salute melius iam habent: porro hucusque non exiguus idcirco insumptus est labor, cujus expertem Paternitatem tuam Deus summus aeternus diu nobis dignetur seruare.

Methymnae Campi 4 Kalendas Januarias 1555.

Paternitatis tuae minimus et indignus filiolus.

† JOSEPHUS † DE ACOSTA.

Superscriptio in quarta pagina: Jhs. R.do Admodum Patri nostro Magistro Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, † Ro†mae.

Alia manu: 1556 *(sic)*. Methymna Campi. Quadrimestres. 4 calen. Januarii.

Vestigium cerae sigilli.

CDXLIV

Petrus Ludovicus Beuter
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 29 Decembris 1555 [1].

†
IHS

Pax Christi, etc.

Tot sunt beneficia, R.de P., quae a Deo opt. max. nobis collata sunt his quatuor mensibus, tam in rebus spiritualibus quam in temporalibus, ut ex eorum contemplatione satis ampla occasio offeratur laudandi et benedicendi Deum, cum in hoc Collegio plures fratres sint quam antea solebant esse, et tam

[1] Autographae duplici in folio, nn. 468 et 469.

ncolumes ut nullus fere hactenus aegrotarit: eorum autem ıumerus, qui se in spiritualibus exercitiis simul exercent, aliuando ad quaternarium peruenerit, ita ut unus aut duo nunuam defuerint: ex quorum numero, demptis uno aut duobus, ut in nostram Societatem admissi sunt, aut alio directi, licet um lachrymis postularent in nostrorum numero recenseri: orum tamen in spiritualibus profectus omnes suae religionis dmirantur. Multi etiam religiosi uiri se in contemplationibus xercuerunt. Denique in hac ciuitate Societas nostra ab omniıus, tam a monachis quam saecularibus et laicis, uno consensu audatur, ad quam omnes confluunt, ut a calamitatibus spiriualibus a Patribus nostris liberentur; et etiam a corporalibus, uae tot sunt, ut solae uideantur omnibus operariis indigere: uibus hactenus subuentum est et subuenitur, multis quidem et ırgentibus, quibus oppressi fuerant post mortem F. Thomae de Villanueua, Archiepiscopi Valentini [1], qui vniuersa annua stiendia fusissime largiebatur, nec minori studio res nostras urabat. Viuens enim in multis rebus et arduis opera nostroum patrum utebatur; et ita nominatim de singulis patribus louebatur eosque miro amore prosequebatur, ut quando aliquis liscederet, aegre ferret, maximum patrem suisque ouibus utiissimum se amisisse existimans; in eius uero obitu duo millia uingenta nummorum aureorum nobis testamento legauit.

In Natali Virginis Mariae primum sacrum celebratum est in ıostro templo, ad quod audiendum accesserunt Prorex [2] eiusque uxor [3], multis patriciis uiris comitati. Concionatus est quilam frater cum maximo omnium applausu: eodem etiam die a sexta hora matutina usque ad meridiem multae confessiones a Patribus sunt auditae, postmodum fere omnes Eucharistiam sumpserunt: ex eo tempore usque ad hunc diem ad sumendum sacramentum altaris unanimes confluunt, ita ut si plures patres in hoc Collegio essent, omnium opera indigerent. Concionator est quidam frater in nostro templo hoc aduentu: prosequitur alter frater conciones doctrinae christianae, cum incredibili auditorum utilitate: pueri docentur doctrinam in alio templo, pauperes in hospitio, vincti in carcere, ubi et pater, qui illos

---

[1] Obiit is 8.ª Septembris 1555.

[2] Bernardinus de Cardenas et Pacheco, Dux de Maqueda.

[3] Elisabeth de Velasco.

docet, aliquando praedicat animae salutem: et haec est, R. P. summa earum rerum quae frequenter fieri solent.

Iam ad ea descendamus, quae diuina bonitas per Patres nostri Collegii operata est, ex quibus non minor Dei laus oriri potest. Quaedam virgo Deo consecrata, quae iam votis se astrinxerat, cum a coenobio latenter fugisset, venit in hanc urbem, quae, audita concione cuiusdam nostri fratris, adeo facti illam poenituit, ut statim in domum nostram profecta fuerit vt nostri Patres (quos illa bonos putabat medicos) medicinam suo malo afferrent; cuius morbo cognito, adhibita diligentia, in pristinum statum restituta est sine ullo famae suae detrimento.

Alia virgo, cuius corpus duorum annorum spatio a daemone fuerat vexatum, anima a daemone grauissime urgebatur vt se totam ei traderet, qui corpus obsidebat: cum autem a daemone non fatigabatur, tristitia dolorque suae conditionis eam perpetuo angebat usque ad desperationem de sua salute: tandem ad eumdem fratrem (propter cuius concionem primam dico esse conuersam) ducitur, a quo exorcismis ad tempus fuit liberata. Interea colloquiis, exhortationibusque nostri fratris adeo illam repleuit gaudio in Domino, ut modo, quando a daemone liberata est, laeta sit et parata ut in ea fiat Dei voluntas.

Liberati sunt duo uiri primates a quibusdam dissensionibus grauissimis, quae imminebant: cum enim alter, qui ab alio erat offensus, domum misisset rogatum vt aliquis nostrorum patrum servo suo morituro opem ferret, hac occasione nostri amicissimus factus est, qui forsitan nos tantum nomine cognoscebat: qua familiaritate sedata est huius hominis bilis insana, qua frequenter commouebatur propter acceptam iniuriam: placuit Christo ea ratione lites componi per nostrum Patrem, qua nemo faciendum esse sperabat.

Jam cum quaedam mulier ab infantia corpus suum prostituisset, non solum in hac urbe verum etiam in aliis ciuitatibus finitimis, adeo ut iam totam suam felicitatem in carnis concupiscentia collocasset, tamen cum semel ad ecclesiam venisset, et ibi cuidam nostrorum Patrum multi sua crimina confiterentur, exemplo commota, ad sanctissimum confessionis sacramentum accessit, cum maximo delictorum suorum dolore; nec tamen diu in tam honesto exercitio perseverauit, duorum annorum tempore a confessione fugiens, post quod tempus, adhibita

generali confessione suorum criminum, adeo Dei amore fuit accensa, ut non solum bis aut ter in hebdomada fateretur et sacrosanctum Domini Jesu Christi Corpus semel sumeret, sed etiam decreuit a matrimonio abstinere, licet dotibus naturae quodammodo uideretur impelli, et aliquod monasterium ingredi, si fieri posset, seruandae castitatis causa; quod cum non tam cito fieri possit, saepenumero cum Patri dixisset se uelle vouere Deo suum viuens corpus in castitate, propter quam causam rogat Patrem ut diem assignet, quo possit suum desiderium adimplere; illa enim nil suo iudicio vult quid facere; Pater laudat propositum, de die autem nihil dicit, ut illa quando uelit faciat, quod facere tantopere desiderat.

Cum alia mulier uidua continentiam in foedam incontinentiam commutasset quatuordecim annorum spatio, tandem Domino inspirante, admodum desiderabat quemdam nostrorum patrum conuenire, quem uidebat multorum peccata laxantem; quod cum factum fuisset audissetque a Patre in quam ancipiti periculo res suae uersarentur, decreuit generaliter peccata sua fateri; in qua confessione adeo uitae anteactae poenituit, ut omnino vitia in bonos mores decreuerit commutare, quamquam acriter carnis tentationibus fuit tunc temporis afflicta, et propter honestam formam sollicitabatur; diu tamen in hoc proposito permanens, adeo se a quouis peccato abstinuit, ut pro quouis ueniali peccato inconsolabiliter fleret dum eius recordaretur, donec patri aperiret: igitur bis aut ter in hebdomada confitebatur et lachrymans communionem desiderabat, et a patre id concedi efflagitabat, quam non semper ei concedebat; in qua vitae probitate in continentia Deo seruire decreuit.

Quaedam alia mulier, cum iam tempus pariundi instaret, cum quodam [1] confiteri uoluit, qui cum cognovisset eam inhoneste concepisse et non minus impudenter vixisse, ita miseram perterruit, ut de sua sempiterna salute admodum dubitaret; noluit enim eam absoluere; verumtamen propinquam mortem timens, Patrem nostrae Societatis uocari iussit: quam foeminam cum ita desperatam videret, adeo eam animavit, ut decreverit omnino Christo uiuere, non concupiscentiis carnis, deserens amatorem, ex quo grauida facta fuit; quod

[1] Duo hic verba lineis super ductis cancellata sunt, nec legi possunt.

ut rectius posset praestare, singulis hebdomadibus confitebatur; quod bonum intelligens quantum esset, noluit germanam suam eo carere, cui suasit ut idem quod ipsa praestaret.

Praeterea, cum his prope elapsis diebus ad quemdam nostrorum accessisset uir quidam, qui contraxerat matrimonium cum filia sua, quam, cum duxit uxorem, ignorabat filiam suam esse, erat enim nata ex concubina; sed postea re cognita, quidam sacerdos eum absoluit propter nescio quam bullam, per quam sacerdos existimabat tale nefas posse absolui: unde uir iste decem et sex aut decem et septem annis communicauit. Pater eum certiorem fecit de periculo animae suae, et ita vir dimisit uxorem.

Et haec sunt, quae potui tuae R.dae Paternitati de nostris Patribus scribere: de scholasticis nil est quod dicam, nisi eos in spiritu obedientia, literis, modestia, in dies proficere: singulis diebus dominicis defenduntur positiones seu scholae: ad has multi scholastici veniunt argumentandi gratia, et tot ut saepe non licet vnicuique proponere nisi duo, aut ad summum tria argumenta, ut omnibus tempus suppetat argumentandi: in Academia [1], in modestia et in literis, nemo illos superat: tres sunt admissi in Societate; quorum vnus in latinitate multum exercitatus, duo ualentes dialectici et philosophi; qui et nos omnes indignissimi filii tui obnixe postulamus, ut a Deo opt. max. semper (ut facis) petas, ut in uia mandatorum et consiliorum eius assidue nos exerceamus.

Vale in Christo Jesu Domino nostro.

Valentiae, 4 cal. Januarii 1555.

Indignissimus seruus,

PETRUS LUDOICUS BEUTER.

Superscriptio in quarta pagina: Admodum Reuerendo in X.º Patri M. Ignatio, Praeposito generali Societatis Jesu. Romam.

Alia manu: 1555. Valentia. Quadrimestres 29 Decembris,

[1] Intellige Valentinam Universitatem.

CDXLV

Jacobus de Acosta
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 29 Decembris 1555 [1].

IHS.

Admodum Reverende in Christo Pater.

Gratia et pax Christi *visceribus Paternitatis tuae semper influat. Amen.*

Per proximam quadrimestrem *eorum, qui hoc tenebamus Collegium* [2], Paternitatem tuam *certam* [3] reddidimus: viginti nempe, *quorum* [4] sacerdotes quinque, *reliqui vero laici.* Et licet post illam scriptam duo sacerdotum humani*tatem* [5] professuri, Methymnam missi fuerint, tamen, cum alii duo, qui hinc, vt corporis vires redintegrarent, alio profecti fuerant, ad studia redierint simul cum alio Patre, qui anno proximo Hispalim se contulerat, *qui paucis post diebus Monterey oppidum sic appellatum progressurus est,* cumque alius item sacerdos nonnullis cum laicis et Septimancis, probationis domo, et Methymna huc literis instruendi confluxerint, *tum* [6] demum *cum* sacris initiati tres fratres fuerint, qui hanc in praesentiarum habitamus domum duodetriginta sumus. *Et eorum* [7] sacerdotes decem, *duodeviginti sunt autem laici. Atqui sacerdotum rursus theo-*

---

[1] Ex volum. anni 1556; autographae duplici in folio. n. 366.—Plura in iis suppressit Polancus, aliqua suppressorum loco scripsit: illa nos, ut moris nobis est, italicis typis describemus; haec ad paginae calcem subjiciemus.
[2] *de rebus nostris.* Polancus.
[3] *certiorem.* Id.
[4] *tunc eramus, inter quos.* Id.
[5] humani*ores litteras.* Id.
[6] *ac.* Id.
[7] *ex quibus.* Id.

logi nouem sunt [1]. Quorum pater Rector [2] cum *praedicto* [3], qui Hispali *aduenit pater* [4], nec non et alius *pater,* qui *quaestionibus* [5], quae priuatim ac publice celebrantur, praeesse solet, quique concionem habere ad populum nonnunquam *as*solet, fines theologiae iam prorsus transuecti sunt. Sed, praeter *relatos* theolog*os* [6], *sunt etiam laici* sex, ac totidem artibus *inseruientes* [7], et horum *alteri* [8] primum, *alteri* [9] vero secundum percurrunt cursum. Qui quidem omnes, theologiae ac artibus insudantes, primum et vicesimum numerum attigerunt. Reliqui autem, *literarum exercitiis expertes,* domesticis officiis distinentur, licet eorum nonnulli aliis in facultatibus non mediocrem fecere progressum. *Omnes (Altissimo gloria) infirma valetudine, quae grauis nimis dici posset, toto hoc tempore expertes fuerunt; licet aliqui non se prorsus recte et habuerint et habeant, sed ita quidem ut valetudo ista impedimento sit illis nullo, quominus operam impendere queant exercitiis sibi destinatis.*

Spirituali cuiuis profectui solertissima quidem cura adhibetur, sed seruationi [10] regularum longe maxima *tamen;* ex quo non modicus paritur fructus, vt ex ordine Collegii cernere est. In tentationibus sane ita a fratribus proceditur, vt nihil earum clam Superiore retineant; imo libere et expedite *quidem, inter prandendum, maximo animi dolore copiam adepti,* in lucem illas proferunt [11]. *Atqui tunc nimirum non modicam corroborationem animis audientium fratrum Dominus inferre videtur: ac eo vsque, vt mirum in modum eorum accendatur spiritus in propriae mortificationis cupidinem. Quod in oratione insumitur tempus ab studiis non vacantibus (eo excluso, quod in agilibus vendicant sibi, quod haud parum puto), duarum est spatium horarum: nec includimus Virginis officium, examina,*

---

1 *theologiae studiosi.* POLANCUS.
2 P. Bartholomaeus Hernandez.
3 *illo.* POLANCUS.
4 *rediit.* ID.
5 *disputationibus.* ID.
6 praeter *sacerdotes sunt theologi.* ID.
7 *dant operam.* ID.
8 *aliqui.* ID.
9 *aliqui.* ID.
10 observationi. ID.
11 , *orationi diligenter insistunt* ID

neque rem sacram, nec cuiusdam spiritualis libri lectionem quae apud illos quotidie legitur. At vero scholastici praeter alteram orationis horarum, ac praeter lectionem, cui nisi expediti lectionibus caeterisque studii impedimentis non assistunt, idem cum illis agunt. Sanctissimae communioni vsque adeo his diebus affecti fuerunt, vt post saepe efflagitatum impetrauerint tandem plurimi quod optabant: itaque datum est illis vt media hebdomada rursus ad Christi mensam accedere queant.

Literarum exercitia intensa procedunt cura, suntque domi omnibus profestis diebus et theologiae et artium repetitiones, quamplurimisque diebus priuatae conclusiones. Quae quidem publice dominicis habentur vicissim, modo huius, modo illius facultatis; ad quas viri insignes atque Academiae dignissimi confluere solent, magistri scilicet cathedrarii, maiorumque collegiorum collegae, et nonnulli etiam Dominicani: quibus satis censeo facere tum habilitatem fratrum in literisque progressum, tum etiam modum, qui inter disputandum seruatur.

Cupientes Societati dicari plurimi quidem sunt, sed admissi pauci tamen, cum commoditas esset nulla; ideoque neque hac tempestate admittentur. Duo, qui hic admissi fuerant, laici humanas literas Methymnae profitentur. Atque, alii tres, qui hic versabantur, Septimancis Societati se addixerunt: theologi quidem omnes; quorum vnus nobilis erat, qui et hic multo abhinc tempore exercitiis vacauerat, frequentabatque sacramenta et alia proba exercitia, necnon et xenodochia inuisebat pauperibus vt inseruiret. Ad quae omnes, apud nos versantes, induci solent, quae non modicam pariunt aedificationem: tanta est illis charitas cum animi modestia.

Non pauci praeterea exercitiis spiritualibus animum suum applicarunt, ex quibus non exiguum perceperunt fructum. In quibus potissimum sacerdos quidam, aetate iam prouectus, qui vno iam prope mense illis vacat. Hic post maximam animi corruptionem, postquam bis vel ter religionem destituisset, quam totidem amplexus fuerat, post multas denique tentationes, quibus hic atque illic volutabatur, exercitia spiritualia aggressus est, unde maximam sibi parauit compunctionem praeteritaeque vitae vehementem dolorem, statuitque iam demum ad suam regredi religionem, D. Dominici nempe, quod et actum est cum eius praelato, ac de illo inter eos conuenit. Quod factum eius

praelatus cum aliquibus etiam religiosis, et docti praeterea viri, qui eius reductionem antea tentauerant, supra modum sunt mirati, idipsum approbantes.

Qui singulis hebdomadibus ad confessionem concurrunt, quadragesimum excedunt numerum. Ante festum natiuitatis dominicae promulgatum est quoddam (quod aiunt) jubilaeum, quod confessionem intra tres dies constituebat, communionem autem dominica sequenti; et quae auditae fuerunt confessiones, quater centesimum pene expleuerunt numerum, communioni autem designatus dies tercentesimum fere obtinuit. Confitentium autem collegiorum plurimi collegae digniorum fuerunt, permultique alii literarii viri atque huius academiae insignes, necnon et aliquot magnates populi, atque etiam heroides, quae in confessione frequentes sunt nimis, et earum etiam aliquae in oratione. Totius vitae confessiones nonnullae quoque habitae sunt. In oratione plane moniales plurimae, insigni D. Jacobi insignitae [1], plurimos faciunt progressus, quas P. Rectori nonnunquam visendi cura est. Alii praeterea alius coenobii religiosae exercitia subministrauit, quae in spiritu non parum ex hoc promota est.

Conciones, quae ex doctrina christiana proximo habebantur anno, praesenti non promouentur. Atque id quidem tum propter literarum occupationem, maxime conclusionum, tum etiam quod patri, cuius id facere partes erant [2], non ita firma sit valetudo, vt his atque illis rebus praestare se valeat. Hic simul cum P. Antonio de Corduba sunt qui ex defectu valetudinis in oppido quodam Comitis (vt aiunt) de Oropesa proxima aestate fuerunt, vbi non parum fructus conciones confessionesque apud illius oppidi incolas effecerunt. Alii etiam patres verbum dominicum doctrinamve insituri ad aliquos pagos discedunt; hodie praesertim vicum quemdam concesserunt, vbi studiosus quidam nostri beneficiarius est, qui huic collegio redditus quosdam annexurum innuisse videtur. Quidam alius nobis insistit plurimum ut beneficium quodpiam, curam animarum habens, nunc admittamus, concesso tamen illi vsu eius quoad vixerit: quod quidem beneficium ex hac vrbe parasangis quatuor distat aut

---

[1] Hispanice *Comendadoras de Santiago.*

[2] Erat is P. Martinus Gutierrez.

certe quinque; reddit autem vnoquoque anno supra quatercentos aureos ducales. Eius petitioni nihil certi respondimus hactenus; sed instat atque efflagitat adeo vt, licet constitutiones reluctari videantur, nihilominus tamen hoc ad P. Franciscum [1] deferre putamus vt eius teneamus voluntatem, et quidquid ex paternitate tua erga hoc acceperit. Apparet namque citra commodum, quod hoc collegium consequeretur, ansam nos nancisci posse vt donantis animum ad nos appellamus. Est enim vir ingenio et moribus praeditus, quique totum iam cursum theologiae transcurrit.

Morientibus suppetias feramus, persaepe accersimur; quibus satisfacere, quoad fieri potest, conamur. Et populi et Academiae affectus ac studium erga nos, praesertim collegarum, magis magisque augescit.

Quod ad hic manentes spectet, illud mihi dicendum superest; hocce pascha vota repetita fuisse magna cum animi laetitia: sed praecesserat quaedam P. Rectoris conciuncula, qui ad illa praestanda explendaque admodum excitabat. Quae vt exequamur diuinamque in cunctis voluntatem, Paternitatis tuae imploramus auxilium, in sacrificiis orationibusque commendari cupientes, necnon et charissimorum patrum ac fratrum, qui istic agunt; quorum nuntiis, dum ad nostras perueniunt aures, admodum laetitia perfundimur.

Salmanticae, quarto Kal. Januarii, anno a natiuitate dominica millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Indignus filius ac seruus Paternitatis Tuae in Christo,

† JACOBUS DE ACOSTA. †

Superscriptio in quarta pagina: Ihs. † Admodum Reuerendo in Christo Patri patri Ignatio, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae. †

Alia manu: 1556 *(sic)*. Salmanticae. Quadrimestres 4 Kalen. Januarii.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] P. Franciscum de Borja, Commissarium.

CDXLVI

N. Leon.
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 30 Decembris 1555 [1].

✝
IHS

Admodum R.de in X.o Pater noster.

Gratia et Pax X.i etc.

Quae tibi in his quatuor superioribus mensibus, Pater admodum nobis colende, scribenda occurrunt, generali sermone comprehendam.

Solita spiritualia exercitia (X.o duce) in dies maiorem *(sic)* incrementum recipiunt. Frequentant nostram pauperem domum magnates huius curiae omnes, uel saltem maior eorum pars, cum ut diuinis officiis quieti et tranquilli intersint (ad quod nostrae domus silentium et deuotio eos prouocat), tum ut de iis, quae ad animorum salutem tantummodo pertinent, et ad suum in uirtutibus profectum spectant, nobiscum in confessione et extra illam communicent. Accedunt ad X.i Jesu mensam non solum in diebus dominicis, sed etiam omnibus diebus festiuis, quamplurimi; etsi templi angustia nos non premeret essetque qui X.i doctrinam seminaret, nullatenus omnibus satisfacere possemus. Dominus Opt. Max., cuius haec tanta messis est, quae ad maiorem ipsius laudem concernunt, faciat.

---

[1] Autographae, in folio duplici, n. 546. Ex volum. anni 1556. Pertinent tamen ad hunc annum 1555 ut ex POLANCI *Chronico*, t. v, evincitur et ex superscriptione *ad P. Ignatium*.

Quod in particulari scribere possum est quod Dominus, instrumento cuiusdam Patris, in carcere huius oppidi multa operatus est. Omnibus diebus festis dicitur illis doctrina xpiana. fitque illis spirituale colloquium; gaudent istius Patris praesentia; relinquunt uitia infirmitatesque humanas, in quibus pro fragilitate labebantur; sciunt memoriter quae dicuntur, praecipue quatuor orationes, 14 articulos fidei, 10 legis praecepta, 5.[e] Sanctae matris Ecclesiae, 7 sacramenta, quia in hac parte maxime deficiebant. Ex mulieribus omnes, ex viris multi confessi sunt; nec iam tristantur in frequenti ad confessiones accessu. Speramus semper, opitulante Domino, magnum et uberem fructum. Inter mulieres est vna morti condemnata; agitur cum marito de venia; credimus (Dei gratia) impetrabitur.

De Nouiomagensibus nil *speciale* habeo quod scribam, nisi quod amici Nouiomagenses scribunt, illum, qui in senatu sententiam contra me legerat, iam *defunctus sit*[2]. Parcat illi Deus. Domus adhuc[3] inhabitata manet: dederant cuidam mulieri seruandam, sed illa *peste*[4] mortua est: *interim*[5] nemo locum inhabitare ausus est. *Multum rogant amici Nouiomagenses Paternitatem vestram, vt Paternitas Vestra velit M. Henricum Dionisium Nouiomagum mittere: non dubitant, quin maximo cum fructu fiet; et hoc ipsum plurimum rogarem, si fieri posset, et P. V. placeret.*

Multorum audiuimus confessiones, multis etiam infirmis adfui. Quidam sacerdos, corpore et animo male *dispositus*[6], post confessionem *paulatim* melius habuit, cum admiratione non modica eorum, qui de eodem omnino desperabant. Pluribus aliis tentatis et tribulatis adfuimus, quos in Domino non parum consolatos spero. *Satis bonam etiam partem studiis dedimus.*

R.dus P. Prior cum toto suo conuentu, R.dus D. Grupperus et D.nus Decanus nouiomagensis, D.nus Licentiatus Barduick et reliqui amici Paternitati Vestrae salutem plurimam precantur. R. dos Patres et fratres in Domino salutamus eorumque nos precibus commendamus, et specialiter Paternitati Vestrae me commendo, ac totus committo, tanquam indignissimus seruulus.

Bene valeat Paternitas Vestra in X.° *Raptim*.

Coloniae, vltima Decembris 1555.

R. P. V.

seruus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

---

[1] Neuss.
[2] *vita functum esse*. POLANCUS.
[3] adhuc *nostra*. ID.
[4] *statim*. ID.
[5] *unde*. ID.
[6] *affectus* ID

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.° Patri D.no Ignatio a Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1555. Colonia. Quadrimestres, pridie Kalend. Januar.

Sigillum abscisum est, sed manet cerae vestigium.

CDLII

Petrus de Falces
Patri Ignatio de Loyola.
Concha, 31 Decembris 1555 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.

Pax Christi.

Lo que destos quatro meses se ofrece escreuir á V. P. para cumplir la obediencia, es cómo en esta casa están los dos Padres que estaban y quatro hermanos.

Hanos uisitado el Señor con muchos enfermos, no de los que aquí residian, sino embiados de Alcalá á conualecer aquí, porque se tiene por tierra sana; algunos recayeron aquí con harto trabajo y peligro; todos por la gracia del Señor han conualecido y se han tornado á Alcalá.

Los que agora estamos, gloria á Dios, estamos buenos, saluo un hermano pinctor que estuuo allá enfermo, y acá le ha dado quartana; gloria sea al Señor, que toda es grande misericordia.

Los Padres se exercitan en los hordinarios ministerios de charidad; ay mucho concurso á las confessiones; y no faltando á ellas, el P. Licenciado [2] ha predicado en una perrochia todo este aduiento y fiestas con buen auditorio, auiendo sermon en otras dos perrochias junto á aquella. De sus sermones a salido

[1] Autographae in folio unico, n. 389.
[2] P. Alphonsus Lopez, Rector.

grande fruto, specialmente en un caso particular y muy notable de un caballero muy principal, que le oya, el qual auia trece años que tenia grande enemistad y odio con una hija suya, porque se hauia casado sin su licentia; y auiendo entreuenido, para alcançar el perdon y hazer las pazes muchas personas muy principales, y religiosos, no se auia podido acabar con él en todo este tiempo que la quisiese uer ni hazerle ningun fauor de hija: quiso nuestro Señor que, hablándole el P. Licenciado, luego se ablandó de tal manera, que le dió palabra de uenir á hablarle á nuestra iglesia, y assí la cumplió; y vino la hija á nuestra iglesia, donde con mucha alegría mezclada con lágrimas se reconcilió con su padre. Ha sido un caso muy notado en la ciudad, porque estaban ya desauziados y la tenian por llaga incurable. Bendito sea el Señor, que no desauzia á nadie y tiene medicina para todos.

Tambien se exercita el Padre en algunas visitas y pláticas particulares y otros negocios pios. En el jubileo que se ganó antes de la Natiuidad, tuuieron los Padres grande prissa en las confessiones, porque el domingo de la communion comulgaron en nuestra iglesia setenta personas, y apenas seria la tercia parte de los que auian confessado en los tres dias. La semana siguiente fué el P. Pertusa [1] á la cárcel, y les declaró el jubileo, y confessó en los tres todos los que pudo persuadir á que se confessassen; y el domingo siguiente les dixo missa y les dió el Sanctissimo Sacramento. Sea por todo glorificado el Señor que obra todo lo que es bueno.

En las pias oraciones y deuotos sacrificios de V. P. desseamos mucho ser encomendados. El Señor nos dé su sancto spíritu para que en todo acertemos á cumplir su sanctíssima voluntad. Amen.

De Cuenca, vltimo de Deciembre 1555.

De V. P.

hijo indigníssimo y sieruo en Christo,

PEDRO DE FALCES.

Alia manu in altera pagina: 1555, Cuenca. Quadrimestre del último de Deciembre. R.[da] á los seis de Mayo 1556.

[1] P. Gundisalvus Pertusa.

CDLIII

P. Bartholomaeus Bustamante
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 31 Decembris 1555 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.
Pax Christi.

Aunque tengo dada entera relacion á V. P. en las de los meses pasados del buen sucesso deste collegio y casa de probaçion y de las misericordias que la diuina bondad obra siempre con estos nouicios; por cumplir al presente con la santa obediencia, y porque no tengo auiso de que V. P. aya recebido alguna de mis letras en estos quatro meses; referiré en esta quadrimestre algo de lo que en las pasadas tengo scrito, demás de lo que de nuebo se ofresce que dezir.

Todos los collegios desta prouinçia [2] se aprobechan por la gracia del Señor mucho con el cuydado que los Rectores tienen de hazer exactamente obseruar las reglas y constituçiones, suaue y admirable medio para conseguir la entera perfection en el camino del diuino seruiçio, y para que con el dicho cuydado puedan los superiores llebar dulcemente la carga del gobierno spiritual y ministerio que les está encomendado, á consolacion ansimesmo de los que han de ser regidos; los quales despues que se hacen á la entera obseruancia dellas, tiniendo muy special cuenta con la mínima de todas, no sabria yo dezir la alegría y consolacion que muestran en la execuçion: y cierto es ansí que

[1] Ex volum. *Epistolae Mixtae;* autographae in duplici folio, nn. 560 et 561.
[2] Provincia Baetica, in qua Provincialis Praepositus erat P. Bustamante.

si alguna tibieza ó relaxacion se siente en collegio alguno destas prouincias (los quales todos he yo visto, andando con el P. Francisco [1], ménos los de la probincia de Aragon), se vee y conoçe visiblemente venir la tal remision de no tenerse tan particular cuydado de la dicha obseruancia como en los otros collegios, lo qual naçe no de falta de los suppósitos sino del número dellos, que siendo pequeño, por ninguna via pueden executar lo establecido en nuestro instituto, y así desea mucho mi alma que nunca se acceptasen nuebos collegios para poblarse primero que estubiesen acabados de dotar y edificarse, pues en el entretanto probeeria nuestro Señor de gente que los morase, y los fundadores no se enflaquecerian en la debocion de la Compañía, tiniendo trato y conuersacion particular con los nuestros en tiempo que por ser pocos y no poder, como tengo dicho, tener entre sí el buen orden que conuiene, no pueden ayudar mucho á la debocion de los tales fundadores; no embargante que por la bondad y misericordia de Dios nuestro Señor en nenguna parte se aya visto mal exemplo de algun particular de la Compañía. Mas como los que dan su hazienda en quantidad, no se contentan con solo esto, seria menos inconuiniente admitirse á nuestra conuersaçion en tiempo que por la estrecha guarda del instituto conociesen que *conuersatio nostra in coelis est*, y así se animasen cada dia mas á seguir el camino del diuino serbiçio por el buen exemplo de los con quien tratan y conuersan. Todo esto digo por mas palabras de las que sufren las muchas occupaçiones de V. P., porque ciertamente *ex abundantia cordis loquor*, y no siento otra cosa sino que en la tierra yo dubdo aya nuestro Señor inspirado vn instituto, que más ayude á conseguir la verdadera perfection, que la exacta obseruancia de nuestras constituçiones y reglas: y si algunas parecieren tener dificultad, guárdense todas, y experimentarse ha la facilidad dellas; que aunque auia de ser otro el que habla desto, atrébome por esa poca de experiençia que tengo de estas casas de probaçion, donde por auer tenido algun cuydado de la dicha obserbancia, veo tantas misericordias del Señor, que mi alma se va siempre tras este deseo.

Es tanto ya el buen olor que sale desta de Córdoba, que el

---

[1] P. Franciscus de Borja.

Probisor y Inquisidor de Sevilla, que está probeydo por Inquisidor de Çaragoça [1], me ha ymbiado á pedir que le permita al tiempo de su partida, viniendo por aquí, estar en esta casa de probacion 15 ó 20 dias, y andar en los oficios baxos de la cozina, etc., y he sabido que le ha mouido muy mucho el auer entendido que todos á ciertas horas entienden en sus officios manuales, y que le viene mucho deseo de hallarse entre los hermanos en los mesmos exerçiçios: es persona de mucha authoridad, y estimado en toda esta Andaluzía por hombre de mucha prudentia: y es cierto que se siente muy particular consolacion de ver con quánta modestia y silençio entienden todos en los dichos officios.

En Seuilla y Granada está la Compañía en la buena opinion que para el notable aprobechamiento spiritual de aquellas tan principales cibdades se requiere. Sea el Señor nuestro glorificado por todo. Ambos Rectores de aquellos collegios me escribieron sobre si devrian predicar en las calles públicas y plaças, attento á que en Seuilla instaba sobre ello el Prouisor, y en Granada el Arçobispo [2]: yo respondí que la obra de sí era buena y no tenia cosa que la deuiese estorbar, sino la contradiction de los Ordinarios y el no vso de semejante exerçiçio en estas partes; mas que si los mesmos Ordinarios lo pedian, debíamos ser muy contentos dello; y ansí dizen que es para alabar mucho al Señor ver la alegría con que se ha recebido esta nobedad, que para en esta tierra lo es, y el fructo grande que se comiença á sentir de la tal predicaçion, como creo terná ya V. P. auiso de los mismos Rectores.

Yo deseo tenerle de V. P. si en caso que los Obispos todavía, con pretexto del concilio tridentino, no dexasen predicar á los de la Compañía sin su special liçençia, si se entenderá que en las plaças y calles públicas lo podrán hazer sin ella. Porque pues ya la diuina bondad nos ha abierto vn tal camino, contentarnos yamos con predicar por las plaças, quando la contradiction de los Perlados fuese tal que no nos consintiesen en sus yglesias: y esto digo no para que vuiese demonstracion de bando ó competençia con los tales Perlados de nuestra parte,

---

[1] Gaspar Cervantes de Salazar.
[2] Petrus Guerrero.

sino para que se les pudiese dar á entender que el predicar sin sus licencias en las calles públicas no era hazerles agrauio ni contrauenir á lo decretado en el conçilio. Porque en las plaças se cogen los vagabundos, que ni oyen sermon en todo el año, ni veen misa, y los caballeros, mancebos, y cibdadanos, que tanpoco tienen cuenta con prédicas y suelen gastar su tiempo en pasearse por las plaças, y estórbanse ansimesmo otras muchas ofensas del Señor. Sea su Magestad alabado de los Angeles, que por medio de la Compañía aya introduzido una tal costumbre en estos Reynos tan agenos hasta aora desta bienauenturança, que así se puede llamar la que tal medio es para alcançar muchos la perfecta bienauenturança del cielo.

Por otras tiene ya V. P. relacion de la entrada del P. Lic.[do] Madrid [1] en la Compañía, persona de quien se tiene esperança en el Señor nuestro que ha de ser medio para atraer los ánimos de muchos al diuino seruiçio. Porque demás de ser muy buen theólogo y artista, que ha leydo *publice* theología en Salamanca, tiene ciertamente espíritu del Señor y talento de predicar, y así se oppuso á la calongía magistral de Salamanca y tuvo mucha parte, aunque no tanto fabor como los que se oppusieron contra él. Tiene gran vehemencia en el predicar: era, quando entró en la Compañía, capellan de la capilla real de Granada, muy bien quisto y estimado en aquella cibdad specialmente del Arçobispo, el qual me escribió aquí sobre que se le diese para morador de nuestro collegio en Granada, y yo respondí á Su S.[ria] que segun nuestro instituto auia de estar cierto tiempo en probaçion, y que sobresto viese Su Señoría R.[ma] lo que mandaua, pues toda la Compañía estábamos tan obligados á le seruir. Es tan gran sieruo de Dios nuestro Señor, y tan aficionado á nuestro instituto, que rescribió que estuuiese con la bendicion de Dios en la probaçion, y que él se tenia por tan de la Compañía, que le pesara mucho si por respecto suyo se dexara de guardar cosa de las ordenadas en ella. Vltra desto embió tantas offertas y submissiones, que á todos nos es confusion. Faborece mucho á los nuestros en Granada, y dales mucha authoridad lo que en público y secreto dize á todo el mundo dellos: *sit nomen Domini benedictum.*

---

[1] Vide supra, pag. 696.

En este collegio van muy adelante los estudios de humanidad con gran satisfacion de la cibdad, y los generales [1], que el cabildo della haze edificar, creo se acabarán dentro de tres ó quatro meses, y concluido aquel edifiçio, se porná luego quien lea vn curso de artes conforme á lo capitulado del P. M. Nadal con el dicho cabildo.

Es para alabar al Señor ver el concurso de gente que viene todos los domingos y fiestas en la tarde á oyr los sermones de la doctrina christiana, que se hacen en el patio deste collegio, y lo que todos estan afiçionados á la Compañía: vltra de aquellos, he predicado estos dias dos sermones en la yglesia mayor; que se tiene aquí quenta con esto, porque el Obispo [2]. no consiente dias ha predicar religiosos de orden alguna en ella. Ansimesmo se ha notado el aficion de aquel capítulo, porque me ynbiaron á pedir que dentro dél les hiziese vna plática la víspera de Nauidad, con que mediante la gracia del Señor se dispusiesen á la santa communion y aparejasen para con gozo spiritual celebrar el santo nascimiento; y así la hize. Gloria á Dios nuestro Señor, que les da buenos deseos en medio de sus discordias, que no son pequeñas las que traen sobre preeminencias canónigos y racioneros [3]. V. P. los haga encomendar al Señor, pues se trata de bien general, y de escusar la ofensa del Señor y daño que recibe el pueblo del exemplo que en esto les dan los que tan obligados son á dársele bueno.

Hanos consolado mucho nuestro Señor con vna carta que el P. M. Polanco escriuió al P. Francisco en que da auiso á Su R.cia de la buena dispusicion de Vuestra Paternidad. Plega á la diuina Majestad conseruar esta buena disposicion en Vuestra Paternidad, con la qual esperamos en su immensa bondad nos disporná cada dia mejor en las cosas de su diuino seruicio, y nos dará más cumplidamente su gracia para sentir y poner por obra su santa voluntad.

De Córdoua, vltimo de Deziembre 1555.

De V. P.

Indigno hijo y sieruo en el Señor nuestro,

BUSTAMANTE.

---

[1] Aulae in quibus congregantur discipuli ad lectiones audiendas.
[2] Leopoldus de Austria.
[3] Vide supra, pag. 716.

CDLIV

Fructuosus Andre
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 31 Decembris 1555 [1].

†

Gratia et charitas X.[i] Jesu, adsit semper nobis. Amen.

Cum ea quae superioribus 4.[or] mensibus diuina bonitate apud nos gesta sunt, ad te, Pater colendissime, vt constitutum est perscriberem, hoc mihi imprimis sese scribendum obtulit, Patres fratresque omnes, tum magnos in uirtute facere progressus, tum etiam in regulis seruandis in dies singulos, Deo gratia, non mediocriter proficere; accedit eo singularis in parendo alacritas et ardens in proficiendo studium. Hoc autem X.[i] opt. max. aduentu misit P. Rector [2] 4.[or] in huius vrbis xenodochium vt aegrotis inseruirent; ibi cum alii febri iactarentur, alii morbis aliis grauiter afflictarentur, fratres nostri lectulos omnibus sternebant, cibos parabant et apponebant, omniaque etiam sordida ministeria diligenter obibant, omnibus praesto erant, aquam comportabant, saepe etiam detracto pallio rerum necessariarum gratia foras exibant, caetera denique quaecumque opus erant, pari diligentia ac amore exequebantur. Ex quo magna Deo opt. max. laus tributa est.

---

[1] Autographae in folio duplici, nn. 569 et 570. Ex volum. anni 1556.

[2] Haud facile decernere est quisnam esset hoc tempore Collegii Eborensis Rector. Ait enim Tellez: "O Padre Melchior Carneiro, conforme minhas contas, começou seu Reytorado no anno de 1551, et continuo até o de 1556 exclusivo, porque se partio pera Lisboa ainda no anno de 1554 a prepararse pera a missam; et no de 1556 foy Reytor de Evora o P. Leam Enriques, como largamente veremos; et com haver somente dous pera tres annos vagos entre o P. Melchior Carneyro, et o Padre Leam Henriques, acho com tudo que neste pouco tempo houve em Evora quatro Reytores, que foram o P. Miguel de Barros, o P. Affonso Barreto, o P. Marcos Jorge, et o P. Cornelio Gomes." *Chronica de Companhia de Jesu em Portugal.* Part. II, lib. V, cap. 16, n. 4.

Eae conciones, quae in templo nostro de doctrina christiana haberi solent, accurate et diligenter (vt saepe scriptum est) continuantur, et frequens magna cum animorum utilitate et fructu ad eas hominum fit concursus. Habentur hae fere semper a Patre Melchiore Cota, interdum etiam (quoniam is aut in templo maximo aut in aliis huius vrbis templis nonnunquam concionatur) magna quoque audientium approbatione, ab eo patre habentur, qui conscientiae casus exponit [1]. Eorum autem, qui ad has conciones conueniunt, pars maxima, multique praeterea alii unoquoque mense [2] de peccatis confitentur. Id etiam nonnulli octauo quoque die factitant et sacrosanctum Christi corpus accipiunt. In his rebus Patres uersantur: eorum confessiones audiunt, qui apud nos literis dant operam; eadem de causa se ad aegrotos saepe conferunt; generales audiunt confessiones; inter eos, qui odio dissident, gratiam componunt; animam agentes in ipso uitae discessu adiuvant [3]; multaque alia huiusmodi ad christianam pietatem pertinentia efficiunt, quibus omnibus maxima immortali Deo gloria tribuitur. Faxit is vt cuncta haec ad eius laudem rite et foeliciter procedant.

Hoc autem X.i aduentu nonnulli Patres in carcerem iuerunt vt uinctorum confessiones audirent, et diebus mercurii ad uinctos conciones habebant, et dominico quodam die multi ex eis sacrosanctum X.i corpus acceperunt; qua ex re magnus perceptus est fructus. Aquam etiam ex fonte publico aliquoties comportarunt; quae res multorum animos ad diuinam bonitatem, ex qua omnia emanant, laudandam excitauit. Tradita exercitia sunt quibusdam sanctimonialibus, quod non mediocrem ipsis utilitatem attulit. Denique omnia (Deo gratia) magno cum animorum fructu prospere foeliciterque procedunt.

Cum pater quidam ad cuiusdam mulieris aegrae confessionem audiendam accerseretur, ibi intellexit eius mulieris maritum cum quodam alio inimicitias habere [4], ideoque cum eo agit vt inimicitias deponat. Diuina igitur bonitate adiuuante, re perfecta discessit. Pater alius cum uirum quemdam nobilem simili de re conueniret, tantum diuina ope effectum est vt, simul atque

---

[1] P. Marcus Jorge.
[2] Alia manus emendavit, hoc scribens, pro *unoquoque mense*, *singulis mensibus*.
[3] Hic etiam sic emendatum est: gratiam *concilian*t, *morientes* adiuvant.
[4] Emendatum *gerere*.

Pater rem exponere coepit, responderit: si ea re diuinum numen offenderetur, se paratum esse inimicitias statim deponere; multisque signis ostendit se id propter Deum libenter esse facturum. Vir quidam alius cum comperisset, seruam suam homini cuidam libero nupsisse, eam uendere cogitabat, et in alias regiones mittere; verum a Patre quodam nostro ea de re conuentus statim consilium mutauit. Multa alia huiusmodi, si ad omnia Patres haberemus, effici possent: sed cum tantum eos habeamus, qui ad confessiones scholasticorum sunt necessarii, multa ob id minus perficiuntur. Deus opt. max. nostris conatibus faueat.

Cum Princeps Cardinalis [1] singulari diuini numinis amore sit incensus, eique omnibus in rebus placere vehementer cupiat, ob eamque rem suarum ouium salutis perstudiosus sit, a nostro Patre Mirone [2] petiit vt ad se Patrem Episcopum, magistrum Andream [3] mitteret, quoniam illum mittere uolebat in Archiepiscopatum suum [4], tum vt chrismate initiaret [5], tum etiam vt perspiceret quo modo sese res sacrae haberent. Is igitur a nostro Patre Mirone, rogante Principe Cardinali missus, ad hoc collegium peruenit 14 calendas octobris, et postero die, qui dies ueneris fuit, hic in collegio nostro nonnullos primis ordinibus initiauit. Sequenti autem die saturni, quo die Diui Matthaei festum celebrabatur, in templum maximum 170 convenerunt, qui ad sacros ordines promoveri postulabant, e quibus 70 ordinibus sacris fuerunt initiati: qua in re Pater Episcopus moratus est vsque ad 2.am horam pomeridianam multasque (vt fieri solet) pro ordinum varietate eo tempore habuit conciones, quibus et auditorum et eorum, qui initiabantur, animi interna quadam et pia affectione commouebantur: denique cum ei cereoli donarentur, qui oblati fuerant, eos Pater Episcopus repudiauit; quare ibi omnibus expositi relicti sunt, idque multi vt uirtutem maximam non sine magna admiratione animaduerterunt. Antea quam ad munus sibi delegatum proficisceretur, vestes non-

---

1 Cardinalis Henricus, Regis frater.
2 P. Jacobo Miron, Lusitaniae Provinciali.
3 P Andream de Oviedo, recens ad Episcopalem dignitatem promotum.
4 Eborensis Archiepiscopus erat Cardinalis Henricus.
5 tum ut *sacro* chrismate *inungeret*. Ita qui litteras emendavit; sed clarius diceretur *ut Confirmationis sacramentum administraret*.

nullas, quas nobis ad sacra facienda princeps Cardinalis tribuerat, aras et 4.or tintinnabula huius Collegii sacrauit.

His peractis, fratre quodam itineris comite sibi adiuncto, 6.° calendas Octobris ad chrismatis munus obeundum profectus est; vehebantur autem mulis clitellariis, et quamquam nonnulli a Principe Cardinali valde contenderunt ne id pateretur, tamen quia Principi Cardinali Patris Episcopi consilium probabatur, nihil efficere potuerunt, nec Deus opt. max., cuius nutu et arbitrio omnia reguntur, id fieri permisit. Eo ipso die quo profectus est Pater Episcopus, fratrem, quem comitem habebat, rogauit vt omnia quaecumque a se minus recte agi viderentur, diligenter notaret, seque de his admoneret. Sacerdotem etiam quemdam, quem Princeps Cardinalis cum eo miserat, obsecrauit ne se inter loquendum vt Episcopum sed vt sacerdotem tantum compellaret. Sacerdos vero ille, Patris Episcopi obsecratione quodammodo perturbatus, modo sacerdotis tantum, modo Episcopi honorem ei inter colloquendum tribuebat; altera enim ex parte obseruantia debitusque illi dignitati honos, ex altera vero timor ne Patrem Episcopum offenderet, sacerdotis animum in uarias distrahebant partes, eumque ita perturbabant, vt saepe in ipso medio sermone se reuocaret. Cum autem ei oppido, quod primum in itinere est, appropinquarent, voluit sacerdos antecedere, vt oppidanos de Episcopi aduentu admoneret, vt ei obuiam prodirent: at vero Pater Episcopus "absit, inquit, id nullo modo patiar;„ quibus uerbis facile declarauit se ab ea cogitatione nedum a cupiditate quam longissime abesse; quin etiam cum vellent sacerdotes frequentes eum honoris gratia ex domo in templum deducere indeque domum reducere, vt aliis Episcopis facere consueuerant, id Pater Episcopus minime passus est, soloque sibi fratre comite adhibito, in templum ibat domumque reuertebatur.

Quando in aliquod oppidum peruentum erat, in quo esse xenodochium existimabat, id in quanam oppidi parte esset diligenter perquirebat, et in xenodochiis nonnunquam diversabatur; cum autem ad xenodochium quoddam vellet diuertere, ab eis, qui xenodochii curam habebant, valde reclamatum est, negabantque eam esse consuetudinem, atque eum multis uerbis admonebant, vt se in aliud hospitium, quod iam paratum erat, conferret; at Pater Episcopus "consuetudinem

non esse dicitis?: posthac (inquit) erit; hoc, in quo sum, optimum est hospitium, nec me meliore excipere poteritis„. Cum idem in alio quodam facere vellet, significatum est nullum ibi esse lectulum; cui Pater respondit se lectulo non egere humique esse dormiturum. Cum igitur Pater Episcopus in eadem sententia constanter perseueraret, allata tandem est culcitra et stragulum admodum crassum et uile; ceruical deerat; tum is et frater cubile ex his strauerunt et ad caput pro ceruicali sarcinulam, in qua libri ferebantur, collocarunt, et pallia insuper posuerunt. Cum in aliud oppidum esset peruentum, etsi ibi hospitium iam paratum erat ab eo sacerdote, quem a Principe Cardinali missum supra diximus, tamen simul atque ad oppidum accessit, ubinam esset xenodochium rogauit, cumque esset demonstratum, eo contendit, atque mulierculam, quae xenodochii curam habebat, orare coepit vt sibi facultatem tribueret ibi commorandi; illa vero se id minime passuram esse respondit, nec eum cognoscens, illum in diuersorium mittebat: at Pater Episcopus contra vehementer contendebat, idque quo facilius obtineret, se in storia cubiturum dictitabat, nec quicquam aliud desideraturum: ii autem qui in hospitio Patrem Episcopum spectabant, tantam eius moram admirati, ad eum conquirendum ire statuerunt, itaque illum ad xenodochii ostium inuenerunt capite aperto coram vetula summis precibus deprecantem vt sibi in xenodochio locus aliquis daretur, vna manu pileum et galerum, altera vero iumenti, quo vehebatur, capistrum tenentem. Tandem summa eius contentione concessum est quod petebat; et tam ibi quam alibi, ubicumque diuersatus fuerat, incredibilem omnes de eius singulari uirtute conceperunt opinionem. Deo opt. max. summa laus et gloria sit.

In alio oppido cum sacerdos ille, a Principe Cardinali missus, cum aliis sacerdotibus Patrem expectaret vt eum comitarentur, a Patre Episcopo ob id reprehensus est. Quare deinceps id facere non est ausus. In eodem oppido, mulionis, cuius iumentis vehebantur, et cuiusdam illius sacerdotis pueri confessiones audiuit, atque effecit vt vterque sacrosanctum Christi corpus acciperet. Quum apud quemdam diuersatus esset, ibi seruulam inuenit quatuordecim vel quindecim annos natam, quae nunquam vsque ad id tempus de peccatis confessa erat; huius Pater Episcopus confessionem audiuit, quamuis magno

cum labore, quoniam aethiopisa erat et vix intelligi poterat; atque de nocte sacrum chrismatis oleum eo afferendum curauit, eoque seruulam unxit, et dominos ipsius acriter reprehendit quod in illius animae salute tam negligentes fuissent; quare vt id peccatum confiterentur admonuit.

Omnibus in locis, in quibus aliqui chrismatis sacramento initiabantur, aut concionabatur Pater Episcopus, aut de rebus diuinis quasi familiariter verba faciebat, idque noctu nonnunquam; nec ante cibum capiebat quam omnia perficerentur. Praeterea quotidie missae sacrum faciebat. Quando ex itinere pagos aut aliquot agricolarum casas conspiciebat, quamuis aliquantulum a via remotae essent, ad incolas illorum locorum admonendos diuertebat eosque magna uoce, vt bene exaudiretur, hortabatur vt in templum ad chrismatis Sacramentum conuenirent, Episcopumque eius rei causa adesse dicebat. Cum in iis omnibus fere locis permultos erga suorum animorum salutem admodum negligentes uideret, eis vehementer suadebat vt totius uitae peccata diligenter confiterentur; idque quo melius facere possent, Eboram ad nostrum collegium venirent. Is, de multis conscientiae casibus rogatus, ad omnia facile respondebat; persaepe autem discedens, cum iam in mulum ascendere vellet, profectione intermissa, rursus se in templum chrismatis gratia conferebat. Quin etiam quodam die, cum iam in iumento sederet iterque facere coepisset, vbi cognouit puerum quemdam chrismate initiatum non esse, ne puer ita relinqueretur, statim ex mulo descendit. Quando alicui oppido appropinquabat, vt solus vrbem ingredi posset, comites properando antecedere solebat.

Postea missus est homo quidam a Principe Cardinali, qui, velut antecursor Patri Episcopo praecedens, ei hospitia pararet; quod Pater Episcopus suspicans homini dixit scire se quamobrem ipse praecederet; si sibi gratum facere vellet, in xenodochiis hospitium pararet, populoque renunciaret vt, si qui chrismatis sacramento initiati non essent, in templum conuenirent; hoc sibi gratius fieri nihil posse; sin vero aliud quippiam facere iussus esset, domum rediret, quoniam opera eius non egebat. Si quis forte hominem illum Patris Episcopi esse existimans ita dicebat "tuus homo, Domine Episcope, ad nos accessit et vt huc veniremus admonuit„, statim Pater Episcopus interpellans,

hominem suum esse negabat, sed Domini Cardinalis esse dicebat; se hominem esse religiosum et pauperem, nec quicquam habere nec habere velle. Dicebat etiam fratri vt sacerdotes eos, apud quos diuersaretur, commonere faceret ne, cum se alloquerentur, nomen hoc, videlicet, *Señoría* vsurparent, quod nomen Episcopis propter dignitatem ab omnibus tribui solet. Faciebat praeterea vt hospites simul accumberent, et una cum eis cibum capiebat, eorumque neminem sibi accumbenti aut ministrare aut etiam caput aperire sinebat, seque sibi optimum ministratorem esse dicebat. Quoties occupationes sinebant, audiebat confessiones. Cum in oppida peruentum erat, recta se conferebat in templum, ibique statim aut chrismatis sacramento initiabat, aut concionabatur eis, apud quos diuersabatur, pias quasdam precandi vias rationesque tradebat, eos instruebat qua ratione et peccata vitare possent et aditum sibi in coelum patefacere valerent. Haec igitur negotia, si quid temporis supererat, cum hospitibus suis agebat; saepe etiam ab uno oppido in aliud iter pedibus faciebat.

Multa alia, Pater colende, praetereo, quae Deus opt. max. in hoc Archiepiscopatu, Patris Episcopi opera usus, effecit; multa etiam praetermitto de eius praeclaris uirtutibus, quarum splendore multi ad uirtutis amorem excitantur. Praepotens ille Deus, a quo omnia haec tamquam a perenni quodam fonte emanant, nobis id largiatur, vt tam singulares uirtutes imitari possimus.

Calendis Octobris principium studiorum in nostri collegii peristylo celebratum est. Erant multae orationes, cum magnae, tum etiam variis coloribus literisque ornatae, parietibus affixae, versus etiam praeceptorum et discipulorum circiter 1800, in quibus multa erant epigrammata in laudem Dominae nostrae, et aliorum Diuorum; nonnulla in Principis Cardinalis laudem, multa etiam de uirtutibus; quorum partim columnis partim parietibus affixa erant. Mane autem, confecto missae sacro, scholastici ad orationes conuenerunt, atque ibi primum aliquantulum disputarunt, deinde dialogus quidam actus est, oratione soluta scriptus, facetus et elegans, et auditoribus admodum iocundus. Permulti enim adfuerunt, multique magnae authoritatis uiri. Vespere vero frequentior hominum multitudo conuenit et multo celebrior in nostrum collegium concursus est factus. Nam

multi uiri nobiles, multi etiam homines doctissimi adfuerunt, inter quos aderant Principis Cardinalis Senatores, quos vulgo *desembragadores (sic)* appellant, is etiam qui Cardinali a secretis est, quem *secretarium* dicimus, uir praeclara eruditione atque doctrina excultus, qui eo consilio veniebat, vt illius diei celebritatem et ipse praesens videret et Principi Cardinali, qui valetudine impeditus venire non potuit, exponeret. Cum igitur magnus esset conuentus et praeclarorum uirorum coetus, habita est oratio a fratre quodam, qui Franciscus dicitur Moralis, quae omnibus vehementer placuit; erat enim multis et verborum et sententiarum luminibus distincta et copiosa, quae omnia multo maiora effecit quaedam actionis uenustas: in ea plus hora consumptum est. Post hanc ecloga quaedam acta est, carminibus exametris conscripta, facilis et perspicua, et ipso carminum sonitu admodum venusta; atque multis sapientibus sententiis ornata, quae puerorum actione et pronuntiatione quodam modo expressa incredibile est quantum omnibus placuerit; de ea igitur cum Princeps Cardinalis certior factus esset, eam se cupere audire dixit; quapropter paucis post diebus coram eo acta est; postero autem die incredibili omnium alacritate lectiones coeptae sunt; verumtamen prius breuis quaedam habita est concio ad omnes scholasticos, in qua de ipsorum regulis fuerunt admoniti, et ad uirtutis literarumque studium incitati. Omnia fundamenta (Deo gratia) optime iacta sunt; reliquum totius operis aedificium summa illa et diuina bonitas ad gratum sibi exitum perducat. Scholastici autem tam in literis quam in uirtute non mediocriter proficiunt; complures octauo quoque die de peccatis confitentur, et sacrosanctum Christi Corpus accipiunt, multaque alia, vt Deo grati sint, et pio animo et libenti efficiunt; nonnulli etiam institutum nostrum uiuendique rationem sequi vehementer cupiunt, suntque ad id valde apti. Pater vero Rector duos adolescentes ad Societatem admisit, qui quamprimum ingredientur. Diuinam bonitatem precamur vt haec omnia ad ipsius laudem gloriamque referantur. Praeceptores omnes cum in literis tum etiam in vera synceraque doctrina, aliis exercitationibusque maximos faciunt progressus. Pater autem, qui conscientiae casus exponit, praeter id tempus quod exponendo consumit, aliquantulum temporis habet, quo de rebus diuinis verba faciat sacerdotibus, quos do-

cet, et ab his perlibenter et perattente auditur; exorsus est a conscientiae examine. Speramus id valde fructuosum atque vtile futurum.

Patres fratresque omnes optime valent, suntque 28; 6 sacerdotes, reliqui fratres. Collegii huius aedificium quotidie magis magisque ad finem progreditur. Hoc mense Januario, iuuante Deo, commigrabunt fratres noui domum suam probationis, diuinae bonitati confidimus omnia breui perfici debere. Reliquum est, vt te, Pater colendissime, obsecremus, ne cum Deum opt. max. precaturus accesseris, nostri obliuiscaris; sed piis sacrificiis tuis nos filios tuos Deo nostro commendes.

Eborae, pridie calendas Januarii anno ab ortu Christi 1556 [1].

Inutilis,

FRUCTUOSUS ANDRE.

CDLV

N. N.
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, mense Decembri 1555.

Edita jam est in *Cartas de San Ignacio,* t. VI, pag. 552-559, ubi attribuitur Patri Ignatio de Acebedo, sed, ut nobis nunc videtur, perperam. Scripta enim est a quodam degente *en esta casa de San Roque*, in hac Sancti Rochi domo; P. autem Ignatius de Acebedo non in domo Sancti Rochi, sed in Sancti Antonii Collegio degebat.

---

[1] Sic; certo tamen ad postremam anni 1555 partem pertinet: nam anno 1556, mense Martio, die 15.ª, vela solvit Ulyssipone Andreas de Oviedo.

FINIS TOMI TERTII

INDEX ONOMASTICUS PERSONARUM

A

B

D

E.

F.

G.

H.

I

J

K

L

M

N

O

P

Q.

R.

S.

INDEX GEOGRAPHICUS

A

B

N

O

P

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

INDEX

LITTERARUM QUAE IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR

INDICES

A. M. D. G.

MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

ANNUS TERTIUS

FASCICULUS TRIGESIMUS QUARTUS. MENSE OCTOBRI

LITTERAE QUADRIMESTRES

Tomus III.—Fasciculus 1.[us]

ADMINISTRATOR

[illegible]

1896.

Mensibus singulis prodibit fasciculus unus centum et sexaginta constans paginis.

Fasciculorum eamdem materiam continentium continuus erit paginationis ordo, quo, post expletam cum suis indicibus materiam, ligari simul omnes unumque volumen conficere possint.

ANNUUM ASSOCIATIONIS PRETIUM

Pro Hispania	pesetas	25
Pro regionibus quae *Unionis postalis* legibus reguntur ...	»	30
Pro caeteris	»	35

Solvendum ANTE KALENDAS FEBRUARIAS Administratori *D. Pio Loinaz—Isabel la Católica, 12—Madrid.*

PROSTANT VENALIA

(MONUMENTA HISTORICA S. J.)

Historia Societatis Jesu a P. Joanne Alphonso de Polanco, Sancti Ignatii Secretario, conscripta.—Tomus primus, complectens Breve de Vita Ignatii et Societatis initiis Commentarium, Chronicon Societatis Jesu ad annum 1549, appendices de Ignatii genealogia et de ejus natali domo, et familiae Oñaz et de Loyola gentilitium stemma ad nostra usque tempora productum, cum indicibus personarum, locorum et rerum, addita in paginarum fere singularum ima ora notitia monumentorum, tum editorum tum edendorum, quae adire debebit quicumque a Polanco enarrata confirmare, illustrare aut etiam quandoque emendare voluerit.—Paginae sunt 569 in 4.º—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus secundus, complectens Chronicon Societatis Jesu ab anno 1550 ad 1553.—Paginae sunt 820 in 4.º—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus tertius, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1553.—Paginae 606 in 4.º—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus quartus, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1554.—Paginae 760 in 4.º—Pretium, 15 pesetas.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae.—Tomus primus (1546-1552), paginarum 786 in 4.º—Pretium 12 pesetas.

—Tomus secundus (1552-1554), paginarum 739 in 4.º—Pretium, 12 pesetas.

Sanctus Franciscus Borgia, quartus Gandiae Dux et Societatis Jesu Praepositus Generalis tertius.—Tomus primus, paginarum 844 in 4.º—Pretium, 15 pesetas.

F.

MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

ANNUS TERTIUS

FASCICULUS TRIGESIMUS QUINTUS — MENSE NOVEMBRI

LITTERAE QUADRIMESTRES

Tomus III.—Fasciculus 2.us

ADMINISTRATOR
D. PIO LOINAZ — ISABEL LA CATÓLICA, 12 — MADRID

1896

Mensibus singulis prodibit fasciculus unus centum et sexaginta constans paginis.

Fasciculorum eamdem materiam continentium continuus erit paginationis ordo, quo, post expletam cum suis indicibus materiam, ligari simul omnes unumque volumen conficere possint.

ANNUUM ASSOCIATIONIS PRETIUM

Pro Hispanis..	pesetas	25
Pro regionibus quae *Unionis postalis* legibus reguntur....	»	30
Pro caeteris..	»	35

Solvendum ANTE KALENDAS FEBRUARIAS Administratori *D. Pio Loinaz—Isabel la Católica, 12—Madrid.*

PROSTANT VENALIA

(MONUMENTA HISTORICA S. J.)

Historia Societatis Jesu a P. Joanne Alphonso de Polanco, Sancti Ignatii Secretario, conscripta.—Tomus primus, complectens Breve de Vita Ignatii et Societatis initiis Commentarium, Chronicon Societatis Jesu ad annum 1549, appendices de Ignatii genealogia et de ejus natali domo, et familiae Oñaz et de Loyola gentilitium stemma ad nostra usque tempora productum, cum indicibus personarum, locorum et rerum, addita in paginarum fere singularum ima ora notitia monumentorum, tum editorum tum edendorum, quae adire debebit quicumque a Polanco enarrata confirmare, illustrare aut etiam quandoque emendare voluerit.—Paginae sunt 569 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus secundus, complectens Chronicon Societatis Jesu ab anno 1550 ad 1553.—Paginae sunt 820 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus tertius, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1553.—Paginae 606 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus quartus, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1554.—Paginae 760 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae.—Tomus primus (1546-1552), paginarum 786 in 4.°—Pretium 12 pesetas.

—Tomus secundus (1552-1554), paginarum 739 in 4.°—Pretium, 12 pesetas.

Sanctus Franciscus Borgia, quartus Gandiae Dux et Societatis Jesu Praepositus Generalis tertius.—Tomus primus, paginarum 844 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

ANNUS TERTIUS

FASCICULUS TRIGESIMUS SEXTUS — MENSE [illegible]

LITTERAE QUADRIMESTRES

Tomus III.—Fasciculus 3.[us]

ADMINISTRATOR

[illegible] 12 [illegible]

18[illegible]

Mensibus singulis prodibit fasciculus unus centum et sexaginta constans paginis.

Fasciculorum eamdem materiam continentium continuus erit paginationis ordo, quo, post expletam cum suis indicibus materiam, ligari simul omnes unumque volumen conficere possint.

ANNUUM ASSOCIATIONIS PRETIUM

Pro Hispania.	pesetas	25
Pro regionibus quae *Unionis postalis* legibus reguntur....	»	30
Pro caeteris.	»	35

Solvendum ANTE KALENDAS FEBRUARIAS Administratori *D. Pío Loinaz—Isabel la Católica, 12—Madrid.*

PROSTANT VENALIA

(MONUMENTA HISTORICA S. J.)

Historia Societatis Jesu a P. Joanne Alphonso de Polanco, Sancti Ignatii Secretario, conscripta.—Tomus primus, complectens Breve de Vita Ignatii et Societatis initiis Commentarium, Chronicon Societatis Jesu ad annum 1549, appendices de Ignatii genealogia et de ejus natali domo, et familiae Oñaz et de Loyola gentilitium stemma ad nostra usque tempora productum, cum indicibus personarum, locorum et rerum, addita in paginarum fere singularum ima ora notitia monumentorum, tum editorum tum edendorum, quae adire debebit quicumque a Polanco enarrata confirmare, illustrare aut etiam quandoque emendare voluerit.—Paginae sunt 569 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus secundus, complectens Chronicon Societatis Jesu ab anno 1550 ad 1553.—Paginae sunt 820 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus tertius, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1553.—Paginae 606 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

—Tomus quartus, complectens Chronicon Societatis Jesu anni 1554.—Paginae 760 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae.—Tomus primus (1546-1552), paginarum 786 in 4.°—Pretium 12 pesetas.

—Tomus secundus (1552-1554), paginarum 739 in 4.°—Pretium, 12 pesetas.

Sanctus Franciscus Borgia, quartus Gandiae Dux et Societatis Jesu Praepositus Generalis tertius.—Tomus primus, paginarum 844 in 4.°—Pretium, 15 pesetas.

MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

ANNUS QUARTUS

FASCICULUS TRIGESIMUS SEPTIMUS MENSE IANUARIO

LITTERAE QUADRIMESTRES

Tomus III.—Fasciculus 4.us

ADMINISTRATOR

[illegible]

[illegible]







